Lam Bot Lib
QK322
.M37
1819
v.3

FLORA
TAURICO-CAUCASICA

AUCTORE

L. B. FRIDERICO MARSCHALL A BIEBERSTEIN,

AUG. RUTH. IMP. CONS. STAT. ACTUAL.

ORD. S. WLAD. EQ.

Tomus III.

This volume is scarce, acc. to Wheeler & Nesslen

SUPPLEMENTUM

continens plantas phanerogamas, per Tauriam atque Caucasum, post edita priora volumina detectas, et in priſtinas animaduerſiones.

Mo. Bot. Garden,
1895.

CHARKOUIAE:

TYPIS ACADEMICIS.

A. 1819.

Цензурный Комитетъ, учрежденный при ИМПЕРАТОРСКОМЪ Харьковскомъ Университетѣ, основываясь на одобренїи Профессора Делавиня, чипавшаго сїе сочиненїе, печатать оное позволяетъ съ тѣмъ, чтобы по напечатанїи, до выпуска въ Публику, представлены были въ Цензурный Комитетъ: одинъ экземпляръ для Цензурнаго Комитета, два для Департамента Министерства народнаго Просвѣщенїя, два для ИМПЕРАТОРСКОЙ Публичной Библїотеки и одинъ для ИМПЕРАТОРСКОЙ Академїи Наукъ. Генваря 30 дня, 1819 года.

Деканъ Иванъ Книгинъ.

PRAEFATIO.

Duodecim, et quod excedit, abhinc annis, quum Florae taurico-caucaficae edendae confilium caperem, facile perfpexi, opus me publico effe traditurum non omni numero abfolutum, fed nouiffimis botanicorum laboribus atque ftudiis, indies augendum et emendandum. Gliscente quotannis re herbariâ patriâ, per cultiffimas Europae regiones, tot tantorumque virorum operâ, jam per aliquot faecula illuftratâ; quid de futuris botanices incrementis, per Tauriam, maxime vero per Caucafum, multiformes et praepollentes naturae thefauris regiones, perpaucis hucusque botanicis perluftratas habendum fit, commentario profecto haud indiget.

Tertium igitur et fupplementarium, quod tibi, Lector botanice, modo tradimus Florae taurico-caucaficae volumen, prioribus uberius,

ea exhibet omnia, quae poſt edita priora volumina, circa ſtirpes phanerogamas, per Tauriam atque Caucaſum ſpontaneas, hucusque innotuere: in quibus diſponendis, ſeruatâ priſtinâ formâ, priſtinâ quoque uſi ſumus methodo.

Verum, ut ſuum cuique tribuamus, hic commemoraſſe expedit, propriis quidem meis itineribus, per Tauriam et Caucaſum recenter ſuſceptis, tum proprio circa priſtinam ſuppellectilem herbariam ſtudio, ſtirpium taurico-caucaſicarum hiſtoriae complura acceſſiſſe, incrementa autem, haud ſane minora, aliorum operae deberi. Inter quos longe primum locum obtinet amicus optimus CONSILIARIUS STATUS STEVEN, qui, ſicut priora Florae hujus volumina, ita hoc potiſſimum, permultis a ſeſe, maxime in itinere per Caucaſum orientalem Iberiamque a. 1811 facto, detectis ſtirpibus nouis locupletavit, olim vero propoſitas rariores vel dubias complures, ſedulo per loca natalia obſeruatas illuſtravit (*). Commendanda quoque ſunt de Florâ caucaſicâ merita Viri ILLUSTRISS. L. B. A VIETINGHOFF, qui in itinere Caucaſico rei herbariae multam operam dedit; porro CHRISTIANI WILHELMS, PHARMACOPOEI, in legendis ſtirpibus, cum Georgopoli degeret, Caucaſi ſeptentrionalis, poſtquam autem pharmacopoeae caſtrenſi Tiflifii praeeſſe coepit, Iberiae, indefeſſi atque feliciſſimi. Quas, quum maximâ ex parte, in uſum HORTI ET HERBARII GORENKENSIS ceſſiſſent, liberaliſſime mecum communi-

---

(*) *Conf.* Catalogue des plantes rares ou nouvelles, obſervées pendant un voyage autour du Caucaſe oriental par Steven, imprimé dans les Mémoires de la Societé Impériale des Naturaliſtes de Moscou. Tom 3 et 4.

cauit eximius botanicus mihique AMICISSIMUS FISCHER, laudati horti Praefectus; cujus et conſiliis, ſi quid dubio obnoxium videbatur, multoties uſus ſum. Denique non omittendus eſt CHIRURGUS HANSEN, qui in ultimis Florae caucaſicae limitibus, circa oſtia Cyri fluminis et in planitie trans flumen, plantas legit rariſſimas. Harum pauciores, amicorum beneuolentiâ mihi innotuere, plurimas autem hucusque me latere, vehementer doleo.

Itineraria caucaſica, quae recentius in lucem prodierunt, tam CLAPROTHIANUM, quam ENGELHARDTIANO-PARROTIANUM, parum admodum ad botanicam profuere; prius enim, ex ſchedis GÜLDENSTAEDTIANIS, quae apud Academiam ſcientiarum IMPERIALEM Petropolitanam partim illibatae ſeruantur, largâ poſt PALLASIUM meſſe, concinnatum, paſſim ſola tradit plantarum nomina, quorum complura, poſt GÜLDENSTAEDTII praematurum obitum, a nemine recepta, ita exolevere, ut quibusnam competant plantis, modo ne quidem inter botanicos ſtirpium caucaſicarum peritiſſimos conſtet; poſterius vero opus, proprio Marte conſcriptum, unicam ſolummodo plantam caucaſicam alpinam, generis Ceraſtii, ſuo loco a me quoque commemoratam, illuſtrauit.

In Synonymiâ adornandâ et ſupplendâ, pridem probatam methodum eclecticam ſecutus ſum: quoad nota et trita parcus, uberior de rarioribus vel dubiis, ubivis in citandis auctoribus rofficis ſedulus. Quotiescunque de plantis, Tauriae atque Caucaſo peculiaribus, haud ita pridem in hortos introductis agebatur, Catalogos adduxi curatius adornatos hortorum botanicorum noſtratium: Gorenkenſis (FISCHERI), Mosquenſis (HOFFMANNI) et Cremenecienſis (BESSERI); quod quidem botanicis, culturae plantarum ſtudioſis, haud ingratum fore confido.

Aequo haec accipe animo, Lector botanice, haud leni sane labore et ſtudio parta atque digeſta, mihique, ſicut hucusque, ita et in poſterum faue. Dabam Charkoviae, Decembri a. MDCCCXIX.

FLORA

TAURICO-CAUCASICA.

SUPPLEMENTUM.

MONANDRIA.

MONOGYNIA.

1. SALICORNIA. Cal. 1-phyllus, utriculatus: Cor. 0. Semen 1, intra calycem perſiſtentem.

1. SALICORNIA *herbacea.*

S. herbacea, patula, articulis ſubcylindricis.

S. herbacea. *Flor. taur. cauc. n. 1. (cum ſynonymis.) Smith. brit. 1. p. 2. Engl. bot. 415. Schrad. germ. 1; p. 69.*

α. erecta, parum ramoſa.

S. *(acetaria)* annua, ſtrictim erecta, ſubramoſa; amentis oppoſitis cylindricis, lateralibus terminalibusque. *Pall. illuſtr. 1. p. 7. t. 1 et t. 2. f. 1.*

β. ramis elongatis diffusis seu procumbentibus.

S. *(prostrata)* caule ramosissimo diuaricato bifariam prostrato, articulis apice subsinuatis, amentis crebris oppositis. *Pall. illustr. 1. p. 8. t. 3.*

S. herbacea β. *Pall. it. 1. app. p. 481. n. 91* β. *t. A. f. 1.*

S. perennans. *Linn. ed. Willd. 1. p. 24.*

γ. S. *(pygmaea)* caule pusillo moniliformi, amentis confertis crassissimis cylindricis. *Pall. illustr. 1. p. 9. t. 2. f. 2.*

Flosculi terni duarum oppositionum, basi laterali articulorum caulinorum utrinque innidulantes. *Stamen* unicum: *filamento* breui, *antherâ* didymâ flauâ. *Stylus* breuissimus: *stigmatibus* 2-3 plumosis. *Calyces* maturum semen fouentes demum decidui cinguntur membranâ angustissimâ circulari, analogà Salsolarum fructiferarum appendicibus calycinis. *Tournefortius*, qui genus Salicorniae constituit, perigonium utriculatum semen fouens pro capsulâ sumsit, cum stamen juxta hoc ex articulorum commissurâ originem trahere sibi persuasisset.

Surculorum crassitie, articulorum formâ, et modo crescendi planta haec admodum variat; et dantur individua, quae decerptâ radice inter chartas exsiccata, ramos hornotinos S caspicae exacte referunt. Talis polymorphia condendis speciebus *S. prostratae* atque *pygmaeae Pallasio* ansam praebuit; quas equidem pro meris nostrae Salicorniae varietatibus habeo.

MONANDRIA.

DIGYNIA.

1*. HALOCNEMUM. Cal. communis amenti fquama: proprius 3-phyllus, clauſus. Cor. o. Semen 1, calyce perſiſtente tectum.

2. HALOCNEMUM *ſtrobilaceum.*

H. ſuffruticoſum, diffuſum, aphyllum, articulis caulinis breuiſſimis.

Salicornia ſtrobilacea. *Flor. taur. cauc. n. 2. (cum ſynonymis.)*

Salicornia *(ſtrobilacea)* ſuffruticoſa, ramoſiſſima, aſſurgens, aphylla; amentis creberrimis oppoſitis cylindricis, extremorum ramorum ſenſim minoribus. *Pall. illuſtr. 1. p. 9. t. 4.*

3. HALOCNEMUM *caſpicum.*

H. fruticoſum, erectiuſculum, aphyllum, articulis caulinis ſubcylindricis.

Salicornia caſpica. *Flor. taur. cauc. n. 3. (cum ſynonymis.)*

Salicornia (*caſpica*) frutescens, ramis articulatis oppoſitis, amentis pedunculatis elongatis. *Pall. illuſtr. 1. p 12 (excluſo ſynonymo Buxb. cent. 1. t. 11. f. 1, ab ipſo auctore prius ad S. foliatam allegato; porro auctoris icone t. 7, quae exprimit S. foliatae varietatem amentis longioribus praeditam.)*

Ob diuerſam perigonii ſtructuram, ex legibus Syſtematis, *Halocnemum* a *Salicorniâ*, quamuis habitu ſimillimâ, genere ſeparandum erat. Ut taceam de inflorescentiâ, quae in *Ha-*

locnemo, nec in *Salicorniâ*, vere amentacea est. Etenim in hâc, delapsis calycibus fructiferis, persistunt rami foveolati, quibus flosculi innidulabant, in illâ autem, cum flosculis amenti quoque squamae defluunt, solâ rachi filiformi demum superstite.

Salicornia foliata, Halocnemo strobilaceo perquam affinis, hujus quoque generis esse videtur. Pro certo tamen nil affirmabo, quum siccam tantum viderim, fructificationibus obliteratis.

2. CORISPERMUM. Cal. o. Cor. monopetala f. o. Fructus compresso-planus, monospermus.

4. CORISPERMUM *hyssopifolium*.

C. floribus petaloideis, foliis eneruiis bracteisque inermibus, fructibus glabris styli basi persistente subrostellatis.

C (floribus corollatis) foliis bracteisque eneruiis muticis, feminibus glabris. *Steuen in mem. societ. nat. cur. mosq. 5. p. 334.*

C. hyssopifolium. *Pall. ross. 2. p. 112.*

α. Spicis ad caulis atque ramorum extremitates laxis.

C. hyssopifolium. *Flor. taur. cauc. n. 4. (cum synonymis, excluså icone Pallasii ross. t. 98. f. A.)*

C. hyssopifolium. Var. a. b. c. *Steuen in mem. mosq. 5. p. 334.*

β. Spicis floriferis confertis axillaribus alternis, versus extremitates caulis atque ramorum.

C. hyssopifolium. Var. d. e. f. *Steuen loc. cit. Pallas ross. 2. icones t. 98. f. A. B. C. D.*

Petalum unicum, apice dentato-lacerum. *Stamina* 1 5: numero inconstanti in uno eodemque saepe individuo.

5. CORISPERMUM *Marſchallii.*

C. floribus apetalis, foliis eneruiis bracteisque inermibus, fructibus glabris apice emarginatis.

C. (floribus nudis) foliis linearibus bracteisque eneruiis muticis, feminibus glabris ſubrotundis emarginatis. *Steuen in mem. moſq. 5. p. 336.*

C. ſquarroſum. *Flor. taur. cauc. n. 5. (excluſo ſynonymo Pallaſii.)*

Habitu ſimillimum eſt praecedentis varietati β, ſed defectu *corollae* et *ſtylis* 2 diſtinctis piſtilli apici, ubi margo quo cingitur deficit inſertis, nec margine utrinque in ſtyli baſin excurrente, bene diſtinctum. *Synonyma Linnaei, Vahlii* atque *Ammanni* in *Flor. taur. cauc.* huc adducta, ambigunt inter hoc et praecedens, quum locis citatis nulla de diſcrimine a partibus fructificationis deſumpto mentio fiat; quamobrem C. ſquarroſi nomen commode aboleri poſſe cenſeo; compoſitâ ſic de Synonymiâ Linnaeanâ, alioquin vix ac ne vix quidem extricandâ lite.

6. CORISPERMUM *pungens.*

C. floribus apetalis, foliis neruoſis bracteisque mucronato-pungentibus, fructibus glabris bicuſpidatis.

C. pungens. *Flor. taur. cauc. n. 6. (cum ſynonymis.)*

C. (*ſquarroſum*) (floribus nudis) foliis lineari-lanceolatis neruoſis bracteisque ſubulatis pungentibus, ſpicis axillaribus breuiſſimis ſquarroſis. *Steuen in mem. moſq. 5. p. 337.*

Hujus *fructus* per maturitatem baſi dorſali rimâ circulari dehiſcens, *ſemen* lenticulare ipſo multoties minus fundit, ita, ut emiſſo ſemine utriculus vacuus, foramine laterali orbiculari hinc perfoſſus ſuperſit; nil vero ſimile obſeruatur in

reliquis congeneribus, quorum pericarpium feminibus penitus adhaeret. *Agriophyllum arenarium* nuncupato, cui genere hoc fejungere lubuerit!

Coriſperma ſtaminum numero ab 1 ad 5 variant, ſicut *Polycnema*, *Anabaſes* et nonnullae *Salſolae;* apte igitur his, quibuscum affinitate naturali conjuncta ſunt, etiam in Syſtemate ſexuali ſubnecti poſſunt; in quo conſentientem me habere *Cl. Kitaibelium* video ex *Linn. Syſt. Veg. ed. Roemer et Schultes 1. p. 7.*

2*. CALLITRICHE. Cal. o. Petala 2, lunata. Sem. 4, nuda, cohaerentia. *(Flores interdum monoici.)*

6*. CALLITRICHE *pallens.*

C. foliis ſuperioribus latioribus aggregatis, feminibus dorſo ſubcarinatis.

C. foliis ſuperioribus aggregatis, feminibus dorſo vix marginatis. *Goldbach in mem ſoc. nat. cur. moſq. 5. p. 118.*

C. *(verna)* foliis trineruiis ſuperne aggregatis majoribus, feminum margine obtuſiusculo. *Wahlenb. lapp. n. 2. Targioni obſ. dec. 1. 2. p. 7. t. 4. f. 18-22. Gorter ingric. p. 147. Sobol. petrop. p. 2.*

C. aquatica. *Smith brit. 1. p 8.*

α. Foliis breuioribus, ſuperioribus ſubrotundis.

C. *(verna)* foliis ſuperioribus oualibus, floribus androgynis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 28. Flor. dan. t. 129. Poll. palat. n. 2. Steph. moſq. p. 1. Hall. hiſt. n. 554.*

C. aquatica. *Engl. bot. 722.*

β. Foliis longioribus retuſis, ſuperioribus oblongis.

C. palleus β. *Goldbach loc. cit.*

C. verna β. *Wahlenb. loc. cit.*

C. *(intermedia)* foliis ſuperioribus oualibus; caulinis linearibus apice biſidis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 29. Schkuhr bot. t. 1. f. e. Steph. moſq. p. 1. Beſſer galic. n. 3.*

C. autumnalis. *Poll. pal. n. 3.*

C. foliis oppoſitis oblongis, fructibus integris. *Gmel. ſib. 3. p. 13. n. 4.*

Occurrit in aquoſis Tauriae meridionalis, ad latera montis Tſchaturdag; nec non in Albaniâ ibericâ ad fluuium Alazonium.

Diſtincta omnino eſt, nec cum varietatibus anguſtifoliis mox recenſitae confundenda: C. *(virens)* foliis uniformibus aequidiſtantibus, feminibus dorſo membranaceo-marginatis *Goldb. in mem. moſq. 5. p. 119,* genuinae C. autumnali *Linn.* reſpondens, quam in aquoſis ad Nevam creſcentem nuper curatiori examini ſubjeci. Huc etiam ſpectant C. *(autumnalis)* foliis omnibus per caulem ſparſis aequalibus unineruiis truncatis, ſeminum marginibus membranaceis. *Wahlenb. lapp. n. 3. Gorter ingr. p. 148. Sobol. petrop. p. 3. Steph. moſq. p. 1* et C. foliis oppoſitis oblongis, fructibus quadrifariam dehiscentibus *Gmel. ſib. 3. p. 13. n. 5. t. 1. f. 2. (mala.)* Dignoscitur facile a priori colore herbae ſaturius viridi, foliis omnibus ordine aequabili per caulem diſtributis, uniformibus, anguſtis: texturâ denſiore, fructibus crebrioribus atque majoribus. *Varietas* hujus pygmaea vix bipollicaris, ex inferioribus geniculis radices agens, habitum tamen ſuum ſeruans occurrit Petropoli in maritimis inundatis, poſt exſiccationem, inter Scirpos minores.

DIANDRIA.

MONOGYNIA.

12. CIRCAEA *lutetiana.*

Iconem Florae danicae t. 210 hujus esse, nec C. alpinae, bene monent recentiores; sed nec *t. 256* hic exhibendа est, veram autem C. alpinam sistit *t. 1321.*

13. 14. VERONICA *spuria* et *brevifolia.*

Posterior videtur prioris *varietas* magis canescens, foliis brevioribus et argutius serratis. (*conf Steuen in mem. soc. nat. cur. mosq. 5. p. 338.*) Polymorpha enim planta est, et quidem elatiora individua spicis ad caulis apicem nudis paniculatis praedita procul dubio *V. paniculatam Linnaei* constituunt, pro quâ nostrae varietatem glabriusculam descripsit *Vahl enum 1. p. 58*, longe vero diversam (nec hujus sectionis) V. dentatam Schmidtii *Willdenow in enum. hort. berol. p. 23.*

15. VERONICA *elatior.*

V. spicis terminalibus tota leniter pubescens, foliis ternis lanceolatis acuminatis basi subcordatis duplicato-serratis: serraturis baseos profundioribus. *Willd. enum. hort. berol. p. 17.*

V. maritima. *Flor. taur. cauc. n. 15. (exclusis synonymis) Gorter ingr. p. 2.*

V. spicata Urticae folio. *Amm. ruth. n. 35.*

Vix nisi glabritie et colore herbae sature viridi a V. longifoliâ *Schraderi* diversa est et forte mera hujus varietas; nec *Linnaeo* ignota esse potuit, quippe quam circa Petropolin

ſpontaneam nuper obſeruaui, finitimae quoque Finlandiae et ultro Sueciae probabiliter haud peregrinam. *Folia* noſtrae pleraque euidenter baſi cordata, inſtruuntur ſerraturis profundis exquiſite acuminatis: baſeos folii majoribus atque ipſis unâ alterâve ſerraturâ ſaepius inſtructis. *Spicae* terminali accedunt utplurimum nonnullae laterales ex ſummorum foliorum axillis; ubi ſpicae deſunt, faſciculus foliorum juniorum axillaris adeſſe ſolet. *Bracteae* ſubulatae, inferiores calyce longiores, adſcendendo decreſcunt. *Calyx* parum inaequalis: *foliolis* ſubulatis capſulâ breuioribus. *Stylus* poſt floreſcentiam valde elongatus deorſum inflectitur. *Capſula* parua turgidula vix apice emarginata. Conjungitur cum V. longifoliâ apud *Lam. et Decand. flor. franc. ſub. n. 2409.*

16. VERONICA *incana.*

Dubium moui anne V. neglecta *Vahlii* hujus ſit *varietas* magis vegeta; quod quidem peremtorie jam perhibet *Steuen in mem. moſq. 5. p. 339.*

18. VERONICA *hybrida.*

Synonyma adde: *Steuen in mem. moſq. 5. p. 339. Engl. bot. 673.*

V. *(orchidea)* foliis oppoſitis cauleque pubeſcentibus: radicalibus oblongo-obouatis crenatis in petiolum decurrentibus, caulinis oblongis crenato-ſerratis ſubſeſſilibus; laciniis corollae lanceolatis acutis tortuoſo-conniuentibus. *Beſſer galic. n. 13. Wahlenb. carpat. n. 5. Sprengel pugill. 2. n. 1. Roemer et Schultes Syſt. veget. 1. p. 94. n. 28.*

V. Crantzii. *Schultes obſ. p. 2. 3.*

V. criſtata. *Bernhardi ap. Schrad. nou. ephem. 1. p. 158. Hornem. hort. hafn. a. 1813. p. 954.*

De hujus et V. ſpicatae discrimine mihi nondum conſtat. *Folia* variant ita, ut ex eorum formâ nullum discrimen

conſtans obtineatur; ſed et laciniarum *corollae* figura inconſtans eſt, ſunt enim mox latiusculae in acumen mediocre productae, mox anguſtae acumine longo torto inſtructae, et quidem varietas procerior latifolia corollae lacinulis anguſtioribus acutioribusque gaudere ſolet. Pube *calycis* atque *bractearum* magis minusue copioſâ mire quoque variat: ciliis attamen marginalibus vix unquam deficientibus.

Discrimen ex calycis formâ ſtabilire conatus est *Cl. Schultes*, dein ex ſtaminum ad corollam ratione *idem* et *Cl. Wahlenberg loc. cit.* Quod equidem in rerum naturâ nequaquam deprehendo.

19. VERONICA *gentianoides.*

Synonymis adde: *Ventenat hort. malm. t. 86. Bot. magaz. 1002. Sibth. flor. graec. t. 5. Hornem. hort. hafn. a. 1813. I. p. 17.*

Varietatem minorem ibericam recenſet *Steuen in mem. moſq. 5. p. 340*, affinem vero mihi hucusque ignotam *V. pallidam*, gracilitate, racemo flexuoso et corollis pallidis inprimis discrepantem *Hornemann loc. cit.*

22. VERONICA *Anagallis.*

Hanc ſolam inter Veronicas racemis lateralibus inſtructas annuam eſſe monet *Steuen in mem. moſq. 5. p. 340.*

24. VERONICA *latifolia.*

Synonyma adde: V. foliis ſeſſilibus ſubcordato-ovatis obtuſe ſerratis, calicibus quinquepartitis, caule adſcendente. *Schrad germ. 1. p. 35. Willd. enum. hort. berol. p. 23. Beſſer galic. n. 25. Smith in act. ſoc. Linn. lond. 1. p. 191.*

V. Teucrium. *Poll. pal. n. 13.*

Teucrium quartum. *Clus. hiſt. 1. p. 349.*

25. VERONICA *dentata.*

V. foliis ouatis vel oblongo-lanceolatis acutiusculis remote ferratis (fummis lineari lanceolatis fubintegerrimis), calicibus quinquepartitis, caule adfcendente. *Schrad. germ. 1. p. 37. Schmidt bohem. 1. n. 31. Beffer galic. n. 26. Schultes obf. p. 4. Pohl apud Hoppe enchirid. a. 1807. p. 29.*

V. proftrata. *Flor. taur. cauc. n. 25. (exclufis fynonymis.)*

V. (*Teucrium*) racemis axillaribus, foliis oblongo-lanceolatis acutis incifo-ferratis, calycibus quinquepartitis, caule adfcende..te. *Wahlenb. carpat. n. 14. Lamarck et Decand. flor. franc. n. 2390.*

V. (*paniculata*) racemis axillaribus, foliis oppofitis ternisve lineari-lanceolatis inaequaliter ferratis bafi auguftatis. *Willd. enum hort. berol. p. 23. (exclufis fynonymis, praeter Schmidt) Linn. ed. Willd. 1. p. 71 (defcriptio et Synonymon Schmidtii.)*

Foliorum formâ mire variat, ita quidem, ut fpecimina latifolia atque vegeta referant V. latifoliam; contra individua foliis elongato-dentatis praedita aegre dignoscantur a fpecimenibus V. auftriacae: foliis minus diffectis. Sufpicor et ego hanc effe V. Teucrium *Linnaei.* Anguftifoliam noftrae varietatem, nec fpeciem diftinctam effe cenfeo V. Schmidtii *Roemer et Schultes Syft. vegetab. 1. p. 115. n. 92.*

V. proftratam gracilitate, floribus pallidioribus et praecipue caulibus junioribus atque fterilibus humiftratis diftinctam per Tauriam Caucafumque non vidi, quae paffim per Roffiam mediam e. g. in arenofis circa Kioviam reperitur. Noftra vero *V. dentata,* quoad habitum, inter V. latifoliam et proftratam veluti media est.

27*. VERONICA *petraea.*

V. racemis lateralibus, foliis ellipticis obtufiusculis crenatis rigidis, pedicellis elongatis, caulibus basi ramosissimis procumbentibus radicantibus.

V. caule repente ramosissimo prostrato dense folioso, foliis subcrenatis, racemis multifloris, pedicellis calyce longioribus. *Steuen in mem. soc. nat. cur. mosq. 5. p. 340 et 3. p. 250.*

V. racemis subcorymbosis, foliis ouatis serratis, caulo hirto, pedicellis filiformibus bracteâ vix longioribus. *Roemer et Schultes Syst. veget. 1. p. 115. n. 94.*

V. peduncularis γ. *Flor. taur. cauc. sub. n. 27.*

Crescit in Caucasi alpestribus circa Kasbek, in alpe Schadagh, porro in ripâ elatâ fluuii Terek circa Wladikawkas. 2

Cedo auctoritati *amiciss. Steueni* hanc inter species recipiens, ipse de vero ejus a V. pedunculari discrimine nondum penitus certus. *Caules* basi valde distorti persistentes et passim radicantes, tecti *foliis* crebris magnitudine foliorum Thymi Serpylli, quae adscendendo euadunt majora et magis oblonga, obiter crenata. *Cauliculorum* circiter digitalium apices floriferi adscendunt. *Racemi* axillares subopposiți plerumque duo sub apice cauliculi, magis quam reliqua planta villosi. *Bracteae* oblongae obtusiusculae. *Pedicelli* graciles calyce multo longiores. *Calyx* 4-partitus: segmentis lineari-lanceolatis villosis, superioribus nonnihil minoribus. *Corolla* calyce longior: laciniis amplis rotundatis. *Capsula* turgidula obcordata calyce paullo brevior.

28. VERONICA *umbrosa.*

Synonymon adde: *Marsch. cent. plant. rar. rossic. 1.* 4. 7.

28. VERONICA *maxima.*

V. racemis lateralibus, foliis ouatis subsessilibus grosse serratis pilosis, calycibus ciliatis capsulam ciliatam superantibus.

V. foliis ouatis subsessilibus grosse serratis, calycibus tetraphyllis capsulisque ciliatis, caule undique hirsuto. *Steuen in mem. soc. nat. cur. mosq. 2. p. 179. n. 7. t. 11. f. 8. Roemer et Schultes Syst. veget. 1. p. 117. n. 102.*

V. pratensis omnium maxima. *Buxb. cent. 1. p. 23. t. 24. Hall. opusc. p. 218.*

Habitat in pratis montanis Iberiae et in promontorio Caucasico septentrionali circa Stauropolin. Floret aestate. 2

Caulis adscendens saepe bipedalis villis crebris crispis undique hirsutus. *Folia* pilis prostratis sparsis pubescentia: inferiora minora latioraque subcordata sessilia, superiora ouata acutiuscula breue petiolata. *Racemi* axillares oppositi pedunculati versus apicem caulis, ut in affinibus: *pedunculis pedicellisque* villosis; his demum longitudine calycis, illis fructiferis horizontalibus. *Bracteae* subulatae paruae villosae et ciliatae. *Calyx* quadripartitus hirsutus: laciniis lanceolatis subaequalibus ciliatis. *Corolla* parua, calycem vix excedens, palide coerulea: laciniis obtusis, suprema duplo latiore. *Capsula* compressa obcordata ciliata calyce breuior.

Differt ab affine V. *urticifolia* caule adscendente nec erecto, magis villoso; foliis minoribus vix ullis cordatis, racemis longioribus, pedicellis breuioribus, calyce multo majore, colore corollae et forma capsulae.

29. 30. 31. 33. VERONICA *orientalis, multifida, tenuifolia et austriaca.*

Sub V. austriaca adde *Synonymon:* V. (*Jacquini*) foliis sessilibus pinnatifidis bipinnatifidisque, bracteis inferioribus tris-

dis pedicello longioribus: calycibus quinquepartitis, caule erectiusculo. *Roemer et Schultes Syſt. veget. 1. p. 108. n. 74. Baumgart. tranſilvan. 1. p. 26.*

Sub V. multifidâ adde *Synonymon: Bot. magaz. 1679.*

Harum limites difficillime inueniuntur, ob indiuiduorum intermediorum frequentiam. Staturâ, habitu, pube et imprimis foliorum formâ atque inciſuris omnes mire variant. Nec pedicellorum ratione calycis longitudo nec hujus forma et pubes (*conf. act. ſoc. Linn. 1. p. 191*) conſtantes diſcriminis notas ſuppeditant. An demum omnes conjungendae ſint ex culturâ conſtabit; jam vero n. 31 a 33 amplius ſpecie haud ſeparo.

V. auſtriacam *Linnaei* a cognomine *Jacquini* plantâ, praeeunte *Cl. Schott*, ſpecie diſtinguunt *Roemer et Schultes loc. cit.* pro *diagnoſi folia* illius minus diſſecta, *bracteas* omnes indiuiſas *pedicello* breuiores et *calyces* 4-partitos praecipue ponentes.

32. VERONICA *caucaſica.*

Synonyma adde: *Trauiranus in repert ſoc. nat. cur. berol. a. 1813. 2. p. 145. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 19. Beſſer cat. hort. cremeniec. a. 1816. p. 149.*

A praecedentibus facile dignoscitur *calycibus fructus* in *pedicellis* elongatis nutantibus, affinium enim omnium pedicelli etiam fructiferi eriguntur; dantur vero indiuidua V. peduncularis valde inciſis foliis ad V. caucaſicam ita accedentia, ſicut indiuidua valde diſſecta V. dentatae ad V. auſtriacam quandoque accedere ſupra commemorauimus.

V. (*oſſetica*) foliis bipinnatifidis bracteis pedicello breuioribus calycinisque foliolis linearibus pubescentibus *Steuen mem. moſq. 2. p. 180. n. 8* eſt mera varietas V. caucaſicae, quae pro aetate locoque natali latitudine ſegmentorum calycinorum et bracteis infimis indiuiſis diſſectisve ludit.

34. VERONICA *amoena.*

Synonymon adde: *Marſch. cent. plant. rar. roſſic. 1. t. 18.*

34*. VERONICA *biloba.*

V. floribus ſolitariis pedunculatis, foliis inferioribus ellipticis ſubdentatis, ſuperioribus oblongis integerrimis, calycibus corollâ duplo longioribus, caulibus diffuſis.

V. floribus pedunculatis, foliis ouatis ſerratis acutis glabris, laciniis calycinis aequalibus ouatis trineruiis. *Vahl ſpec. 1. p. 79 et Symb. 1. p. 1. Smith in act. ſoc. Linn. lond. 1. p. 193. Linn. ed. Willd. 1. p. 72. Hoppe enchirid. a. 1796. p. 93. Steuen in mem. ſoc. nat. cur. moſq. 3. p. 250.*

V. racemis lateralibus, foliis oblongis dentatis, capſulis bipartitis. *Linn. mantis. p. 172.*

V. aruenſis annua Chamaedryos folio. *Buxb. cent. 1. p. 24. t. 36.*

V. orientalis Ocymi folio, flore minimo. *Tournef. cor. p. 7.*

In Caucaſi orientalis alpe Schadagh juxta nivem legit *Steuen.* ⊙

Planta puſilla ſtaturâ V. aruenſis. *Cauliculi* plures, villoſi: medio erecto, lateralibus declinatis. *Folia* leuiter pubeſcentia, omnia baſi attenuata, infima tantum dente uno alterove laterali. *Pedunculi* calyce longiores folio paullo breuiores demum nutantes villoſuli. *Calyx* pubescens: laciniis ovato-lanceolatis acutis obſcure trineruiis ſubaequalibus. *Corolla* calyce duplo breuior pallide coerulea. *Stylus* minimus. *Capſula* obcordata, tranſverſim ruguloſa, ad lentem pubeſcens, calyce breuior: lobis profundis rotundatis.

35. VERONICA *agreſtis.*

V. pedunculis axillaribus folium aequantibus, foliis cordato-ovatis ferratis, capſulis obcordatis: ſinu lobis rotundatis coarctato, ſtylo ſiſſuram ſubaequante, caulibus procumbentibus.

V. foliis ovatis ferratis, bracteis conſimilibus. pedicello calyce duplo longiore, capſulâ turgidâ ſubdidymâ pubescente eneruiâ profunde emarginatâ, ſtylo ſubaequante. *Steuen in mem. ſoc. nat. cur. moſq.* 5. *p.* 341. *Flor. taur. cauc. n.* 35. (*cum ſynonymis.*)

35*. VERONICA *Buxbaumii.*

V. pedunculis axillaribus folium ſuperantibus, foliis cordato-ovatis profunde ferratis, capſulis dilatatis obcordatis: ſinu aperto, ſtylo prominulo, caulibus procumbentibus.

V. (floribus foliariis pedunculatis) foliis profunde crenatis hirſutis, corollis calyce longioribus. pedunculis fructificantibus cernuis, capſulis obreniformibus dilatatis compreſſis acutis ciliatis calyce longioribus. *Tenore flor. neap. p.* 7. *t.* 1. *et catal. hort. neap. a.* 1813. *n.* 4796.

V. (*perſica*) foliis cordato-ovatis ferratis, bracteis conſimilibus, pedicello calyce duplo longiore, capſulâ compreſſâ late emarginatâ ciliatâ venoſo-reticulatâ, ſtylo ſubaequante. *Steuen in mem moſq.* 5. *p.* 341. *Beſſer cat. hort. cremenec. a.* 1816. *p.* 150. *Roemer et Schultes Syſt. veg.* 1. *p.* 126. *n.* 132. (*excluſis ſynon. Poireti et flor taur. cauc.*)

V. (*filiformis*) floribus pedunculatis. foliis petiolatis cordato-ovatis dentato-ferratis planis, lacinüis calycinis ovato-lanceolatis, capſulâ obcordatâ compreſſâ. *Beſſer galic. n.* 31. *Schultes obſ. p.* 5.

V. agreſtis byzantina. *Sibth. flor. graec. t.* 8.

V. floscul̄is oblongis pedicellis infidentibus, Chamaedryos foliis major. *Buxb. cent. 1. p. 26. t. 40. f. 2.*

In Armeniâ ibericâ orientali, circa Samuch et Gendſcham occurrit. ⊙

Inter V. agreſtem et filiformem eſt veluti media; *digno-ſcitur* vero *habitu* robuſtiore et praeſertim inſigni *capſularum* latitudine, quarum diameter transuerſalis longitudinalem manifeſte ſuperat; tum *capſulae lobis* intra ſinum vix arcuatis, ita ut hic latiſſime pateat, quapropter capſulam obcordato-triangularem juſte praedicat *Beſſer loc. cit. Stylus* paullo longior eſt quam in V. agreſti magisque eminet, multo autem breuior quam in V. filiformi.

Nequit eſſe V. perſica *Poiret enc. meth. bot. 8. p. 542* cui pedunculi tribuuntur folio et corolla calyce breuiores, quod nunquam in noſtrâ.

38. VERONICA *filiformis.*

V. pedunculis axillaribus folium ſuperantibus, foliis ſubrotundo-ouatis ſerratis, capſulis obcordatis: ſinu lobis rotundatis coarctato, ſtylo fiſſuram ſuperante, caulibus procumbentibus.

V. foliis cordato-ouatis crenatis, bracteis conſimilibus, pedicello calyce multoties longiore, capſulâ ſuborbiculatâ ad medium bifidâ, ſtylo duplo longiore. *Steuen in mem. moſq. 5. p. 341. Flor. taur. cauc. n. 38. (cum ſynonymis.) Vahl ſpec. 1. p. 82 Poiret enc. meth. bot. 8. p. 538. Roemer et Schultes Syſt. veg. 1. p. 122. n. 122.*

Hanc nuper in herbidis promontorii Caucaſi ſeptentrionalis, circa Stauropolin etiam legi.

Ob gracilitatem cauliculorum et teneritatem foliorum, quae Anagallidis tenellae foliis bene aequiparat *Vahl l. c.*, tum ob inſignem pedicellorum longitudinem et tenuitatem *nomen*

triviale optimo jure ſibi vindicat. *Corollae* lacinias oblongas habent *Vahl* et *Poiret*, forte ſpeciminibus ſiccis ſeu icone *Buxbaumii* citatâ decepti, quae fiſtit eas ex ouato apice paullulum attenuatas, nec quales reuerâ ſunt, ut in binis praecedentibus ſubrotundas. Quo perpenſo ſoluitur dubium, a *Cl. Hoffmanno hort. moſq. ſub n. 3439 in notâ* hac de plantâ motum. *Calycis* forma, tam in hâc, quam in binis praecedentibus ſecundum aetatem variat: ſegmentis ſcilicet initio anguſtis, ſub fructeſcentiâ lateſcentibus.

38*. VERONICA *cymbalarifolia*.

V. foliis ſubcordatis 5-7-lobis pedunculo breuioribus, laciniis calycinis oblongis obtuſis. *Vahl. ſpec. 1. p. 81. Sibth. flor. graec. t. 9.*

V. hederifolia *β. Linn. ſpec. p. 19. ed. Willd. 1. p. 74.*

V. chia Cymbalariae folio verna, flore albo: umbilico vireſcente. *Tournef. cor. p. 7. Buxb. cent. 1. p. 25. t. 39. f. 1.*

Creſcit in Tauriâ maxime meridionali, circa pagum litoralem Lambat. Floret vere. ⊙

Habitus omnis, *folia* et *pubes* V. hederifoliae. *Pedunculi* longiores, quam hujus, ſolium notabiliter excedentes. *Calyx* diuerſae omnino formae: laciniis ouato-oblongis obtuſis. *Corolla* alba. *Capſula* turgidula biloba villoſa tetraſperma: *ſeminibus* majusculis hinc excauato-umbilicatis ut in V. hederifoliâ. *Calycem* ciliatum tantum eſſe habet *Vahl l. c.* qui in noſtrâ, et ſimili omnino italicâ, mihi a Cl. Roemero communicatâ extus totus, ſicut reliquae plantae partes villoſus est.

39*. VERONICA *praecox*.

V. pedunculis axillaribus: fructiferis demum bracteam ſuperantibus, foliis inferioribus cordatis inciſo-ſerratis, ſuper-

rioribus subdigitato-partitis, floralibus superioribus integerrimis; caule erecto: ramis patulis.

V. floribus pedunculatis, foliis inferioribus cordatis inciso-serratis, supremis oblongis subintegerrimis, caulibus erectis. *Vahl spec. 1. p. 79. Allion auct. p. 5. t. 1. f. 1. Schmidt bohem. 1. n. 44. Poiteau et Turpin flor. paris. t. 24. Lam. et Decand. flor. franc. n. 2402.*

V. ocymifolia. *Thuillier flor. paris. p. 10.*

V. minor annua, Ocymi caryophyllati folio subtus rubro, flore coeruleo et amethystino. *Vaill. paris. p. 202.*

Occurrit in collibus apricis Tauriae, circa Karasubasar, primo vere florens. ⊙

V. triphyllae proxima et caute ab ejus varietate foliis minus profunde partitis distinguenda.

40*. VERONICA *Crista galli.*

V. pedunculis unifloris folia aequantibus, calycibus diphyllis: foliolis bilobis serratis. *Steuen in mem. soc. nat. cur. mosq. 3. p. 251 et in act. soc. Linn. lond. (cum icone.) Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 19. Roemer et Schultes Syst. veg. 1. p. 124. n. 126.*

In sylvis ditionis Cubensis Caucasi orientalis haud rara. Floret Junio. ⊙

Radix exilis fibrosa albicans. *Caulis* dodrantalis debilis undique villosus, basi simplex, superne saepissime *ramis* nonnullis alternis auctus. *Folia* cordato-ouata obtusiuscula grosse serrata subsessilia pilosa. *Pedunculi* axillares folium aequantes recti villosi. *Calyx* magnus, Asperuginis procumbentis calyci fructifero quodammodo similis, venosus pubescens: segmentis latis basi cordatis, inaequaliter argute serratis: serraturâ mediâ profundiore. *Corolla* minuta, calyce multo minor, coerulea. *Capsula* calyce connivente inclusa, compressa, lata, basi apiceque cor-

dato-emarginata, leuiter pubescens, margine arguto tenuiſſime ciliata, bilocularis: loculis monoſpermis. *Stylus* minimus perſiſtens. *Semina* magna, compreſſa, rugoſa, nigra, hinc in medio disco ſcrobiculato umbilicata. Intercedit quidem aliqua cum V. hederifoliâ analogia, ſingularis alioquin atque diſtinctiſſimae plantae, ad quam recentiores, augendo generum numero nimium fortaſſis ſtudentes, nouum genus facile conſtituent.

41*. VERBENA *nodiflora*.

V. tetrandra, ſpicis capitato-conicis, foliis cuneiformibus dentatis, caule repente. *Linn. ed. Willd. 1. p. 117. Barrel. ic. 855. C. Bauh. pin. p. 269.*

Zapania nodiflora. *Perſoon enchirid. 2. p. 140.*

Occurrit verſus oſtia Cyri fluminis, circa oppidum Sallian. ♃

Noſtra discedit a cultâ *horti Charkovienſis pube* omnium partium parciore: *corollarum* vix ullâ, *pedunculis* folio longioribus, qui in hortenſi folium ſubaequant et *capitulis* minoribus. *Specie* attamen, me quidem judice, ſejungi nequit.

44. ZIZIPHORA *clinopodioides*.

Synonyma adde: Z. foliis ouato-acuminatis: ſuperioribus ciliatis, inferioribus nudis, calycibus piloſis. *Rudolph in mem. acad. ſcient. petrop. 2. p. 311. t. 11. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 21. Hoffm. hort. moſq. a. 1808. n. 3520.*

Z. (*ſerpyllacea*) capitulis terminalibus oualibus, foliis ouatis ſubſeſſilibus: floralibus ſubſimilibus integerrimis ciliatis. *Bot. magaz 906.* (*excluſo ſynonymo*) *Ait. Kew. ed. 2. tom. 1. p. 50.*

Sub hâc Cunilam capitatam et Ziziphoram acinoiden *Linnaei* merito conjungit *Rudolph loc. cit.*

45. ZIZIPHORA *capitata.*

Synonyma adde: Z. bracteis ouato-acuminatis ciliatis, foliis elliptico-lanceolatis. *Rudolph in mem. acad. ſcient. petrop. 2. p. 308. t. 10. Sibth. flor. graec. t. 13. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 21. Hoffm. hort. moſq. a. 1808. n. 3519.*

46. ZIZIPHORA *taurica.*

Synonyma adde: Z. floribus axillaribus ſubgeminatis, calycibus hirtis, corollis calyce duplo longioribus fauce inflatis, foliis lanceolatis baſi ciliatis. *Willd. enum. hort. berol. p. 31. Marſch. cent. plant. rar. roſſic. 2. t. 82. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 21. Hoffm. hort. moſq. a. 1808. n. 3526.*

47. ZIZIPHORA *ſerpyllacea.*

Synonyma adde: Z. foliis lanceolatis nudis ſubdentatis punctatis uniformibus. *Rudolph in mem. acad. ſcient. petrop. 2. p. 315. t. 12. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 21. Hoffm. hort. moſq. a. 1808. n. 3524, 3525. Beſſer cat. hort. cremenec. a. 1816. p. 154.*

Z. floribus terminalibus faſciculatis, calycibus hirtis, foliis lanceolatis glabris, caule ſuffruticoſo: ramulis pubescentibus. *Willd. enum. hort. berol. p. 31.*

Thymus humilis, foliis anguſtiſſimis. *Buxb. cent. 3. p. 28. t. 51. f. 2. (varietatem β male exprimit.)*

48. ZIZIPHORA *daſyantha.*

Synonyma adde: Z. floribus verticillato-capitatis, calycibus lanatis, foliis ſubrotundo-ouatis baſi ſubciliatis, caule ſuffruticoſo: ramulis pubescentibus. *Willd. enum. hort. berol. p. 31. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 21. Hoffm. hort. moſq. a. 1808. n. 3521. (excluſis ſynonymis praeter Adami.)*

Z. (*Puſchkini*) capitulis ſubgloboſis verticillatis hirſutis, foliis orbiculato-ouatis ſubdentatis, ſtaminibus exſertis, caulibus proſtratis. *Bot. magaz. 1093. Ait. Kew. ed. 2. tom. 1. p. 50.*

49. SALUIA *Hablitziana.*

Synonymon adde: S. ſcabioſaefolia. *Jacq. jun. eclog. t. 3.*

50. SALUIA *grandiflora.*

Synonymon adde: *Jacq. loc. cit. t. 36.*

53. SALUIA *nemoroſa.*

S. *ſylueſtrem* et *nemoroſam* etiam conjungunt *Schrader germ. 1. p 61 et Willdenow enum. hort berol. p. 35;* ſeparant vero ex mente Vahlii *Schultes obſ. p. 8, Roemer et Schultes Syſt. veg. 1. p 249-251 et Hornemann hort. hafn. a. 1813 p 31, 32;* priores *folia* in illâ biſcrrata in hac crenata; poſterior *bracteas* in illâ calyce breuiores, in hâc calycem aequantes urgentes. Equidem talia discrimina non ſufficere, in plantâ per Roſſiam meridionalem copioſiſſimâ video. Elatiorem et valde paniculatam *varietatem,* foliis groſſe inaequaliter duplicato-dentatis ex Iberiâ habeo, a communi maxime aberrantem; ſed nec hanc ſpecie diſtinguo.

54. SALUIA *campeſtris.*

Synonyma adde: S. foliis oblongis cordatis duplicato-crenatis: caulinis inaequaliter repando-crenatis, ſpicis virgatis, bracteis calyce breuioribus, pilis caulis calycisque ſimplicibus. *Willd. enum. hort. berol. p. 35. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 21. Beſſer cat. hort. cremenec. a. 1816. p. 122.*

Pro S. ſylueſtri hanc eſſe deſcriptam ſuſpicor apud *Lamarck et Decand. flor. franc. n. 2482;* apprime enim no-

ſtrae, nec S. ſylueſtri *Linn.* conueniunt „ſpicae longae graci-„les, pedicelli lanuginoſi et corollae galea villoſa."

55. SALUIA *polymorpha.*

S. foliis inferioribus petiolatis ſinuato-pinnatifidis rugoſis (glabriusculis), ſummis ſeſſilibus cordatis inciſis acuminatis, bracteis cordatis acuminatis flore breuioribus. *Hoffmannsegg et Linck flor. luſit. p. 149. t. 19.*

S. oblongata. *Jacq. jun. eclog. p. 23. t. 14.*

S. (*Spielmanni*) foliis radicalibus oblongis ſubcordatis obtuſe dentatis: caulinis dentato-crenatis, verticillis ſexfloris, floribus horizontalibus, pedunculo unifloro terminali. *Willd. enum. hort. berol. p. 38.* (*excluſo ſynonymo Vahlii.*)

S. Spielmanniana. *Flor. taur. cauc. n. 55.*

S. Verbenaca *Marſch. caſp. append. p. 208.*

β. Foliis minus inciſis.

S. (*oblongata*) foliis lanceolato-oblongis obtuſis (glabris) groſſe aequaliter obtuſe ſerratis, corollis calyce anguſtioribus. *Vahl ſpec. 1. p. 256.*

S. betonicaefolia. *Lamarck dict. enc. bot. 6. p. 609. illuſtr. 1. p. 70. n. 304.*

Nuper etiam in Tauriâ maxime meridionali, circa pagum littoralem Gaspra lecta eſt; et haec quidem a Schirvanenſi ſtaturâ altiore et pube parciore discedit.

Dubito cum auctoribus *Florae luſitanicae loc. cit.* an ſit ſatis a S. *clandeſtinâ Linn.* diſtincta. Conuenit ſane cum noſtrâ *icon Barrelierii 220,* a *Vahlio* (*ſpec. 1. p. 256*) ad S. clandeſtinam, in *Florâ luſitanicâ* (*loc. cit*) autem ad noſtram adducta. Iterum *Barrelierii dicta icon* ab aliis ad S. Verbenacam citatur, cujus diagnoſin a S. clandeſtinâ rite ſtabilitam

putabo, quando aliae notae quam ex pube et foliorum formâ defumtae fuppeditabuntur.

57. SALUIA *verticillata.*

Synonymon adde: Horminum folio rapi. *Buxb. cent. 5. p. 43. app. n. 23. (mala.)*

60. SALUIA *verbafcifolia.*

S. foliis cordato-ouatis duplicato-crenatis rugofis lanatis, verticillis fummis fterilibus, bracteis cordatis mucronatis calyce breuioribus.

S. verbafcifolia. *Roemer et Schultes fyft. veg. 1. p. 242. n. 101.*

S. candidiffima. *Flor. taur. cauc. n. 60.* (*excluſis ſynonymis.*)

Sclarea orientalis Verbasci folio, flore partim albo, partim flauo. *Tournef. cor. p. 10.*

Ad torrentes Samur et Jucharibafch ditionis Cubenfis etiam occurrit, fecundum *Steuen mem. ſoc. nat. cur. moſq. 3. p. 251.*

Differt a S. *candidiffimâ*, pro quâ habui, *lanâ* omnium partium minus denſâ, *foliis* latioribus profundius crenatis, *verticillis* fubſexfloris, *bracteis* latioribus, *calycibus* majoribus magisque ringentibus. A S. *argenteâ Linn.*, cui etiam affinis, differt *bracteis* mucronatis nec muticis; ſed S. argentea *Sibth. flor. græc. t. 27* noſtram potius refert, quam genuinam S. argenteam *Linnaei.*

DIANDRIA.

DIGYNIA.

12*. ANTHOXANTHUM. Cal. gluma 2-ualuis, 3-flora. Flosculi laterales neutri, uniualues, aristatis intermedius hermaphroditus, bialuis, muticus.

62*. ANTHOXANTHUM *odoratum.*

A. spicâ oblongo-ouatâ, flosculis (neutris) subpedunculatis aristâ longioribus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 156. Schreb. gram. p. 49. t. 5. Host. gram. austr. 1. t. 5. Curt. lond. Flor. dan. t. 666. Hall. hist. n. 1491. Leers herb. n. 25. t. 2. f. 11. Gmel. sib. 1. p. 127. n. 64. Scheuchz. agr. p. 88.*

In pratis ad alpem Kasbek legere *Engelhard et Parrot.* ♃

TRIANDRIA.

MONOGYNIA.

13. VALERIANA. Cal. piſtillo adhaerens: fructifer plumoſo-pappoſus. Cor. infundibuliformis. Capſ. incluſa, 1-locularis, monoſperma.

64. VALERIANA *Cardamines.*

Inter noſtram et V. ſiſymbriifoliam, ſecundum *Desfont. ann. muſ. paris. II. p. 273. t. 28,* ea notabilis differentia intercedit, quod poſterior *foliolis* etiam ſuperioribus ſubrotundis gaudeat, quae adſcendendo longiora et demum linearia in noſtrâ.

Corolla infundibuliformis: tubo gracili limbo campanulato duplo triploue longiore ut in V. tuberoſâ, nec campanulata: tubo vix diſtincto ut in V. dioicâ. (*conf. Steuen in mem. ſoc. nat. cur. moſq. 3. p. 251 et 5. p. 342.*)

66. VALERIANA *tuberoſa.*

Hanc nuper ad latera collium Boryſtheni imminentium circa Catherinoslaw etiam legi.

67. VALERIANA *montana.*

Synonyma adde: V. *(alpeſtris)* foliis ouatis: radicalibus integerrimis, caulinis inciſo ferratis vel tripartitis, floribus capitato-corymboſis, corollâ germine triplo longiore. *Steuen in mem ſoc. nat. cur. moſq. 5. p. 342.*

V. alpina. *Hoffm. hort. moſq. a. 1808. n. 3388.*

V. *(intermedia)* foliis omnibus petiolatis dentatis: radicalibus cordatis, caulinis ouato-oblongis acutis. *Sternberg et Hoppe in mem. soc. bot. ratisb. a. 1818. p. 88?*

Visa nuper *varietate foliis* caulinis summis basi incisis, facile adducor ut nostram pro distinctâ et intermediâ inter V. montanam et tripterin specie habeam. *Habitus* autem potius montanae est. *Folia radicalia* plerumque integra, nonnunquam etiam remote obtuseque dentata sunt; *caulina* superiora saepius indivisa, semper acute dentata, nunquam vere ternata. *Corollae* magnitudo et *staminum* ad eam ratio minus constans est, sicut in V. montanâ europaeâ; fallit igitur *diagnosis* utriusque his ex partibus desumta.

13. FEDIA. Cal. pistillo adhaerens, subdentatus. Cor. tubulosa. Capsula inclusa, 2-3-locularis: uno alteroue utplurimum abortiente.

69. FEDIA *olitoria.*

F. bracteis oblongis obtusiusculis margine ciliato-scabris, fructu compresso-orbiculato glabriusculo utrinque bistriato obscure tridentato.

F. fructu glabriusculo compresso orbiculato oblique acuminato utrinque bistriato. *Steuen in mem. soc. nat. cur. mosq. 5. p. 343. n. 1. Flor. taur. cauc. n. 69. Schrad. germ. 1. p. 95. Besser galic. n. 46. Lamarck et Decand. flor. franc. n. 3330 α. (sub. Valerianellâ) Hall. hist. n. 214. Poll. pal. n. 32.*

F. *(striata)* foliis linearibus integerrimis obtusis, fructu elliptico compresso striato et transuersim subrugoso apice integro. *Steuen in mem. mosq. 2. p. 177. n. 5. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 43. (sub Valerianellâ.)*

Hujus et affinium *ſynonymia* extricatu difficillima, caracteres enim ſpecierum ſufficientes recens conſtitutos induſtriae *Steueni* et *Loiſeleurii* potiſſimum debemus.

Ea, de quâ hic ſermonem facimus, *dignoscitur foliis* ſpathulato-oblongis uniformibus rariſſime ſuperioribus denticulo uno alteroue obſcuro inſtructis, *bracteis* oblongis obtuſis in corymbis confertis, *fructu* planiusculo: denticulis apicis viſum fere fugientibus.

69*. FEDIA *coſtata.*

F. bracteis oblongis obtuſiusculis margine glabris, fructu ſubrotundo compreſſiusculo obtuſiſſimo glabro utrinque profunde biſulcato.

F. fructu glaberrimo ſubrotundo compreſſiusculo obtuſiſſimo, utrinque ſulcis duobus profundis exarato. *Steuen in mem. moſq. 5. p. 344. n. 2.*

Habitat in vineis vallis Sudak Tauriae meridionalis rarior. ☉

Praecedenti proxima. *Differt ſtaturâ* quidquam minore, *bracteis* glaberrimis, *corollâ* minore; *fructu* fere duplo minore glaberrimo (in meis tamen ad lentem aſperiusculus eſt) ſphaeroideo, minus compresso profunde ſulcato, unde forma ejus fere melonis coſtati. *Steuen loc. cit.*

69**. FEDIA *turgida.*

F. bracteis oblongis obtuſiusculis ciliatis, fructu ſubhemisphaerico conuexo concauo ſubmutico glabro.

F. fructu glabro ſubhemiſphaerico tricocco: hinc concauo, apice obtuſiſſimo. *Steuen in mem. moſq. 5. p. 345. n. 3.*

F. (*olitoria*) foliis ſpathulato-linearibus ſubdentatis, fructu obtuſe trigono apice integro. *Steuen in mem. moſq. 2. p.*

178. Lamarck et Decand. flor. franc. n. 3330. (sub Valerianellâ) Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 43. (sub Valerianellâ.)

Cum praecedentibus paſſim per Tauriam atque Caucaſum reperitur. ⊙

Facies **F. olitoriae.** *Dignoscitur* **caule angulis magis exaſperato,** *foliis* **ſuperioribus baſi latioribus ſaepius dentatis,** *bracteis* **euidentius ciliatis et praeſertim** *formâ* **fructus. In hac loculi ſteriles magis quam in congeneribus turgent, unde fructus tricoccus apparet.**

69***. FEDIA *carinata.*

F. bracteis oblongis obtuſiusculis margine denticulato-ſcabris, fructu oblongo curuulo obtuſo ſubmutico glabro.

F. fructu glabro ſubcylindrico hinc concauo, latere utrinque ſulco longitudinaliter exarato: apice denticulo obſoleto. *Steuen in mem. moſq. 5. p. 346. n. 5.*

F. capſulâ nudâ glabrâ rimoſo-carinatâ elongatâ, caule debili, floribus ſubcapitatis. *Roemer et Schultes Syſt. veget. 1. p. 361. Loiſeleur not. p. 149. (ſub Valerianella.)*

Habitat in arenoſis ad fluuium Terek circa Kisljar, nec non in Tauriâ paſſim. ⊙

Dignoscitur glabritie **omnium partium praeter bracteārum marginem cartilagineo-denticulatum,** *foliis* **omnibus integerrimis,** *fructu* **(abortientibus loculis) curuulo veluti nauiculari, apice angulo imprimis uno protuberante quidquam inaequali et obtuſe ſubdentato.**

69****. FEDIA *tridentata.*

F. bracteis lanceolatis pubescentibus ciliatis; fructu ſubhemisphaerico glabro, hinc excauato-umbilicato apice retuſo: dentibus tribus breuibus inaequalibus.

F. fructu glabro subrotundo compressiusculo postice umbilicato, apice retuso: dentibus duobus obsoletis. tertio majore. *Steuen in mem. mosq. 5. p. 346. n. 4 et 2. p. 178. t. 11. f. 7.* (*icon fructum sistit justo angustiorem et apice latiorem, qui basi turgidulus potius apicem versus parum angustior est.*)

Habitat in Tauriâ, porro ad Caucasum in fabuletis ad fluvium Terek et circa Derbentum. Floret Majo ⊙

Folia praecedentibus angustiora, in meis omnia integerrima, alias (*secundum Steuen loc. cit.*) inferiora obiter dentata, summa integerrima aut basi pinnatifida *Bracteae* late albo-marginatae. *Fructus* fructui F. turgidae similis.

69*****. FEDIA *lasiocarpa.*

F. bracteis lanceolatis pubescentibus ciliatis, fructu ouato villoso hinc umbilicato, apice marginato inaequaliter subtridentato.

F. fructu villoso ouato postice umbilicato apice marginato inaequaliter subtridentato. *Steuen in mem. mosq. 5. p. 349. n. 9.*

Occurrit in Taurià et Caucaso orientali rarius. Floret Aprili, Majo. ⊙

Praeter fructum ita refert *F. tridentatam*, ut aegre dignoscatur. *Fructus* dense albo-pilosus ouatus obtusus: margine apicis in urceolum brevem dilatato, reticulato, inaequaliter dentato: duobus brevioribus, tertio longiore, quarto interdum accedente.

70. FEDIA *dasycarpa.*

F. bracteis subulatis glabriusculis cartilagineo-ferrulatis, fructu pubescente ouato-conico: denticulo apicis unico porrecto, quatuor obliteratis acutis.

F. fructu pubescente ouato-conico apice oblique acuminato. *Steuen in mem. mosq. 5. p. 348. n. 6 et 2. p. 178. Besser cat. hort. cremenec. a. 1811. supplem. 3. p. 11 et suppl. 4. p. 27. Roemer et Schultes Syst. veg. 1. p. 365.*

F. (*Morisonii*) foliis radicalibus spathulatis integerrimis, caulinis lanceolato-linearibus dentatis, fructibus hirsutis. *Sprengel pugill. 1. p. 4. n. 6. Wallroth flor. halens. suppl. 3. n. 7.*

Valeriana dentata. *Flor. taur. cauc. n. 70.* (*exclusis synonymis, praeter Moris. sect. 7. t. 16. f. 35.*)

In Tauriâ et Iberiâ etiam occurrit, apud nos e frequentioribus congenerum.

Habitus gracilis, ob ramos dichotomiae longiores sursum vix incrassatos. *Folia* etiam superiora saepius integerrima, attamen quandoque supra basin dente uno alteroue instructa. *Fructus* costis obliteratis, ut pene teres: dente apicis minimo, cui tamen opponuntur quatuor alii fere microscopici. F. mixta *Vahlii*, quoad fructum similis, foliis imis bipinnatifidis a nostrâ manifeste discrepat.

70*. FEDIA *dentata*.

F. bracteis subulatis glabriusculis cartilagineo-serrulatis, fructu glabro ouato apice oblique urceolato: dentibus urceoli 1-5 inaequalibus rectis.

F. fructu glabro ouato antice costâ unicâ, postice quinis, apice oblique acuminato. *Steuen in mem. mosq. 5. p. 347. n. 6. Schrad. germ. 1. p. 96. Besser galic. n. 47. Engl. bot. 1370. Flor. dan. t. 738. Hall. hist. n. 215. Poll. pal. n. 33.*

Occurrit rarius in Tauriâ. Congeneribus serius floret. ⊙

Praeter fructum *F. dasycarpae* ita similis est, ut aegre dignoscatur. *Fructus* evidenter costatus: costâ hinc unicâ, illinc quinque.

70**. FEDIA *eriocarpa.*

F. bracteis ſubulatis glabriuſculis cartilagineo-ſerrulatis, fructu hiſpido ouato: urceolo apicis dimidiato ciliato, inaequaliter acute ſubdenticulato.

F. fructu hiſpido ouato apice explanato oblique acuminato. *Steuen in mem. moſq. 5. p. 349. n. 8. Roemer et Schultes Syſt. veg. 1. p. 364.*

Valerianella eriocarpa. *Loiſeleur. notic. p. 49. t. 3. f. 2.*

Valerianella rugulosa. *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 43. Beſſer cat. hort. crem. a. 1816. p. 148. (ex autopſiâ ſpeciminum hortenſium.)*

In Tauriâ maxima meridionali circa pagos litorales Nikitam et Gaſpram frequens. Floret Junio. ⊙

Proxime praecedentibus vulgo robuſtior et ob *ramos* dichotomiae minus elongatos euidenter angulatos et apice fere ut in F. echinatâ incraſſatos *habitum* rigidum adipiscitur. *Setulis* rigidis ad angulos caulis atque ramorum magis reliquis est exaſperata. *Fructus* ſubgloboſo-ouati leuiter coſtati pilis albis adpreſſis hirti coronantur urceolo obliquo dimidiato majusculo, denticulis paruis inaequalibus acutis munito, quandoque ſimpliciter apiculato integerrimo.

Hanc olim ſub F. muricatae nomine a *Steueno* obtinui et *Cl. Roemero* communicaui. *(conf. Roemer et Schultes Syſt. vegetab. 1. p. 366.)*

71. FEDIA *coronata.*

F. bracteis lanceolatis pubeſcentibus ciliatis, fructu villoſo ſubtetragono apice urceolato: urceoli dentibus ſubſenis patulis, baſi membranaceis, apice uncinatis.

F. fructu villoſo apice urceolo membranaceo, dentibus ſubſenis uncinatis fructu dimidio breuioribus. *Steuen in mem. moſq. 5. p. 350. n. 10. Schrad. germ. 1. p. 96.*

Valeriana coronata. *Flor. taur. cauc. n. 71. (cum ſynonymis.)*

Valeriana floribus triandris, caule dichotomo, pedunculis uniformibus, seminibus coronatis. *Gerard gallopr. p. 218.*

Habitus atque *inflorescentia* conferta F. olitoriae et affinium nec proxime praecedentium. *Folia* saepius dentata. Urceoli *fructum* coronantis membranacei dentibus sex principalibus interponuntur quandoque alii minores pariter uncinulati.

De hujus a *F. discoideâ* discrimine dubium mouit *amiciſſ. Steuen loc. cit.* cui equidem lubenter assentio, saltim *icon Moriſonii 3. sect. 7. t. 16. f. 29*, vulgo ad F. discoideam citata, noſtrae apprime respondet; nec specimen F. discoideae ex Galliâ meridionali mihi ab *amiciſſ. Liboſchitz* communicatum caracteres suppeditat diſtinctiuos.

72. FEDIA *uncinata.*

F. bracteis ſubulatis glabris margine ſcabris, fructu oblongo ſubpubescente: margine apicis anguſto, dentibus ſubſenis elongatis reflexis uncinatis.

F. fructu ſubglabro oblongo, apice urceolo breuiſſimo: dentibus ſubſenis uncinatis fructum aequantibus. *Steuen in mem. moſq. 5. p. 352. n. 11. Roemer et Schultes Syſt. veg. 1. p. 365.*

F. foliis radicalibus ſpathulatis, caulinis pinnatifidis ſubdentatis cauleque pubescentibus, fructu ſexdentato: dentibus reflexis. *Willd. enum. hort. berol. p. 51.*

Valeriana *uncinata. Flor. taur. cauc. n. 72. (cum ſynonymo.) Hoffmann hort. moſq. a. 1808. n. 3401. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 43. (ſub Valerianellâ.)*

Valeriana pubescens. *Germann cat. hort. dorpat. a. 1807 et in Regensb. bot. Zeit. a. 1805. n. 23.*

Equidem legi circa Bosphorum Tauriae haud raram, circa Derbentum vero et ad fluuium Terek legit *Steuen.* ⊙

Fructus fubprismaticus exili pube in meis fpontaneis femper veftitur, in cultis glabriusculum video. *Dentes fructus,* elongati licet, nunquam attamen fructus longitudinem attingunt.

72*. FEDIA *echinata.*

F. bracteis lanceolatis glabris margine fcabriusculis fructu compreffo fubtriquetro: apice dentibus tribus reflexo-uncinatis, unico maximo.

F. fructu compreffo fubtriquetro, apice dentibus tribus uncinatis: unico majore. *Steuen in mem. mofq. 5. p. 353. n. 12. Lamarck et Decand. flor. franc. n. 3334. (fub Valerianellâ.) Valil fpec. 2. p. 19.*

Valeriana (*echinata*) floribus triandris regularibus, foliis dentatis, fructu lineari tridentato: extimo majore recuruato. *Linn. ed. Willd. 1. p. 182.*

Valeriana floribus triandris, caule dichotomo, pedunculis conicis. *Gerard gallopr. p. 218.*

Valerianella cornucopioides echinata. *Column. ecphr. 1. p. 204. icon p. 206. Moris. hift. 3. fect. 7. t. 16. f. 28.*

In Tauriâ maxime meridionali littorali rarius obuia. Floret Majo. ⊙

Folia in hac breuiora latioraque, quam in plerisque congeneribus; etiam inferiora dentata. *Caules* fiftulofi: ramis dichotomiae apicem verfus valde incraffatis. *Capitula* denfa minora et bracteis arctius obuallata quam in affinibus. *Fructus* glaber oblongus compreffus: dente apicis unico valido reflexo-

arcuato, cui baſi adſtat alter ſimilis at multo breuior et tertius minimus interdum plane obliteratus.

72**. FEDIA *acaulis*.

F. glaberrima, fructibus radicalibus ſeſſilibus obouatis coſtatis: apice protruſo ſubquinquedentato. *Steuen in mem. moſq. 5. p. 354. n. 13.*

Valerianella (*exſcapa*) floribus radicalibus, foliis ligulatis, fructibus ſexdentatis. *Steuen in mem. moſq 3. p. 251. Roemer et Schultes Syſt. veg. 1. p. 366. (ſub Fediâ.)*

Primo vere circa urbem Gandſcham Armeniae ibericae, in ſabuloſis a *Chirurgo Kruſe* lecta eſt. ⊙

Planta puſilla, maxime ſingularis. *Folia* omnia radicalia lineari-ſpathulata glabra glaucescentia, baſi vaginantia *flores* radicales glomeratos. *Fructus* oblongus ſurſum paullo craſſior, mox in collum breuiſſimum coarctatus, leuiter ſulcatus, coronatus dentibus ſex oblongis craſſis rectis ipſo multo breuioribus: alternis minoribus, biloculari: loculo utroque fertili.

De *Fediis* conſulendus est earum inueſtigator ſedulus atque ſagax *Steuen loc. cit.* ubi fuſiores deſcriptiones praeſertim fructuum exhibentur.

73. CROCUS *Pallaſii*.

Cr. bulbi tunicâ filamentoſâ, foliis flore tardioribus laxis, ſpathâ diphyllâ, corollae tubo limbo longiore, ſtaminibus ſtigmata truncata ſubaequantibus.

Cr. (*foliis ſub antheſi nullis, ſtyli lobis truncatis*) ſpathâ diphyllâ, corollae fauce villis clauſâ, ſtyli lobis corollâ brevioribus erectis. *Goldbach diſſert. de Croco n. 13. Beſſer cat. hort. cremenec. a. 1816. p. 44.*

Cr. autumnalis. *Flor. taur. cauc. n. 73. (excluſis ſynonymis antiquiorum.) Marſch. caſp. p. 82. Roemer et Schultes Syſt. veg. 1. p. 369.*

Folia laxa, ſcilicet adultiora flaccide quaquauerſum diffuſa, quae in Cr. ſatiuo firma recta, in utroque manifeſte reuoluta: coſtâ mediâ craſſâ albicante. *Stigmata* ſtamina vix excedentia, multo minora ſtigmatibus Cr. ſatiui, quae tamen nec in hoc corollam ſuperant, ne quidem aequant. *Corollae* faux non in hoc ſolum, ſed et in Cr. ſatiuo circulo villorum munita. Noſtratium omnium proxime ad Cr. ſatiuum accedit, nec ſtigmata expertia ſunt aromatis, ex ſiccatione potiſſimum ſeſe manifeſtantis, ſicut in Meliloto aliisque.

Cr. ſatiui definitionem proponimus ſequentem: *Cr. bulbi tunicâ filamentoſâ, foliis flore tardioribus erectis, ſpathâ diphyllâ, corollae tubo limbo longiore, ſtigmatibus truncatis corollâ paullo breuioribus.*

74. CROCUS *ſpecioſus.*

Synonyma adde: Cr. *(foliis ſub antheſi nullis, ſtyli lobis multifidis)* ſpathâ diphyllâ, combi tunicis incraſſatis nitidis. *Goldbach diſſ. n. 14. Marſch. cent. plant. rar. roſſic. 2. t. 71. Beſſer cat. hort. cremenec. a. 1816. p. 44.*

Folia breuiora et paullo latiora quam in Cr. ſatiuo, caeterum ut in hoc firma atque recta: marginibus reuolutis. *Corollae* tubus limbo multoties longior. *Varietatem* flore duplo fere minorem habeo ex Iberiâ, ulterius inueſtigandam.

75. CROCUS *biflorus.*

Cr. bulbo ſquamis mucronatis nitidis tunicato, foliis flores ſtipantibus, ſpathâ diphyllâ, corollae fauce nudâ, ſtaminibus ſtigmata truncata ſubaequantibus.

Cr. (*foliis florem ſtipantibus ſtyli lobis truncatis*) combi tunicis eneruiis rigidis, fauce corollae nudâ, ſpathâ diphyllâ, ſtyli lobis ſtamina vix ſuperantibus. *Goldbach differt. n. 3. Bot. magaz. t. 845. Ait. hort. kew. ed. 2. n. 3. Redouté liliac. t. 294. Roemer et Schultes Syſt. veg. 1. p. 367.*

Cr. vernus. *Flor. taur. cauc. n. 75. (excluſis ſynonymis, praeter Tourneſ. et Pallaſii) Marſch. caſp. p. 82.*

Cr. vernus *β.* bicolor Adami. *Hoffm. hort. moſq. a. 1808. n. 1061.*

Cr. vernus alpium Europae occidentalis *differt* a noſtro bulbo reticulato-fibroſo, foliis ratione floris vulgo breuioribus, ſpathâ monophyllâ, corollae tubo minus elongato: fauce glanduloſâ, ſtigmatibus majoribus. *Goldbach loc. cit.*

76. CROCUS *reticulatus.*

Synonyma adde: Cr. (*foliis florem ſtipantibus, ſtyli lobis truncatis*) combo fibris rigidis reticulato, ſpathâ diphyllâ, corollae laciniis erectis. *Goldbach differt. n. 4. Marſch. cent. plant. rar. roſſic. 1. t. 1. Roemer et Schultes Syſt. veg. 1. p. 367.*

ad *α*: Cr. an ſatiui varietas? *Vahl ſpec. 2. p. 46.*

Cr. luteus. *Marſch. caſp. p. 82.*

Differt a *Cr. ſuſiano*, cui proximus et nimis affinis, *bulbi* rete craſſiore denſiore: fibris ſub angulo acuto, nec recto, intricatis; *flore* majore, *corollae* tubo longiore ſpathas ſuperemiuente, laciniis limbi omnibus rectis nec exterioribus reflexis vel reuolutis, *ſtigmatibus* majoribus. *Goldbach loc. cit.*

In *Centuriâ meâ loc. cit.* lapſu calami *piſtillum* ſuperum poſui et per alium errorem *ſpatham* floris propriam praediui monophyllam.

77. GLADIOLUS *communis.*

Gl. corollis ſubringentibus ſecundis, tubo ſpathâ breuiore, laciniis ſuperioribus conniuentibus, inferioribus oblongo-ſpathulatis ſubaequalibus, antheris filamento breuioribus, foliis enſiformibus neruoſis.

Gl. corollâ ſubringente: laciniis lateralibus ſuperioribus conniuentibus, tribus inferioribus aequilongis: lateralibus obtuſis, ſpathis tubo longioribus, floribus ſecundis, foliis enſiformibus neruoſis. *Beſſer galic. n. 49. Schultes obſ. p. 14. Roemer et Schultes Syſt. veg. 1. p. 418. (excluſâ var. β. Gl. byzantinum ſpectante.) Flor. taur. cauc. n. 77. Scop. carn. ed. 2. n. 48.*

Gl. ſpicâ ſecundâ, corollae laciniâ ſuperiore lateralibus tectâ: tribus inferioribus maculâ albâ lineari-lanceolatâ maximâ. *Ait. kew. ed. 2. tom. 1. p. 102.*

Gl. ſpicâ remotiuſculâ valde flexuoſâ, ſpathis proclinatis exacte ſecundis, uno ordine nutanter porrectis: laciniâ ſuprema lateralibus inclusâ, lateralibus inferioribus duplo minoribus, filamentis antheris longioribus. *Bot. magaz. t. 86 et nota ad t. 874.*

Gl. germanicus. *Tabern. Kraeut. p. 1024.*

Gl. floribus unouerſu diſpoſitis major et procerior. *Bauh. pin. p. 41.*

78. GLADIOLUS *imbricatus.*

Gl. corollis ſubringentibus ſecundis: tubo ſpathâ breuiore, laciniis lateralibus ſuperioribus patentiuſculis, inferioribus lateralibus breuioribus cuneiformibus; antheris filamento breuioribus, foliis enſiformibus neruoſis. *Marſch. cent. plant. rar. roſſic. 2. t. 60.*

Gl. foliis enſiformibus, floribus imbricatis. *Linn. ſpec. plant. p. 52 et edit. Willd. 1. p. 212. Karamiſchew ap. Linn.*

amoen. 7. p. 27. n. 9. Pall. it. 3. p. 655. Güldenſt. it. 1. p. 107, 189 et 423. Gmel. it. 1. p. 13. Lepech. it. 1. p. 316. Georgi it. 1. p. 196.

Gl. roſſicus. *Perſoon enchirid. 1. p. 46.*

Gl. tenuis. *Flor. taur. cauc. n. 78. Cat. hort. gorenk. a. 1812. p. 11. Beſſer cat. hort. crem. a. 1816. p. 63.*

Gl. (*communis β. tenuis*) foliis enſiformibus neruoſis, floribus ſecundis, corollâ ſubringente: laciniis duabus lateralibus breuioribus truncatis apiculatis. *Wahlenb. carpat. n. 33.*

Gl. (*neglectus*) corollâ ſubringente, ſpathis tubo longioribus, floribus ſecundis, foliis enſiformibus neruoſis, petalis inferioribus inaequalibus, duobus exterioribus brenioribus obtuſiſſimis mucronatis diſtantibus, ſuperiore baſi gibbo. *Schultes obſ. p. 14. Roemer et Schultes Syſt. veget. 1. p. 418.*

Gl. (*galicienſis*) corollâ ſubringente: laciniis lateralibus ſuperioribus patentibus, tribus inferioribus inaequalibus, duabus lateralibus exterioribus obtuſiſſimis mucronatis breuioribus, ſpathis tubo longioribus, floribus ſecundis, foliis enſiformibus neruoſis. *Beſſer galic. n. 50.*

Occurrit per maximam Imperii Ruthenici partem, in pratis humidioribus, hinc a plerisque peregrinatoribus botanicis roſſicis commemoratur. *Linnaeo* rite non innotuerat, post eum diu neglectus.

Affinitas cum *Gl. communi* utique ſumma; videtur tamen *diſtinctus*, tam notis in definitione ſpeciei datis et in Florâ noſtrâ recenſitis, quam ex obſervationibus *Cl. Beſſeri loc. cit.* bulbo minore conſtanter duplicato et tempore florendi ſeriore.

Peccat *Bot. magaz., in notâ ad Gl. communis varietatem carneam t. 1575*, Gl. tenuem *flor. noſtrae* cum Gl. imbricato *Linn.* ad Gl. ſegetum, contra Gl. neglectum *Schultes* ad Gl. communem referens; polonica enim planta certiſſime a

ruthenicâ non differt; utraque vero diſtincta eſt a Gl. communi et magis adhuc a Gl. ſegetum Europae occidentalis incolâ.

78*. GLADIOLUS *byzantinus.*

Gl. ſpicâ ſecunda diſticha laxâ, corollis ſubringentibus: tubo ſpathâ breuiore, laciniis tribus ſuperioribus conniuentibus, inferioribus inaequalibus: duabus lateralibus minoribus, antheris filamento longioribus, foliis enſiformibus neruoſis.

Gl. foliis enſiformibus latiusculis, ſpicâ diſtichâ, corollae laciniâ ſupremâ lateralibus tectâ: tribus inferioribus maculâ albâ marginatâ lineari-lanceolatâ notatis. *Ait. kew. ed. 2. tom. I. p. 102. Roemer et Schultes Syſt. vegetab. I. p. 417.*

Gl. ſpicâ multiflorâ parum flexuoſâ, corollis adſcendenter nutantibus, gemino atque diuergenter diſticho ordine diſpoſitis: laciniâ ſupremâ lateralibus concluſâ, lateralibus inferioribus caeteris duplo minoribus, filamentis antheris breuioribus. *Botan. magaz. t. 874.*

Gl communis *β. Vahl. ſpec. I. p. 90.*

Gl. italicus. *Tabern. Kraeuterb. p. 1024.*

Gl. utrinque floridus. *C. Bauh. pin. p. 41.*

Occurrit in Iberiae et Tauriae meridionalis herbidis fertilioribus. ♃

Flores remotiores quam in praecedentibus: duorum ordinum, ob laciniae corollae ſuperioris unguem ſuperne minus gibbum rectiores. *Bracteae* longiores. *Corollae* laciniae duae laterales ſuperiores et infima ejusdem formae et magnitudinis apparent, quibus duae laterales inferiores manifeſte ſunt minores.

Conpenit cum hoc antherarum longitudine, habitu vero potius cum Gl. imbricato: Gl. (*ſegetum*) ſpicâ ſecundâ remo-

tiusculâ, limbo campanulato ringente: laciniâ ſuperiore majore lateralibus amote et incumbenter imminente, reliquis inter ſe ſubaequalibus; antheris filamenta ſuperantibus, ſeminibus ſubbaccatis globoſis deorſum productis. *Botan. magaz. 719.* Huic *bulbus* minor quam in Gl. communi, *folia* anguſtiora, *flores* ſpecioſi; *corollae* laciuia ſuperior lateralibus imminens nec his incluſa, laterales ſuperiores inferioribus tantum non anguſtiores nec iis manifeſte latiores; lacinia inferior media lateralibus paullo nec duplo latior; *antherae filamento* longiores; *ſemina* intus ſucculenta globoſa, nec ſicca compreſſo-anguloſa et tunicâ laxiore veluti alata ut in Gl. communi et byzantino. *Botan. magaz. loc. cit.*

De *ſynonymis* inter tot affines, ſub Gl. communi *Linnaei* olim confuſas ſpecies rite diſpertiendis dubius haereo; ſupra tamen adducta pro certis habeo. Mihi quidem *Linnaeus in horto Cliffortiano* et alibi ſub Gl. communi byzantinum potiſſimum intellexiſſe videtur, cujus flores magis diſtant et qui auſtralioribus adſcriptus eſt, pro caractere diſtinctiuo creſcentis in ſeptentrionalioribus Gl. imbricati flores imbricatos nec diſtantes ponens.

80*. IRIS *paradoxa.*

I. barbata, caule unifloro foliis conduplicatis linearibus recurvato-falcatis altiore, corollae laciniis interioribus exteriores multoties excedentibus. *Steuen in mem. ſoc. nat. cur. moſq. 5. p. 355.*

Habitat in Iberiae collibus apricis. ♃

I. iberiacc ſimillima, praeter florem. *Corolla* magnitudine I. xiphioidis. *Tubus* germine duplo longior ſpathâ inclufus. *Petala exteriora* patentia ſtigmatibus parum majora convexa ſature violocea margine albo-variegata, barbâ late expanſâ breuiſſimâ villoſa; *interiora* quadruplo ampliora erecta viola-

cea, ut in ficcâ videtur immaculata. *Stigmata* pallidiora apice bifida. *Steuen loc. cit.*

Hujus ſpecimina iberica dudum in herbario ſeruo et ſpeciem agnoui diſtinctam; ſed ob flores adeo corruptos, ut de formâ eorum mihi non conſtaret, inuitus eam omiſi; nec quidquam et nunc habeo, quod *Steuenianis* obſeruationibus addam.

81. IRIS *furcata.*

I. barbata, foliis enſiformibus ſcapo biſurco bifloro breuioribus, germine trigono triſulco. *Marſch. cent. plant. rar. roſſic. 2. t. 51.*

I. biflora. *Flor. taur. cauc. n. 81.* (*excluſis ſynonymis praeter Pallaſii et forte Schmidtii.*) *Roemer et Schultes Syſt. veg. 1. p. 462. Lepech. it. 1. p. 300. Georgi it. 1. p. 196.*

Per totius Caucaſi ſeptentrionalis herbida aprica communis eſt. *Flos* alteruter ſolet abortum pati. Datur quoque *varietas* uniflora. Ab *I. biflorâ differt ſcapo* nunquam trifloro, potius unifloro; *floribus* pedunculatis nec ſubſeſſilibus, laciniis *corollae* deflexis minime erectis anguſtioribus, *germine* trigono lateribus ſulcatis nec tereti.

85. IRIS *Güldenſtaedtiana.*

I. imberbis, foliis primigenis enſiformibus caeteris linearibus, ſpathis acutis pruinoſo-ſcabris, petalorum deflexorum laminis ouatibus, unguibus ſtigma aequantibus; germinibus hexagonis.

α. I. (*liuescens*) foliis latiuſculis, corollis pallide coeruleis vel ſordide ochroleucis, petalorum deflexorum laminis rotundioribus, foetens.

I. ſpuria. *Flor. taur. cauc. n. 85.* (*excluſis ſynonymis.*)

I. defertorum. *Güldenſt. it. 1. p. 189. (ex loco natali.)*

I. (*ſpuria ç. defertorum*) corollae laciniis interioribus coerulescentibus, exterioribus lutescentibus. *Bot. magaz. 1514 et nota ad 1131.*

Petala ſubaequalia: erectis oblongo-obouatis leuiſſime emarginatis, tubum verſus margine lutescentibus; deflexis ungue ſub laminâ valde conſtricto, ipſâ laminâ ſubintegrâ: disco lutescente, ſtriis violaceis. *Stigmata* concoloria bifida: lobis acutiusculis obſolete crenulatis.

β. foliis latiusculis, corollis ochroleucis, petalorum deflexorum laminis magis oblongis.

I. (*Güldenſtaedtiana*) corollis imberbibus, petalis interioribus ſtigmate majoribus arctis, caule tereti, foliis enſiformibus non foetidis, germinibus ſexangularibus *Lepechin in act. acad. ſcient. petrop. a. 1781. pars 1. p. 292. (quoad deſcriptionem.)*

I. (*Güldenſtaedtii*) imberbis, foliis enſiformibus, ſcapo ſubtereti, germinibus hexagonis, laciniis corollae erectis oblongis. *Willd. enum. hort. berol. p. 65. Hornem. hort. hafn. a. 1813. p. 56.*

I. ochroleuca. *Flor. taur. cauc. n. 86. (excluſis ſynonymis praeter Lepechin.)*

I. defertorum. *Güld. it. 1. p. 80 et 107. (ex loco natali.)*

I. ſpuria *δ.* halophila minor, corollâ ochroleucâ. *Bot. magaz. 1131.*

γ. foliis anguſtis, corollis ſulphureis, petalorum deflexorum laminis oblongis.

I. diluta. *Marſch. cent. plant. roſſic. 2. t. 81.*

δ. humilior, foliis latiuſculis, corollis ochroleucis, ſtigmatibus emarginatis: lobis obtuſis.

I. halophila. *Pall. it. 2. p. 733. app. n. 99 et 3. p. 713. n. 63. t. B. f. 2.*

I. falfa. *Pall. it. 2. p. 461 et 465.*

I. (*ſtenogyna*) imberbis, foliis linearibus caule fubbifloro longioribus, germinibus hexagonis, ſtigmatibus linearibus obtuſis, parte tubi incraſſatâ anguſtam longitudine aequante. *Redouté liliac. t. 310.*

I. ſpuria ſtenogyna. *Bot. magaz. 1515.*

I. Güldenſtaedtiana. *Lepechin in act. petrop. loc. cit. (quoad iconem t. 8.)*

Certos inter recenſitas *varietates* limites nullos inuenio; quarum γ foliorum anguſtiâ aberrat et floribus minoribus, circa fortalitium Conſtantinomontanum Caucaſi in foſſis aquofis obſervata; α I. ſpuriae proxima, praeter prata depreſſiora fluuio Terek adjacentia nullibi mihi viſa; ſed β multo frequentior in depreſſis ad Wolgam, Ilavljam, Tanain atque Tyram copioſa eſt, paſſim quoque per Ucraniam occurrens. Hae omnes gaudent ſtigmatum lobis plus minus acutis et obſolete crenulatis; contra in δ, quam ex Iberiâ habeo, ſtigmata leuiter tantum emarginato-biloba ſunt: lobis obtuſis integerrimis. Apud *Lepechin loc. cit.* locus natalis circa fluuium Terek var. α indicat, deſcriptio potiſſimum ad β concinnata eſt, icon vero, ſi florum habitum et ſtigmatum formam reſpicias, var. δ exhibere videtur. — Nec de vero noſtrae ab I. ochroleucâ discrimine mihi conſtat. Hujus enim ſpecimina culta, ſicut icones *Repertorii botanici anglici (Botanical magazine) t. 61* et *Redouté liliac. t. 350* plantam ex culturâ vegetiorem grandifloram et latipetalam tantum ſiſtere diceres.

Ab *I. ſpuriâ* omnes noſtrae varietates differunt *ſpathis* acutioribus, colore *floris* pallidiore, *petalorum deflexorum* laminis minus rotundatis et *ſtigmatibus* longioribus, quae in I. ſpuriâ baſin laminae petalorum deflexorum vix attingunt.

86. IRIS *notha.*

I. imberbis, foliis primigenis enſiformibus caeteris linearibus, ſpathis acuminatiſſimis laeuiusculis, petalorum deflexorum laminis ouatis amplis, unguibus ſtigma aequantibus, germinibus hexagonis. *Marſch. cent. plant. rar. roſſic. 2. t. 77.*

I. *(halophila)* foliis ſtrictiusculis ſcapum excedentibus, fasciculis ſubtrinis, ſpathâ magnâ cymbiformi conduplicatim atque cuspidatim ultra florem productâ, laciniis extimis rotatim patentibus, germine alato-hexagono tubo pluries longiore. *Botan. magaz. 875. Ait. kew. ed. 2. tom. 1. p. 72. (non Pallaſii, quamuis ex ſeminibus Pallaſianis enata.)*

I. ſpuria α. major. *Botan. magaz. in notâ ad 1131. Ait. kew. ed. 2. tom. 1. p. 115.*

Habitat in collibus herbidis promontorii Caucaſici ſeptentrionalis, circa thermas Conſtantinomontanas, Stauropolin et alibi. Floret Julio. ♃

Affinis I. ſpuriae, ochroleucae et Güldenſtaedtianae, imprimis quoad *folia, inflorescentiam* et *fructum. Differt ſpathis* majoribus: apice valde elongato, patentioribus, ultra corollae tubum porrectis, pruinâ ſcabridâ deſtitutis; *floribus* ſpecioſioribus amoene coeruleis, *petalis* latioribus: extimis horizontaliter porrectis; denique baſi lineari tubi *corollae* et deinde *fructus* cuspide longioribus.

87. IRIS *caucaſica.*

Huic I. ſcorpioides *Desfont. atl. 1. p. 40. t. 6. Redouté liliac. 211* nimis affinis eſt, adeoque juſtum discrimen inter utramque ulterius inueſtigandum.

89. IRIS *humilis.*

I. imberbis foliis lineari-enſiformibus ſcapo ſubbifloro multoties longioribus, corollae tubo elongato, ſtigmatibus bifidis:

lobis acuminatis, capſulâ obtuſe hexagonâ. *Marſch. cent. plant. rar. roſſic. 1. t. 31. Roemer et Schultes Syſt. veg. 1. p. 476. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 12.*

I. humilis orientalis flore dilute janthino et veluti leucophaeo. *Tournef. cor. p. 25.*

In campis elatis herbidis Beſſarabiae, circa Eliſabethgrad minime rara eſt, Majo florens.

Monui *loc. cit.*, *ſynonymon Gmelini* in *flor. taur. cauc.* adductum excludendum eſſe; pertinet enim ad diſtinctam ſpeciem I. ruthenicam *Aiton hort. kew. ed. 2. p. 117. Botan. magaz. 1123.*

90. IRIS *reticulata.*

Synonymo adde: *Marſch. cent. plant. rar. roſſic. 1. t. 11. Roemer et Schultes Syſt. veg. 1. p. 480.*

91. SCHOENUS *Mariscus.*

Frequens in udis ad thermas martiales montium Beſchtovienſium Caucaſi ſeptentrionalis.

92. CYPERUS *hàmuloſus.*

Synonymon adde: Scirpus (*hamuloſus*) culmo baſi folioſo, ſpiculis terminalibus in capitulum vel cymam aggregatis, bracteis longiſſimis, ſquamis lanceolatis in mucronem longum attenuatis. *Steuen in mem. ſoc. nat. cur. moſq. 5. p. 356.*

Raram plantulam nuper in littore arenoſo Boryſthenis circa Nicopolin iterum inueni.

Ad *Scirpum* amandat *Steuen l. c.* et eſt certe Sc. Micheliano proximus et congener; adeoque, ſi Cyperum eſſe negaueris, ad Iſolepin *Brownii* potiſſimum referendus, quum ſetis fructum cingentibus careat.

93. CYPERUS *glomeratus*.

Synonyma adde: C. culmo triquetro, umbellâ triradiatâ: radiis apice tricephalis, ſpiculis linearibus confertiſſimis cylindraceo-capitatis, involucris triphyllis capitulo longioribus. *Willd. enum. hort. berol. p. 75. Allion pedem. n. 2352. Monti gram. p. 14. t. 1. f. 1.*

Eundem circa Aſtrachan legit *D. Blum.*

94. CYPERUS *flauescens*.

Synonymon adde: *Hoſt. gram. auſtr. 3. t. 72.*

Hujus quoque *varietatem* videtur exprimere C. minor elegans ſpicis ſpadiceis radiatim poſitis. *Buxb. cent. 4. p. 33. t. 60. f. 2.*

95. CYPERUS *fuscus*.

Synonymon adde: *Hoſt gram. auſtr. 3. t. 73.*

Hujus loci eſſe puto C. minorem, ſpicis griſeis in capitula globoſa congeſtis. *Buxb. cent. 4. p. 28. t. 48.*

95*. CYPERUS *patulus*.

C. culmo triquetro baſi folioſo, innolucro ſubhexaphyllo longiſſimo, umbellâ compoſitâ: partialibus confertis ſubcapitatis baſi faſciculatis, ſpiculis lanceolatis: glumis ouatis obtuſiuſculis breuiſſime mucronatis.

C. umbellâ ſubquinqueradiatâ, ſpiculis confertis alternis lineari-lanceolatis, valuulis mucronatis, innolucro triphyllo longiſſimo. *Willd. enum. hort. berol. p. 73. Roemer et Schultes Syſt. veg. 2. p. 203. Hornem. hort. hafn. a. 1813. p. 65. Hoſt. gram. auſtr. 3. p. 49. t. 74.*

C. aruenſis foliis longiſſimis. *Buxb. cent. 4. p. 28. t. 47.*

Crescit in Tauriâ meridionali, ubi circa Nikitam ad foſſas aquoſas Octobri adhuc florentem legi. ⊙?

Statura C. Monti, capitula vero florum C. flauescentem referunt. *Radix* nodoſa fibris plurimis validis firmata, nec funiculis repens ut in C. Monti. *Culmus* triqueter laeuis ſat gracilis, baſi foliis duobus longe vaginantibus inſtructus. *Folia* longiſſima anguſta, ſubtus in medio carinata, ſupra mediantibus plicis bicarinata: carinis utriusque paginae marginibusque ſcabris, quae foliorum ſtructura etiam in C. Monti obſeruatur. *Inuolucrum*, ſicut *radii umbellae* atque *ochreae* ſimilia C. Monti, ſed *paniculae partiales* multo confertiores minusque compoſitae conſtant ex *radiis* baseos paniculae plerumque binis alternis breuiſſimis totis ſpiculis confertis quaſi fasciculatim obtectis, inde ex *ſpiculis* ſolitariis alternis valde quoque approximatis. *Bractea* ſub ſingulo fasciculo baseos paniculae ſetacea elongata, ſub ſpiculis ſolitariis autem minuta. *Spiculae* ſimiles ſpiculis C. flauescentis, magis multiflorae: *glumis* leuiter ſtriatis brunneis carinâ margineque viridibus, illâ in breuiſſimum mucronem eductâ. *Piſtillum* incluſum: *ſtylo* longitudine germinis aut paullo longiore, *ſtigmatibus* tribus reflexis ipſo breuioribus. *Semen* minutum triquetrum caſtaneum oculis nudis laeue, ad lentem vero punctis plurimis eleuatis inaequale.

Reuidenda ſunt Synonyma ſub *C. polyſtachyo* militantia, anne huc quaedam pertineant.

96. CYPERUS *Monti.*

Definiatur: C. culmo triquetro ſubnudo, inuolucro ſubhexaphyllo longiſſimo, umbellâ decompoſitâ, ſpiculis alternis remotiuſculis lineari-lanceolatis: glumis ouatis obtuſis, ſeminibus lenticularibus.

Synonyma adde: *Schrad. germ.* 1. *p.* 122. *Roemer et Schultes Syſt. veg.* 2. *p.* 207. *Lamarck et Decand. flor. franc.*

n. 1804. Savi cent. plant. etrusc. p. 10. Mich. gen. p. 45. n. 9.

In Albaniâ ibericâ, ad fluuium Alazonium etiam occurrit, et circa Aſtrachan a *D. Blum* lectus eſt. Commode ab affinibus dignoscitur *ſtylo* germine breuiore: *ſtigmatibus* duobus reflexis ipſo longioribus; tum *ſemine* non triquetro, ſed orbiculari compreſſiusculo, hinc magis conuexo, illinc leui ſulco longitudinali in medio exarato.

97. SCIRPUS *paluſtris.*

Ob ſtyli baſin incraſſatam perſiſtentem ſub *Bulboſtyli* genere a Scirpo remouet hunc et quosdam affines *Steuen in mem. ſoc. nat. cur. moſq. 5. p. 355*; quos, pari ratione adductus ſub *Eleochari* comprehendit *R. Brown.*

Stigmata huic 2, Sc. Bacothryo 3, qui et *ſtylo* baſi non incraſſato differt. (*conf. Steuen l. c.*)

99. SCIRPUS *Holoſchoenus.*

Sc. Holoſchoenum *flor. dan. t. 454* ad varietatem minorem Sc. lacuſtris (Sc. Tabernaemontani *Gmel. fl. bad.*; referendum eſſe monent *Roth obs. p. 73 et Schrader germ. 1. p. 134.*

Ucraniae arenoſis etiam familiaris eſt.

102. SCIRPUS *annuus.*

Sc. culmo ſubtriquetro, vaginis foliiferis, cymâ terminali ſimplici et compoſitâ inuolucro triphyllo cinctâ, ſpiculis ſolitariis oblongo-ouatis, fructu coſtato. *Schrad. germ. 1. append. p. 418. Lamarck et Decand. flor. franc n 1791. Koſt gram. auſtr. 3. t. 63. Roemer et Schultes ſyſt. veg. 2. p. 150.* (*ſub Fimbriſtyli.*)

Mo. Bot. Garden,
1895.

Sc. dichotomus. *Flor. taur. cauc. n. 102.* (*cum ſynonymis.*) *Sibth. flor. graec. 1. t. 50.*

Sc. diuaricatus Adami. *Hoffm. hort. moſq. a. 1808. n. 2876.*

Setae ad baſin *fructus* nullae. *Stylus* baſi craſſior ciliatus. Monandrum digynum facit *Sibthorp l. c.*

103. SCIRPUS *maritimus.*

Varietas perquam vegeta, circa Nikitam in Tauriâ lecta *ſtylum* trifidum mihi monſtravit.

105. SCIRPUS *micheliánus.*

Synonyma adde: Sc. culmo foliofo, capitulis terminalibus bracteis longiſſimis cinctis, ſquamis lanceolatis mucrone breui. *Steuen in mem. ſoc. nat. cur. moſq. 5. p. 356. Schrad. germ. 1. p. 147. Hoſt gram. auſtr. 3. t. 69. Lam. et Dec. flor. franc. n. 1790.*

106. ERIOPHORUM *polyſtachion.*

In paludibus ſubalpinis Caucaſi ſeptentrionalis circa acidulam Narſana etiam reperitur.

109. CENCHRUS *capitatus.*

Occurrit in Tauriae meridionalis collibus lapidoſis.

TRIANDRIA.

DIGYNIA.

109*. SACCHARUM *Rauennae.*

S. paniculâ ramoſiſſimâ, ſpiculis geminatis: alterâ pedicellatâ, foliis conuoluto-canaliculatis, vaginis ore piloſis.

S. paniculâ ramoſiſſimâ, foliis canaliculatis, corollâ triualui ariſtatâ, rachi piloſâ. *Willd. enum. hort. ber. p. 82. Lamarck et Decand. flor. franc. n. 1536. Steuen in mem. ſoc. nat. cur. moſq. 3. p. 251. Savi cent. plant. etrusc. p. 17. Scheuchz. agroſt. p. 136. t. 3 f. 7. a. b.*

S. paniculâ laxâ, rachi lanatâ, floribus ariſtatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 322.*

Andropogon Rauennae. *Linn. ſpec. plant. p. 1481. Hoſt gram. auſtr. 3. t. 1.*

Arundo farcta alpium Rauennae. *Zanon. hiſt. 1. p. 64. t. 24. Moris. hiſt. 3. p. 221. ſect. 8. t. 8. f. 32.*

Frequens in arundinetis vaſtis Cyrum fluuium mare Caſpium verſus cingentibus, nec ad minorum fluuiorum ex Caucaſo orientali decurrentium latera, poſt eorum e montibus egreſſum, in depreſſis exulat. ♃

Paniculae rami ramulique nudi baſi nodoſi. *Pedicelli* cum *calycum* baſi pilis longis ſericeis amicti. *Calyx* biualuis: glumis acutis, alterâ paullo minore. *Corolla* incluſa trimaluis: valuulâ alterâ in ariſtam capillarem calyce duplo longiorem productâ, alterâ acutâ muticâ, tertiâ minimâ genitalium baſin amplectente. *Stamina* 3: *antheris* purpureis. *Styli* 2 purpurei.

110. SACCHARUM *cylindricum.*

Cum hoc *Willdenovius in enum. hort. berol. p. 82* conjungit S. Siscam *Cauan. hisp. 3. t. 292*, quod autem secundum *Cauanilles loc. cit.* corollâ destituitur, quae in nostro, ut ut minuta, nunquam tamen deest.

111. PHALARIS *nodosa.*

Synonymon adde: Ph. bulbosa. *Marsch. casp. p. 208.*

111*. PHALARIS *tenuis.*

Ph. paniculâ muticâ spiciformi cylindricâ scabrâ, corollae valuulis apice denticulatis, radice tenui fibrosâ.

P. Bellardi. *Flor. taur. cauc. 1. app. p. 416. n. 1014. (excluso synonymo Persoonii) et 2. app. p. 455.*

Ph. (*subulata*) paniculâ spicatâ subulatâ, calycibus compressis ouatis acutis dorso lateribusque neruosis, radice fibrosâ. *Saui flor. pis. 1. p. 57 et apud Roemer collect. p. 171. t. 4.*

Achnodonton *(tenue)* spicâ cylindricâ, calycis valuulis corollaeque valuulâ exteriore dorso minutissime aculeatis. *Roemer et Schultes Syst. veg. 2. p. 382.*

Hanc pro distinctâ specie a Ph. (Achnodonto) *Bellardi*, spiculis glaberrimis et radice obscure bulbosâ praeditâ proponunt *Roemer et Schultes loc. cit.* Quam equidem specimenibus, mihi olim a *Willdenouio et Hostio* pro Ph. Bellardi communicatis fretus, neglectâ ultro pube spicae microscopicâ, non separaueram.

116*. PHLEUM *Michelii.*

Phl. paniculâ hirsutâ subspicatâ cylindricâ, glumis calycinis lanceolatis acuminatis carinâ ciliatis. *Schrad. germ. 1. p. 187. t. 1. f. 2. Willd. enum. hort. berol. p. 85. Allion.*

pedem. n. 2188. Hall. hiſt. n. 1532. Roemer et Schultes Syſt. veget. 2. p. 380.

Phalaris alpina. *Haencke ap. Jacq. collect. 2. p. 91. Hoſt gram. auſtr. 2. t. 35. Willd. in nou. act. ſoc. nat. cur. berol. 3. p. 414. Lamarck et Decand. flor. franc. n. 1489. Wahlenberg flor. carp. n. 48. Hoppe enchirid. a. 1802. p. 62. n. 7.*

Phl. ſpecies ſpicâ longiſſimâ cylindricâ. *Lepechin it. 3. p. 119?*

Crescit in collibus herbidis circa acidulam Nartſana. ♃

117. PHLEUM *annuum.*

Synonyma adde: *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 2. Roemer et Schultes Syſt. veg. 2. p. 410.* (*ſub Chilochloà.*)

Non ſolum circa Kisljar, ſed et alibi per Caucaſum ſeptentrionalem, nec non in Tauriâ meridionali occurrit.

119. PHLEUM *alpinum.*

Synonyma adde: *Schrad. germ. 1. p. 184. Hoſt gram. auſtr. 3. t. 10. Saui cent. plant. etrusc. p. 20.*

In Caucaſi alpe Schadagh legit *Steuen ſecundum mem. moſq. 3. p. 251.* Inter ſibirica gramina etiam proſtat.

120. ALOPECURUS *pratenſis.*

A. culmo erecto, ſpiculis villoſis, corollâ calycem aequante: ariſta exſertâ, radice fibroſâ.

A. culmo erecto glabro, paniculâ ſubſpicatâ cylindricâ obtuſâ defloratâ concolore, glumis calycinis infra medium connatis acutis ſubuillosis ciliatis, corollâ calycem aequante. *Willd. enum. hort. berol. ſuppl. poſth. p. 5. Flor. taur. cauc. n. 120.* (*cum ſynonymis, ſed excluſâ var. β.*) *Schrad. germ. 1. p. 170. Beſſer galic. n. 69. Hoſt gram. auſtr. 2. t. 31. Lamarck*

et Decand. flor. franc. n. 1476. Smith brit. 1. p. 72. Poll. pal. n. 64.

120*. ALOPECURUS *repens.*

A. culmo erecto, ſpiculis villoſis; ariſtâ ſubexſertâ, radice repente.

A. (*ruthenicus*) radice longe lateque repente, culmis ſtrictis, legulâ magnâ exſertâ, ariſtâ flosculo breuiore aut ejusdem longitudinis. *Weinmann catal. hort. dorpat. a. 1810. p. 10. (ſide ſpeciminis horti Dorpatenſis.) Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 2. Beſſer cat. hort. crem. a. 1816. p. 7.*

A. pratenſis *β. Flor. taur. cauc. ſub n. 120. (excluſis forte ſynonymis).*

In Roſſiae meridionalis pratis et campis fertilioribus A. pratenſi magis communis.

Similis A. pratenſi, a quo dignoscitur *radice* pertinaciter repente, *vaginà* ſummi ſolii turgidiore, *ſpiculis* quidquam minoribus et *ariſtis* breuioribus non ex imo valuulae dorſo ſed paullo altius egredientibus.

A. pratenſis varietas breuiariſtata apud Botanicos Europae occidentalis occurrens ulterius in locis natalibus inueſtiganda eſt; anne lateat ſub eâ noſter Alopecurus. De hoc et praecedente conferantur quoque *Roemer et Schultes Syſt. veg. 2. p. 269, 270 et Treuiranus in repert. ſoc. nat. cur. berol. a. 1813. 2. p. 145. t. 2. f. 1-5.*

28. POLYPOGON. Cal. 2-valuis, ariſtatus, uniflorus. Cor. 2-valuis, incluſa. Semen liberum, corollâ tectum.

122. POLYPOGON *monſpelienſis.*

Definiatur: P. paniculâ coarctatâ lobatâ, calycibus pubescentibus: glumis acutiusculis longe ariſtatis, corollae ariſtâ ſubterminali.

Synonyma adde: *Schrad. germ. 1. p. 192. Lamarck et Decand. flor. franc. n. 1480. Desfont. atl. 1. p. 67. Roemer et Schultes Syſt. veg. 2. p. 325.*

Agroſtis panicea. *Hoſt gram. auſtr. 3. t. 46. Engl. bot. 1704.*

Phleum crinitum. *Smith brit. 1. p. 71.*

Santia plumoſa. *Savi in mem. ſoc. ital. 8. P. 2. p. 479 et Cent. plant. etrusc. p. 21.*

Gramen exiguum ſpicâ plumoſâ. *Buxb. cent. 5. p. 20. t. 38. f. 2.* (*correcto ſic chalcographi errore, qui pro t. 38 poſuit t. 30.*)

Gramen alopecuroides paluſtre humile, ſpicâ diuulſâ. *Buxb. cent. 5. p. 35. t. 66. f. 1.*.

Spiculae undique aequabiliter pubescentes: pilis carinalibus marginalibusque erecto-patulis cilia aemulantibus. *Calycis* glumae bidentato-emarginatae: ariſtâ ex fiſſurâ.

Huic affinis eſt ejusque varietatem macilentam primo intuitu mentitur Polypogon (*tataricus*) paniculâ ſpiciformi cylindricâ, calycibus hirſutis: glumis apice dilatatis emarginato-bifidis longe ariſtatis, corollâ muticâ. *Fiſcher. cat. hort. gorenk. a. 1812. p. 3,* nuper in deferto wolgico-uralenſi detectus.

123. POLYPOGON *vaginatus.*

Definiatur: P. paniculâ fpiciformi ouatâ hirfutâ, calycibus breuiter ariftatis, corollae ariftâ dorfali longâ geniculatâ.

Synonyma adde: Alopecurus anguftifolius. *Sibthorp. flor. graec. 1. t. 64.* Colobachne vaginata. *Pal. de Beauvois Agroft. p. 22. t. 6. f. 9. Roemer et Schultes Syft. veg. 2. p. 374.*

Panicula brenis et breuiter lobata. *Spiculae* magnitudine Alopecuri pratenfis villis copiofis longis albis hirfutae. *Calyx* 2-ualuis: *glumis* liberis fubaequalibus compreffis carinatis albis, neruis tribus viridibus: medio in breuiffimam tenuiffimamque ariftam producto. *Corolla* calyce paullo breuior, biualuis: *valuulâ exteriore* calycinis confimili obtufâ obfolete tridentatâ, ex ipfâ bafi emittente ariftam laevem albidam geniculato-tortam fpicnlâ triplo longiorem; *valuulâ interiore* inclufâ multo minore et anguftiore fubulato-lanceolatâ praeter tenuiffimum nerunm carinalem totâ hyalinâ. *Stamina* 3. *Styli* 2 villofi. *Semen* liberum.

Polypogon calyce ariftato ab *Agrofti* differt et, ficut haec, complectitur fpecies corollâ ariftatâ et muticâ. Alioquin *P. monfpelienfis* et *tataricus*, fimillima gramina, effent genere fejungenda; fed *P. vaginatus*, habitu Sesleriis analogus proprium forte *Colobachnes* genus, a *Cl. Paliffot de Beauvois* conftitutum, merito fibi exposcit, alioquin Alopecuro nimis vicinum. Alit enim transbaicalenfis Sibiria „Alopecurum (*brachyftachium*) culmo erecto, fpicis ouatis hirfutis: ariftis fpi„culâ longioribus, vaginâ folii fupremi inflatâ", P. vaginato adeo fimilem, ut curatius demum examinatum ab eo fejunxerim. *Folia* illi inferiora Koeleriae glaucae (Dactyli lobatae *mihi*) analoga, haud ita ut in P. vaginato anguita; *glumae* nec *calycinae* nec *corollinae* apice ariftatae aut dentatae: harum tantum *ariftà* ex imâ bafi fpiculâ triplo longiore fubgeniculatâ. *Valuula corollina* exili pube veftita, nec ut calycinae

hirſutiſſima; *interioris* ne quidem rudimentum. *Stamina* 3. *Styli* 2 villoſi. *Calycinae glumae* in hac ſibiricâ ſpecie liberae ſunt, nec baſi connatae, quare ſuperfluo haec, in genere alias diſtinctiſſimo, caracteri eſſentiali a recentioribus addita nota iterum eliminanda eſt.

127. PANICUM *Crus Galli.*

Definiatur: **P. paniculâ ſecundâ erectâ decompoſitâ, ſpicis linearibus, ſpiculis alternis confertis, calycibus ariſtatis hiſpidis.**

Synonyma adde: *Hoſt gram. auſtr. 2. t. 19. Schrad. germ 1. p. 243. t. 3. f. 8.* (*icon varietatis longe ariſtatae.*)

In omni *Panico* glumam, pro tertiâ calycinâ ab auctoribus venditatam eſſe reverâ flosculi neutri valuulam exteriorem bene obſervat *Schrad. germ. 1. p. 239,* idemque olim *Mieg apud Hall. hiſt. 2. p. 249.*

127*. PANICUM *Hoſtii.*

P. paniculâ ſecundâ erectâ compoſitâ, ſpicis linearibus, ſpiculis alternis confertis, calycibus ariſtatis hiſpidis.

P. ſtagninum. *Hoſt gram. auſtr. 3. p. 35. t. 51. Steuen in mem. ſoc. nat. cur. moſq. 3. p. 251.*

Occurrit in Tauriâ meridionali, ad fluuium Terek circa Kisljar, in Caucaſi orientalis agris oryzaccis et ad Wolgam circa Coloniam Sareptanam, in humidis. ⊙

Simillimum P. cruri galli, ſed diſtinctum *paniculae* ramis minime ſubdiuiſis et *ſpiculis* duplo majoribus. Noſtrum eſt gramen pro P. ſtagnino a *Hoſt l. c.* deſcriptum atque delineatum; de identitate vero cognominis indici apud *Retz obſ. 5. p. 17* valde dubito, habet enim hoc *calycis* valuulam acceſſoriam lanceolatam et alteram ariſtatam trineruiam, quum in meo et auſtriaco illa ſit late ouata cum acumine breuiſſimo,

haec vero 7-neruia. Pilorum feriem ad vaginarum oras, quam notat *Hoſt l. c.* in meis non video.

128. PANICUM *Burmanni.*

Synonyma adde: P. *(hirtellum)* paniculâ erectâ rarâ ſecundâ, ſpiculis alternis unifloris, calyce trinalui: valuulis piloſis ariſtatis, foliis undulatis. *Hoſt gram. auſtr. 3. p. 36. t. 52. Wulfen apud Jacq. collect. 1. p. 263. Allion. pedem. n. 2180.*

Oplismenus (*undulatifolius*) faſciculis ſubdenis, rhachi piloſiſſimâ, valuulis calycinis ariſtatis glabris ſubciliatis. *Roemer et Schultes Syſt. veg. 2. p. 482.*

In hoc ſpicularum glumae duae exteriores longe ariſtatae proprie *calycem* conſtituunt, tertia vero major breuiſſime ariſtata pro *floſculo neutro* acceſſorio Panicis ſolenni eſt habenda, ita quidem ut valuula calycina tertia deſideretur. Sed affine *P. hirtellum* valuulis tribus *calycinis* aequalibus ariſtatis gaudet et, pro more generis, inſtruitur praeterea rudimento *floſculi neutri* membranaceo. (*conf. Swarz obſ. 35.*)

P. undulatiſolium europaeum differre ab indico P. Burmanni vaginis undique nec tantum ore piloſis, et utrumque diſtingui a P. hirtello glumis ſericeo-lanuginoſis ſtatuunt *Lamarck et Decand. flor. franc. n. 1500.* In noſtro vaginae quidem undique piloſae ſunt, tum paniculae rachis atque pedicelli pilis crebris patulis valde hirſuti, ipſae vero ſpiculae perparum pubescunt.

129. PANICUM *aegyptiacum.*

Synonyma adde: P. filiforme. *Güldenſt. it. 1. p. 298, 314 et 427.*

Digitaria ciliaris *β. Roemer et Schultes Syſt. veg. 2. p. 472.*

Gramen dactylon majus repens, foliis hirsutissimis. *Buxb. cent. 5. p. 34. t. 65.*

Differt a *P. sanguinali staturâ* robustiore, hirsutie *foliorum* insigniore, *spicis* magis elongatis, *glumis calycinis* euidentius pubescentibus: alterâ minore lanceolatâ pubescente dimidiam *flosculi* longitudinem fere attingente, nec flosculo multoties breuiore glabrâ. *P. ciliari,* cujus specimina prope Astrachan a *D. Blum* lecta, hortensibus simillima possideo, ita affine est ut praeter *glumae calycinae majoris* marginem non ciliis elongatis porrectis vestitum, sed modo villoso-scabrum aut ciliis breuissimis munitum, nullum prorsus discrimen perspiciam. An alterum *varietas* alterius?

130. PANICUM *arenarium.*

Synonyma adde: Digitaria *(humifusa)* spicis digitatis patulis subquaternis, foliis vaginisque glabris, flosculis ouatis margine nudis. *Willd. enum. hort. berol. p. 93.* (*Synonymia ex flor. taur. cauc. sub hoc et P. sanguinali confusa.)*

Digitaria glabra. *Roemer et Schultes Syst. veg. 2. p. 471.*

P. sanguinale. *Pollich pal. n. 60. (excluså varietate.) Güldenst. it. 1. p. 55 et 107. Pall. it. 1. p. 36.*

P. sanguinalis varietas glumis calycis subaequalibus, in grenosis nascens. *Schreb. gram. 1. p. 119.*

Paspalum ambiguum, *Lamarck et Decand. flor. franc. n. 1505.*

Vaginae ore subpilosae. *Calyx* undique leuiter et vage pubescens.

133. MILIUM *vernale.*

Synonyma adde: *Roemer et Schultes Syst. vegetab. 2. p. 319. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 3.*

135. AGROSTIS *Spica venti.*

Hujus *varietatem* minorem ex Caucaſo ſeptentrionali et ex Iberiâ habeo: *paniculae* ramis breuibus, aegre ab A. interruptâ diſtinguendam.

136. AGROSTIS *holciformis.*

Piptatherium holciforme. *Roemer et Schultes Syſt. veg. 2. p. 328.*

Rariſſimum gramen iterum inuenere in Taurià circa Sudak in rupeſtribus *Steuen,* et in Iberiâ circa Tiflin *Wilhelms.*

Calycis glumae obſcure 5-nerviae. *Corollae* valuulae induratae, teſtaceae, non penitus glabrae, verum pilis proſtratis minutis pubescentes.

139. AGROSTIS *capillaris.*

Ad hanc potius, quam ad Airam minutam, ſub quâ vulgo citatur, videtur eſſe referendum Gramen paniculatum aruenſe minimum. *Buxb. cent. 5. p. 35. t. 67. f. 1.*

139*. AGROSTIS *vulgaris.*

A. paniculâ patente: ramulis diuaricatis laeuiuſculis, floſculis muticis, calycibus aequalibus, ligulâ breuiſſimâ truncatâ. *Willd. enum. hort. berol p. 98. Schrad. germ. 1. p. 206. t. 2. f. 3. Smith brit. 1. p. 79. Hoſt gram. auſtr. 4. t. 59. Wahlenb. lapp. n. 40 et carpat. n. 59. Beſſer galic. n. 79. Holl. hiſt. n. 1475.*

A. ſtoloniſera. *Linn. ed. Willd. 1. p. 369. (ſecundum hort berol. l c.) Leers herb. n. 53. t. 4. f. 6.*

Inter gramina iberica hanc cum A. albâ confuſam habui, quâ apud nos longe rarior eſt, magis vero communis in ſeptentrionalibus. 2

140. AGROSTIS *alba.*

A. paniculâ verticillatâ patente: ramis patulis calycibusque aequalibus hiſpidis, floſculis muticis. *Willd. enum. hort. berol. p. 96. Schrad. germ. 1. p. 209.*

α. paniculâ pallescente.

A. alba. *Linn. ed. Willd. 1. p. 371. Flor. taur. cauc. n. 140. Smith brit. 1. p. 81. Hoſt gram. auſtr. 4. t. 57. (icon a ſiniſtrâ.) Leers herborn. n. 55. t. 4. f. 5.*

β. paniculâ purpurascente.

A. alba β. *Schrad. l. c. t. 2. f. 1.*

A. alba. *Engl. bot. 1189.*

A. varia. *Hoſt gram. auſtr. 4. t. 57.* (*icon a dextrâ.*)

A. hiſpida. *Linn. ed. Willd. 1. p. 370.*

A. capillaris. *Leers herb. n. 54. t. 4. f. 3.*

γ. paniculâ purpurascente, flagellis craſſioribus, crebrius radicantibus, denſius foliosis.

A. ſtolonifera. *Flor. taur. cauc. n. 1015. Gorter. ingric. p. 10.*

δ. paniculâ purpurascente, corollis ſubariſtatis.

A. alba γ. *Schrad. loc. cit. t. 2. f. 2.*

A. compreſſa. *Linn. ed. Willd. 1. p. 368. Flor. taur. cauc. n. 138.*

Dignoscitur a praecedente *habitu* minus gracili, *ligulâ* longiore, *paniculâ* vulgo ampliore magisque exaſperatâ et *ſpiculis* nonnihil majoribus.

141. AGROSTIS *tenuifolia.*

Synonymon adde: *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 3. Roemer et Schultes Syſt. veg. 2. p. 348.*

142. AGROSTIS *ſtolonifera.*

A. paniculâ coarctatâ verticillatâ, flosculis muticis, calycibus aequalibus hiſpidis, culmo repente, ligulâ ouatâ. *Willd. enum. hort. berol. p. 96. Smith brit. 1. p. 80. Engl. bot. 1532.*

A. denſa. *Flor. taur. cauc. n. 142.* (*cum ſynonymo.*)

A. (*diffuſa*) paniculae ouato-oblongae ramis hiſpidis, ligulâ oblongâ, culmis oblique adſcendentibus, ſtolonibus repentibus diffuſis radicantibus. (Hoſt). *Beſſer galic. n. 80.* (*fide ſpeciminis Beſſeriani.*)

A. verticillata. *Villars delph. 2. p. 74. Linn. ed. Willd. 1. p. 374.* (*ſecundum ſpecimina culta variorum hortorum botanicorum omnino noſtra!*)

142*. AGROSTIS *verſicolor.*

A. paniculâ diffuſâ glabrâ, calycibus ſubaequalibus acutis corollam obtuſam ſcarioſam ſubaequantibus.

A. paniculâ muticâ glabrâ patulâ, corollâ (albo-membranaceâ) obtuſiſſimâ, calycem acutiusculum (purpureo-ſplendentem) excedente. *Steuen in mem. ſoc. nat. cur. moſq. 3. p. 252. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 3.*

Habitat in alpibus Schadagh et Tyfendagh Caucaſi orientalis diſtrictus Cubenſis. Floret Junio. ♃

Statura A. vulgaris, tota glaberrima. *Ligula* oblonga exſerta. *Panicula* ouato-oblonga: ramis primariis baſi nudis ſemiverticillatis, infimis ſubquaternis ramoſis. *Spiculae* majores A. albâ. *Calycis glumae* neruoſae virides margine apiceque late violaceae nitentes, altera paullo minor. *Corolla* calycem vix excedens maximâ ex parte albo-ſcarioſa: valvulis aequalibus obtuſiſſimis.

143. AIRA *arundinacea.*

Synonymon adde: Poa tatarica Fiſcheri. *Beſſer cat. hort. crem. ſuppl. 2. p. 13.*

Speciosum hocce gramen circa thermas Conſtantinomontanas, ubi aqua thermalis paſſim ad collium calcareorum latera ſtagnat, frequens eſt, nuper etiam in deſerto wolgico-uralenſi obſeruatum.

145. AIRA *humilis.*

Synonymon adde: *Roemer et Schultes Syſt. veg. 2. p. 684.*

In montoſis circa Tiflin nuperrime lecta a *Willielms.* Proſtat quoque inter plantas ſiccas Sareptanas *Pharmacopoei Wunderlich.*

146. AIRA *cespitoſa.*

Circa acidulam Nartſana *varietas* occurrit ſpiculis ad A. flexuoſam accedens, cum quâ attamen ob foliorum formam conjungi nequit. Similem ex agro Petropolitano habeo.

146*. AIRA *breuifolia.*

A. foliis planis breuibus, paniculâ patente: ramis primariis longiſſimis, valuulis corollinis baſi piloſis ariſtam dorſalem ſubaequantibus.

Habitat in herbidis circa acidulam Nartsana. ♃

Facies et *ſtatura* A. cespitoſae. *Folia radicalia* uncias 2-3 tantum longa lineam circiter lata canaliculata acutiuscula rigidula glauca, ſupra ſtriata parum aſpera, *culmea* minora atque breuiora: vaginis longis, ligulâ oblongâ exſertâ. *Culmi* circiter ſesquipedales erecti graciles, ad unam tertiam geniculo purpureo intercepti, foliis duobus ad duas tertias vaginati.

Paniculae glabrae radii violacei longe nudi: inferiores faepe terni: ramulis parum flexuofis. *Spiculae* magnitudine et ftructurâ A. cespitofae: *valvulis* bafi purpureis apicem verfus fenfim dilutioribus atque fordide albicantibus, nec ut in A. cespitofâ bafi viridibus in medio purpureis apice argenteis. Ad A. flexuofam quoad paniculam et fpicularum colorem accedit, fed quoad habitum et formam foliorum ab eâ magis adhuc quam ab A. cefpitofâ aliena eft.

33*. SESLERIA. Calyx communis fpicularum multivalvis (rarius o): partialis bivalvis, ariftatus, 1-5-florus. Cor. 2-valvis: valvulis ariftato-denticulatis.

147*. SESLERIA *phleoides.*

S. fpicâ oblongo-ovatâ, foliis planis, fpiculis fubbifloris, corollae valvulâ exteriore fubtricuspidatâ: interiore bicuspidata.

S. phleoides. *Steven manuscr. Roemer et Schultes Syft. veg. 2. p. 604.*

Habitat in Caucafi orientalis alpibus. ♃

Proxima S. coeruleae, gracilior, minus coerulescens. *Folia* radicalia fasciculata rigida profunde fulcata, duplo anguftiora quam in S. coeruleâ. *Culmus* gracilis fpithamaeus ftriatus, bafi folio unico vaginatus, caeterum nudus. *Spica* vix uncialis pallida: involucro vix ullo. *Calyx* 1-2-florus latus flofculis paullo brevior: ariftâ glumâ breviore. *Corollae* valvula exterior plerumque inaequaliter tricuspidata, interior lanceolata bicuspidata. *Stylus* longitudine fpiculae: *ftigmatibus* villofis ipfius longitudine exfertis.

149. MELICA *nutans.*

Synonyma adde: *Hoſt gram. auſtr. 2. t. 10. Smith brit. 1. p. 92. Engl. bot. 1059. Flor. dan. t. 962.*

Non modo ad fluvium Terek, ſed et alibi per Caucaſum ſeptentrionalem in virgultis obuia eſt.

149*. MELICA *uniflora.*

M. paniculâ ſecundâ ramoſâ, floribus erectis, calyce unifloro. *Smith brit. 1. p. 92. Engl. bot. 1058. Curt. lond. Flor. dan. t. 1144. Lamarck et Decand. flor. franc. n. 1538. Scheuchz. agroſt. p. 171. t. 7. f. 48.*

M. paniculâ rarâ, calycibus biflоris, floſculo altero hermaphrodito, altero neutro. *Retz obſ. 1. p. 10. Linn. ed. Willd. 1. p. 383.*

Gramen montanum paniculâ ſparſâ ex raris locuſtis ſpadiceis. *Buxb. cent. 4. p. 30. t. 52.*

Creſcit in Iberiae ſeptentrionalis ſubalpinis circa monaſterium Largwi. ♃

Dignoſcitur ab affini M. nutante *ligulâ* breviſſima lacerâ: illinc dente ſubulato diſtincto, nec ſubexſertâ truncatâ ſimplici, *racemo* plerumque baſi ramo uno alteroue horizontali aucto, *pedicellis* inferioribus elongatis nec omnibus ſpiculâ brevioribus, fructiferis non cernuis; *floſculo* tantum unic fertili.

151. MELICA *coerulea.*

Huc quoque videtur revocanda: Aira foliis planis, paniculâ coarctatâ, floribus pedunculatis muticis convoluto-ſubulatis. *Gmel. ſib. 1. p. 96. n. 28.* (*excluſâ varietate α, quae fortaſſis ſpecie differt.*)

153. POA *arundinacea.*

Synonymon adde: *Roemer et Schultes Syſt. veg. 2. p. 559.*

Graminis rari, mihi olim unico loco, ſcilicet in udis ad fluuium Malk, prope pagum Soldatskaja obuii, recenter a nemine obſervati fusiorem descriptionem ſubnecto: *Radix* repens. *Culmi* altiſſimi ſesquiorgyales firmi arundinacei folioſi, geniculis fuscescentibus veluti conſtricti. *Folia* longa lata arundinacea carinata ſtriata: ſtriis isthmis transuersalibus connexis; ſuperne retrorsum ſcabriuscula, ſubtus laeuiuscula: *vaginis* ſtriatis ſcabris, ad oras utrinque maculâ fuscâ notatis, *ligulâ* exsertâ breui latâ obtuſiſſimâ. *Panicula* ampla ſaepe pedalis ſupradecompoſita: *rachi* laeui, è quâ alterno ſitu faſciculatim exeunt *radii* plures inaequales: nonnullis longiſſimis, tenuiſſimi erecto-patuli, ſuperne cum *ramulis* atque *pedicellis* ſcabri. *Spiculae* lineares glabrae 4-5-florae rarius 6-florae. *Calycinae* glumae ouato-oblongae flosculis multo minores breuioresque totae albo-membranaceae uninerues: alterâ minore et anguſtiore, *Corollae* valuula exterior oblonga obtuſiuscula 7-neruia viridis ſub apice ſaepe violacea, ipſo apiculo albo-membranaceo. Nimiam hujus cum P. aquaticâ affinitatem olim notaui.

159. POA *ſterilis.*

Synonyma adde: *Roemer et Schultes Syſt. veg. 2. p. 549. Beſſer cat. hort. crem. a. 1816. p. 107.*

160*. POA *diuaricata.*

P. paniculae ramis corymboſis, pedunculis clauatis, ſpiculis quadrifloris, foliis filiformibus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 402. Lamarck et Decand. flor. franc. n. 981.*

P. paniculae ramis geminatis diuaricatis, ſpiculis ſubquadrifloris. *Gouan illuſtr. 4. t. 2. f. 1.*

Jam velulam, attamen paniculae habitu et praefertim pedicellorum peculiari formâ haud aegre agnoscendam, inter plantas ficcas, circa oppidulum Sallian Cyri oftiis impofitum lectas deprehendi. ⊙

161. POA *pilofa*.

Synonyma adde: P. tenella. *Pall. it. 3. p. 537.*

Gramen paluftre paniculatum griseum. *Buxb. cent. 4. p. 29. t. 51?*

P. verticillatam, quam ficut *Cl. Schraderus* conjunxi cum hac, diftinguere conatur fpiculis 11-15-floris fcabriusculis et vaginis magis pilofis *Willdenow in enum. hort. berol p. 106*, quocum confentiunt *Roemer et Schultes Syft. veg. 2. p. 575.*

162. POA *Eragroftis*.

Huic paniculae ramos primario bafi pilofos etiam tribuunt *Schrad. germ. 1. p. 287. Wallroth flor. halens. fuppl. 3. p. 27 aliique.* Nos vero, in copiofo hoc per Roffiam meridionalem gramine, paniculam pilis deftitutam obfervamus.

163*. POA *rigida*.

P. paniculâ lanceolatâ contractâ fecundâ glabrâ, fpiculis linearibus 9-11-floris, flosculis liberis acutis obsolete 5-neruiis, culmis bafi ramofis, radice fibrofâ. *Willd. enum. hort. berol. p. 107 et Linn. fpec. plant. 1. p. 396. Hoft gram. auftr. 2. t. 74. Schrad. germ. 1. p. 283. Smith brit. 1. p. 99. Engl. bot. 1371! Curt. lond. Lamarck et Decand. flor. franc. n. 1623. Gerard gallopr. p. 90. n. 8. Scheuchz. agroft. p. 271. t. 6. f. 2. 3.*

P. pulchella. *Flor. taur. cauc. 1. app. p. 417. n. 1016. Roemer et Schultes Syft. veg. 2. p. 591.* (*fub Megaftachyâ.*)

Gramen filiceum rigidiusculum. *Vaill. paris. t. 18. f. 4.*

Noſtram eſſe P. rigidae L. *varietatem* minorem edocuere ſpecimina Galliae meridionalis tauricis conſimilia, tum proceriora exempla nuper per Tauriam lecta.

Corollae valuulam exteriorem potius eneruem dicerem (*cum Smithio*), quam 5-neruem (*cum Schradero et Willdenovio*); nempe eſt vix carinata et nonniſi ad lentem, apicem verſus, neruorum lateralium perleuia veſtigia monſtrat; caeterum lente ſpectata ſubtiliſſime tota pubescit, quaſi puluisculo adſperſa.

164*. POA *triſtriata.*

P. paniculâ contractâ, calycibus biſloris acutis, corollis obtuſis: glumâ exteriore 3-neruiâ, ligulâ exsertâ breui. *Steuen in mem. ſoc. nat cur. moſq.* 3. *p.* 252.

Habitat circa Caucaſi orientalis oppidum Kubam. Floret Junio. ♃

Gramen hoc mihi vix niſi ex definitione *Steueni loc. cit.* hucusque innotuit. Quoad *paniculam* aliquam cum P. compreſſâ affinitatem habere videtur. *Spiculae* admodum paruae glabriusculae.

165. POA *pungens.*

Synonyma adde: Dactylis (*maritima*) ſpicâ interruptâ, foliis rigidis inuolutis. *Schrad. germ. 1. p. 313. t. 6. f. 1.*

Dactylis littoralis. *Hoſt gram. auſtr. 4. t. 28.*

Triticum (*ſupinum*) culmo procumbente ramoſo, foliis lineari-lanceolatis apice conuolutis, ſpicâ compoſitâ; ſpiculis alternis ouatis, ſpicellis multifloris muticis. *Schrank in mem. ſoc. bot. ratisb. a. 1818. p. 162. n. 27.*

Secundum *Sprengel pugill. 2. p. 18, Treuiranum in repert. ſoc. nat. cur. berol. a. 1813. 2. p. 146* et *Hoſt l. c.* huc quoque pertinet Poa littoralis *Gouani;* diſtinctam vero eſſe contendunt *Roemer et Schultes ſyſt. veg. 2. p. 627. 628.*

Planta taurico-caucaſica vulgo *ſpiculis* pauciflоris à plantâ Europae occidentalis discrepat; verum in transwolgenſibus noſtra quoque *ſpiculis* 7-10-floris lecta eſt.

165*. POA *repens.*

P. tota villoſa, paniculâ ſpiciformi ouatâ ſecundâ, ſpiculis ouatis ſubquinqueflоris, culmo repente.

Dactylis (*repens*) culmo repente, ramis fasciculatis, foliis villoſis ſubulatis rigidis, floribus ſpicato-capitatis ſecundis. *Desfont. atl. p. 79. t. 15. Lamarck et Decand. flor. franc. 3. p. 64. Roemer et Schultes Syſt. veg. 2. p. 628. Perſoon enchirid. 1. p. 88. Steuen in mem. ſoc. nat. cur. moſq. 3. p. 252.*

Poa (*tunetana*) paniculâ ſpicatâ ſecundâ ſubcapitatâ, ſpiculis multiflоris appreſſis, calycibus ſpiculas aequantibus, culmo repente radicante, foliis vaginisque villoſis. *Sprengel pugill. plant rar. 2. p. 20. n. 37.*

Crescit in arenoſis ad fluuium Cyrum inferiorem. Floret Julio. ♃

Habitus P. pungentis, ſed tota villis confertis mollibus veſtita. *Folia* breuiora aeque acuminata rigidaque. *Panicula* breuiſſima magis compacta, ob ſpicas partiales ſiue lobos paniculae breuiſſimos et denſe imbricatos. *Spiculae* paullo minores atque latiores.

Haec, ſicut affines, inflorescentiâ aliquam cum Dactyli glomeratâ ſimilitudinem exhibet; verumtamen, ſi ſpicularum et floſculorum indolem reſpicias, genuina Poa eſt. Specimina Africana coram habeo a Caucaſicis meis nullo modo diverſa.

166. BRIZA *media.*

Hujus *varietatem β.* viridifloram ſpectat Br. virens. *Marſch. caſp. app. p. 208.*

167. BRIZA *humilis.*

Synonyma adde: *Roemer et Schultes Syſt. veg. 2. p. 521. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 6.*

Br. *(ſpicata)* ſpiculis ouatis erectis 7-floris, calyce floſculis breuiore, corollâ ventricoſâ, paniculâ ſubſpicatâ erectâ. *Smith prodr. flor. graec. n. 199. Sibthorp flor. graec. 1. t. 77.*

169. DACTYLIS *criſtata.*

Synonyma adde: Poa criſtata. *Hoſt gram. auſtr. 2. t. 75. Krocker flor. ſil. 1. p. 130. t. 26.*

Aira *(criſtata)* paniculâ ſubſpicatâ: glumis acuminatis, floſculis calycem excedentibus, foliis ciliatis. *Schrad. germ. 1. p. 255.*

Koeleria criſtata. *Perſoon enchirid. 1. p. 97. Beſſer galic. n. 96. Decand. cat. hort. monsp. a. 1813. p. 116.*

Gramen montanum paniculâ contractâ. *Buxb. cent. 5. p. 35. t. 66. f. 2. (mala)*

170. DACTYLIS *lobata.*

Definiatur: D. paniculâ ſpicatâ oblongâ, ſpiculis ſubtrifloris nitidis: glumis acutis, foliis glabris.

Olim habui et deſcripſi plantam valde macilentam; poſtmodum eandem inueni, tam per Tauriam, quam per Caucaſum, immo et alibi per Roſſiam meridionalem magis vegetam totoque habitu cum D. criſtatâ conuenientem, culmi quoque apice et paniculae rachi leuiter pubescentibus et glumarum

neruo dorſali apicem vix ſupereminente; ita quidem, ut praeter glabritiem foliorum nullam quae valeat diſtinctionis notam inter utramque videam. Planta noſtra vegetior non differt ab Airâ glaucâ, mihi variis ex locis ab amicis communicatâ, cujus *ſynonyma* ſunt:

Aira glauca. *Schrad. germ. 1. p. 256.*

Aira criſtata. *Smith brit. 1. p. 83.* (*ob folia glabra.*)

Koeleria lobata et glauca. *Roemer et Schultes Syſt. veg. 2. p. 620. 621.*

Koeleria glauca (Sprengelii.) *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 6. Decand. cat. hort. monsp. a. 1813. p. 116.*

Gmelinus in florâ ſibiricâ hanc et praecedentem ſub ſuâ Airâ *n. 24* comprehendit, variare eam foliis glabris aſferens.

171*. CYNOSURUS *criſtatus.*

C. bracteis pinnato-diſtichis muticis, ſpicâ ſimplici lineari. *Smith brit. 1. p. 112. Hoſt gram. auſtr. 2. t. 96. Schreb. gram. p. 69. t. 8. f. 1. Flor. dan. t. 238. Leers herborn. n. 99. t. 7. f. 4. Hall. hiſt. n. 1545. Pall. ind. taur.*

C. bracteis pinnatifidis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 411.*

Gramen pratenſe criſtatum s. ſpicâ criſtatâ laeui. *C. Bauh. prodr. p. 8. Scheuchz. agroſt. p. 79. n. 1. t. 2. f. 8. A. C.*

In Tauriâ meridionali hinc inde reperitur.

173. FESTUCA *ouina.*

Synonymon adde: F. paniculâ patente, ſpiculis oblongis ariſtatis, culmo tetragono, foliis ſetaceis, ligulâ biauritâ. *Schrad. germ. 1. p. 319.*

F. paniculâ fecundâ coarctatâ, floſculis teretiuſculis baſi glabris, culmo tetragono, foliis ſetaceis glabris. *Smith brit. 1. p. 113.*

Dignoſcitur ab affinibus *ſtaturâ* humiliore, *culmis* apicem verſus euidenter tetragonis: ſingulo latere ſtriâ inſigni praedito. *foliis* peranguſtis conuoluto-ſetaceis, ad lentem potiſſimum margine atque neruis pubescenti-ſcabris; *paniculâ* non magnâ plerumque contractâ, *ſpiculis* paruis utplurimum viridibus, *glumis floſculorum exterioribus* apicem verſus leuiter exasperatis: ariſtâ ipſis breuiore vulgo concolori ſubflexuoſâ, *interioribus* hyalinis apice breuiſſime bidentatis et margine apicis lentis tantum ope ſubciliatis.

Vivipara haud raro reperitur, nullâ caeteroqnin apud nos aliâ notâ diſtincta. *Variat* quoque foliorum radicalium longitudine pubeque inſigniore, tum ſpiculis euidentius pubescentibus.

173*. FESTUCA *glauca*.

F. paniculâ patente, ſpiculis lanceolatis ariſtatis, culmo angulato foliisque rigidis glaucescentibus, ligulâ biauritâ. *Schrad. germ. 1. p. 322. Lamarck et Decand. flor. franc. n. 1586. Beſſer galic. n. 122.*

Occurrit in Tauriâ, nec non in promontorio Caucaſico ſeptentrionali circa thermas Conſtantinomontanas, in ſiccis. ♃

Praecedentis varietatibus elatioribus nimis affinis. *Diſtinguitur foliis* rigidioribus magis glaucescentibus, *culmis* pedalibus et ultra minus euidenter tetragonis, *paniculâ* longiore ramoſioreque, *ſpiculis* majoribus, *glumis* apice magis pubescentibus atque ciliatis: *corollinis exterioribus* ariſtâ longiore rectâ purpurascente praeditis, *interioribus* magis apicem verſus ciliatis et argutius apice bidentatis.

Varietates foliis magis magisque rigentibus et ſpiculis magnitudine auctis exprimere videntur F. pallentem *Hoſt* et

F cineream *Villars.* Nec de vero noftrae discrimine a F. ouinâ mihi penitus conflat. F. duriuscula *Poll. pal. n. 102* forte hujus etiam loci eft.

Aliam *varietatem* foliis radicalibus et culmeis inferioribus longiffimis, culmis elatioribus admodum gracilibus et fpiculis majoribus viridioribus circa thermas Conftantinomontanas legi et in arenofis circa Kiew et Charkow, quae etiam ad Tanain reperitur. Haec eft F. longifolia *Thuill. flor. paris. F. glauca β. Flor. franc. l. c.* et fortaffis *F. duriuscula* multorum, neque vero *Linnaei* et *Smithii,* ob folia caulina noftrae radicalibus aeque angufta, nec latiora et plana; quamuis illius *icon engl. bot. 470* minime a noftrâ abhorreat, radice etiam repente congruens, quali et noftra locis fabulofis et alibi folo leuiori nascens inftrui folet.

173**. FESTUCA *varia.*

F. paniculâ multiflorâ, fpiculis fubseptemfloris fubarifta-tis, foliis pungentibus fetaceis dorfo lacuibus, radice perenni. *Haencke apud Jacq. collect. 2. p. 94. Hoft gram. auftr. 2. p. 64. t. 90. Schrad. germ. 1. p. 324.*

Poa foliis fetaceis, paniculà fpicatâ fecundâ, glumis ex ouato-lanccolatis. *Gmel. fib. 1. p. 107. n. 42? (excluſis ſynonymis.)*

Hanc in alpeftribus ditionis Kubenſis Caucafi orientalis legit *Steuen.* ♃

Praecedentibus robuftior tota glaucescens. *Folia* radicalia longa firma convoluto-fetacea, culmea confimilia fed breuiora: auriculis ligulae vices fuftinentibus majoribus. *Culmi* pedales et ultra graciles angulati fupeine longe nudi. *Panicula* circiter triuncialis, florens diffufa, alias contracta: rachi pedicellisque fcabris rubicundis. *Pedicelli* longiores quam in affinibus, fpiculâ tamen breniores. *Spiculae* majusculae 5-6-florae:

ſummo floſculo pro more hujus generis ſterili. *Glumae* tam *calycis* quam *floſculorum exteriores* lanceolatae concauae mucronatae vix autem ariſtatae glabrae virides, ſub apice purpureae, margine vero apicis membranaceo ſordide albicante. *Valuula floſculorum* interior apice in dentes duos breues ſiſſa ibidemque pubescens atque ciliata.

Caucaſica non differt ab auſtriacâ *Hoſtii*, quam coram habeo, niſi quod ſpiculas paullo majores et floſculorum valuulam interiorem apice magis pubescentem habeat.

174. FESTUCA *Myurus*.

Eandem in apricis circa Kubam etiam legit *Steuen ſecundum mem. ſoc. nat. cur. moſq. 3. p. 252.*

Culmus vulgo ſub paniculâ ad biunciale internallum nudus. *Panicula* elongata baſi ramoſa: ramis ſtrictis. *Gluma calycina* altera magnitudine variat, et quidem in eodem ſaepe indiuiduo, nunquam autem dimidiam alterius glumae longitudinem aſſequitur. *Ariſta* floſculorum vere terminalis eſt, quod moneo contra *Hallerum*.

Discrimen hujus a F. bromoide luculenter nondum perſpicio, nec icones utriusque *Engl. bot. 1411 et 1412* dubium tollere potuere.

174*. FESTUCA *ciliata*. *Flor. taur. cauc. 1. p. 418. n. 1017.*

Synonyma adde: *Lamarck et Decand. flor. franc. n. 1595. Hoſt gram. auſtr. 4. t. 65.*

Conjungendam eſſe F. Alopecurum monet *Linck apud Schrader nou. ephem. bot. 1. fasc. 3. p. 136*, contradicente *Poiret in dict. enc. bot. 2. p. 636.*

Circa Tiflin etiam occurrit.

175. FESTUCA *elatior.*

Synonyma adde: *Hoſt gram. auſtr. 2. t. 79. Lamarck et Decand. flor. franc. n. 1579. Flor. dan. t. 1323. Gorter ingr. p. 14.*

F. *(pratenſis)* paniculâ patente ramoſâ, ſpiculis lineari-bus muticis multifloris, foliis linearibus, radice fibroſâ. *Schrad. germ. 1. p. 332. Smith brit. 1. p. 123.*

Gramen pratense majus locuſtis tumidis. *Buxb. cent. 5. p. 41. app. n. 16.*

Secundum *Schraderum loc. cit.* affinis Bromus littoreus Retzii (qui F. elatior *Schrad.*) dignoscitur *culmo* altiore et craſſiore, *foliis* latioribus rigidioribusque, *paniculâ* majore ramoſiore, *ſpiculis* magis compreſſis ſubquinqueflоris nec 7-9-floris, *calycibus* acutis nec obtuſiusculis, *floscul:s* ſubariſtatis, denique *radice* reprnde. Sed in noſtrate, cujus *radicem* repero non animaduerti et quae *ſpiculis* 7-9-floris gaudet, nec *calycis* glumas obtuſas, nec *flosculos* conſtanter muticos video. Etenim *flosculorum* valvulae exterioris nerui laterales ſub apiculo membranaceo anoſtomosantes ibidem haud raro in *ariſtam* producuntur, adeo tamen brevem, ut valvulam vix ſuperemineat.

Poa *Gmel. ſib. 1. p. 110. n. 44,* a Retzio ſub Bromo littoreo adducta procul dubio ad Bromum inermem ſpectat; hujus vero loci eſſe videtur. Poa *flor. ſib. n. 45.*

175*. FESTUCA *montana.*

F. paniculâ ramoſiſſimâ diffuſâ erectâ apice nutante, ramis laxis bracteatis, ſpiculis compreſſis muticis 1-4-floris, foliis lineari-lanceolatis: vaginâ infimâ dilatatâ, radice repente. *Sternb. et Hoppe in mem. ſoc. bot. ratisb. a. 1818. p. 95.*

F. (*ſyluatica*) paniculâ ſecundâ nutante: ramis laxis bracteatis, ſpiculis compreſſis muticis, radice repente. *Hoſt gram. auſtr. 2. p. 56. t. 78. Roemer et Schultes Syſt. veg. 2. p. 702.* (*ſub Schoenodoro.*)

Occurrit in ſyluâ ad montem Beſchtau. 2

Gramen ſpecioſum circiter tripedale glauco-viride, praeter ſcabritiem modicam vaginarum et marginis foliorum culmi apicis atque paniculae ramorum glaberrimum. *Culmus* erectus firmus teres ſubtiliſſime ſtriatus longe nudus: geniculis nigricantibus. *Folia* longa lata arundinacea: vaginis longis ſtriatis, ligulâ lanceolatâ acuminatâ ciliato-lacerâ. *Panicula* ſpithamaea formâ F. elatioris: *ramis* inferioribus ternis gracilibus inaequalibus baſi nudis, dein ramoſis multifloris; *pedicellis* propriis ſpiculâ breuioribus. *Spiculae* compreſſae 3-5-florae pallidae glabrae. *Calyx glumis* ſubulatis inaeqnalibus: alterâ flosculis paullo, alterâ plus duplo minore. *Flosculi* teretiusculi: *valuulà exteriore* obscure 5-neruiâ acutâ ſubmucronatâ, *interiore* membranaceâ longitudine exterioris apice minutiſſime bidentatâ.

176*. FESTUCA *criſtata.*

F. paniculâ ſubſpicatâ, ſpiculis 4-7-floris pubescentibus ariſtatis, radice fibroſâ *Willd. enum. hort. berol. p. 117. Schrad. germ. 1. p. 340. Scheuchz. agroſt. p. 246. t. 5 f. 5.*

F. paniculâ ſpicatâ lobatâ, ſpiculis ouatis latis ſexfloris. *Linn. ed. Willd. 1. p. 426.*

F. phleoides. *Flor. taur. cauc. 1. p. 410. app. n. 1018.* (*cum ſynonymo.*) *Roth obs. p. 143.*

Koeleria phleoides. *Perſoon enchirid. 1. p. 97.*

Bromus trinialis. *Saui flor. piſan. 1. p. 124. t. 2. f. 2 et cent. plant. etrusc. p. 27.*

In collibus circa oppidum Nuchi diſtrictus Schekenſis Caucaſi orientalis etiam obuia, teſte *Steueno in mem. ſoc. nat. cur. moſq. 3. p. 252.*

Corollae valuula exterior carinâ in ariſtam ipsâ breuiorem producta, margo vero apicis membranaceus utrinque in denticulum breuiſſimum.

Noſtra, quae ex autopſiâ ſpeciminis mihi a *Hoſtio* communicati nullo modo ab auſtriacâ differt, hirſutie *paniculae* et breuitate *ariſtarum* cum Koeleria hispidâ *Decand. cat. hort. monſp. a. 1813. p. 119* convenit, qui pro K. phleoide *loc. cit.* paniculam tantum piloſo-exasperatam et ariſtas flosculo longiores requirit. Quid igitur de vero utriusque discrimine ſtatuendum?

177. FESTUCA *minuta.*

Synonyma adde: *Steuen apud Hoffm. in comment. ſoc. phyſico-med. mosq. 1. vol. 1. p. 43. Roemer et Schultes Syſt. veg. 2. p. 584. (ſub Schismo.)*

178. FESTUCA *fluitans.*

Synonymon adde: *Hoſt gram. auſtr. 2. t. 77. Flor. dan. t. 237. Engl. bot. t. 1520.*

Hanc in ſubalpinis montis Schadagh in foſſis occurrere refert *Steuen in mem. moſq. 3. p. 252.*

179. BROMUS *commutatus.*

Br. paniculâ apice nutante, ſpiculis lanceolatis compreſſis nudis, flosculis imbricatis, ariſtis rectis glumis longioribus, foliis villoſis. *Schrad. germ. 1. p. 353.*

Br. ſecalinus. *Flor. taur. cauc. n. 179.*

Br. multiflorus. *Roth germ. 2. p. 134. Linn. ed. Willd. 1. p. 428. (non ſynonyma, niſi Rothii, ex mente Schraderi.)*

Gramen feſtuceum montanum locuſtis breuibus tumidis. *Buxb. cent. 4. p. 32. t. 57. f. 1.*

181. BROMUS *confertus.*

Synonyma adde: *Jacq. fil. eclog. gram. p. 19. t. 14. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 5. Roemer et Schultes Syſt. veg. 2. p. 636.*

Br. (*ouatus*) paniculâ ouatâ fasciculatâ erectâ, ſpiculis oblongis: intermediis primoribus breuius pedunculatis, ſecundariis ſeſsilibus. *Gaertner in nou. comment. petrop. 14. p. 537. t. 19. f. 1.*

In Caucaſo orientali etiam reperitur, circa torrentem Samur in lapidoſis frequens, ex relatione *Steueni in mem. moſq. 3. p. 252.*

Spiculae pube variant, mox pubescenti-ſcabrae, mox hirſutae, maturantibus ſeminibus diuaricatis ariſtis ſquarroſae euadunt.

182*. BROMUS *wolgenſis.*

Br. paniculâ nutante laxâ, ſpiculis ouato-oblongis hirsutulis, ariſtis (rectis) glumâ longioribus, foliis utrinque hirſutis. *Jacq. fil. ecl. gram. p. 20. t. 15. Willd. enum. hort. berol. ſupplem. p. 6. Roemer et Schultes Syſt. veg. 2. p. 640. Beſſer catal. hort. cremenec. ſuppl. 3. p. 6.*

Br. ſquarroſus *β. Flor. taur. cauc. ſub n. 182. (cum ſynonymis.)*

Br. (*hirſutus*) paniculâ nutante, ſpiculis multifloris oblongo-ouatis canis hirſutis: ariſtis diuaricatis. *Schrank in mem. ſoc. bot. ratisb. a. 1818. p. 161. n. 22.*

183*. BROMUS *albidus*.

Br. paniculâ contractâ ſubracemoſâ, ſpiculis lineari-lanceolatis teretiusculis nudis, ariſtis glumâ multoties breuioribus, foliis planis nudis.

Br. Bieberſteinii. *Roemer et Schultes Syſt. veg. 2. p. 638.*

Br. inermis varietas paniculâ contractâ minus ramoſâ. *Steuen in mem. ſoc. nat. cur. moſq. 3. p. 252.*

Habitat in Caucaſi orientalis ſubalpinis ad torrentem Jucharibaſch, nec non in montibus circa Tiflin. ♃

Statura et *radix* perennis ramoſa Br. anguſtifolii, totus glaber glauco-viridis. *Folia* circiter lineam lata: ligulâ breuiſſimâ. *Panicula* oblonga contracta: *pedicellis* ſpiculâ breuioribus, infimis geminis, plerisque ſolitariis. *Spiculae* magnitudine Br. anguſtifolii ſubsexflorae glabrae pallidae. *Calycis glumae* inaequales: alterâ ouato lanceolatâ, alterâ minore multoties anguſtiore ſubulatâ. *Corollae valuula exterior* apiculo membranaceo biſido breuiſſimo, infra quem *ariſta* recta lineam vel ſesquilineam longa; *valuula interior* longitudine exterioris tota ſcarioſa: margine tantum incraſſato viridi ſcabro nec ciliato.

184*. BROMUS *variegatus*.

Br. paniculâ contractâ ſubracemoſâ, ſpiculis lanceolatis neruoſis nudiuſculis, ariſtis rectis glumâ breuioribus, culmo vaginisque nudis, foliis ſubpiloſis.

Habitat in ſubalpinis ditionis Kubenſis Caucaſi orientalis, ad torrentem Jucharibaſch. ♃?

Culmi circiter dodrantales ſimplices glabri. *Folia* culmea unciam vel ſesquiunciam longa lineam lata, hinc inde pilo inſtructa praeſertim ad marginem baſeos, caeterum nudiuſcula: *vaginis* longis glabris ſtriatis margine apicem verſus purpura-

ſcentibus, *ligulâ* obſoletâ. *Racemus* ſimplex uncialis vel ſesquiuncialis confertus: *ſpiculis* 6-12 alternis erectis lanceolatis ſubcompreſſis ſubquinqueflоris magnitudine ſpicularum Br. mollis nudiusculis viridi purpureoque eleganter variegatis, *pedicellis* tenuibus purpurascentibus, infimis vix longitudine ſpiculae. *Calycinae glumae* lanceolatae acutae flosculis minores, dorſo pallide virentes, margine apiceque purpureae, pilis adpreſſis paruis glaucis adſperſae oculo nudo glabrae apparent. *Flosculorum valuula exterior* lanceolata neruoſo-ſtriata, ſicut calyx pilis minutis glaucis adſperſa pallide virens apicem verſus purpurea margine tenui ſordide albicante cincta, qui in denticulos duos acutos minutos definit, inter quos *ariſta* eminet recta purpurascens valuulâ breuior; *valuula interior* longitudine exterioris hyalina neruo marginali ad lentem pubescente. *Stamina* 3, *antheris* aurantiis. Nec radicem nec folia radicalia elegantis hujus graminis nosco, priorem tamen perennem eſſe judico.

184**. BROMUS *aſper.*

Br. paniculâ nutante, ſpiculis lineari-lanceolatis compreſſis pubescentibus, flosculis demum remotiusculis, ariſtis rectis glumâ breuioribus, foliis villoſis ſcabris. *Schrad. germ. 1. p. 360. Dryander in act. ſoc. Linn. lond. 2. p. 218. Smith brit. 1. p. 133. Engl. bot. 1172. Lamarck et Decand. flor. franc. n. 1636. Hoſt gram. auſtr. 1. t. 7.*

Br. paniculâ ramoſâ nutante ſcabriusculâ, ſpiculis linearibus teretibus ſubdecemfloris piloſis ariſtatis, culmo foliisque hirtis *(Aiton). Linn. ed. Willd. 1. p. 432.*

Br. hirſutus. *Curt. lond.*

Br. montanus. *Poll. pal. n. 116.*

Crescit in ſyluis caeduis ad Caucaſi montem Beſchtau et in ſylnis thermis Conſtantinomontanis imminentibus. Floret Junio, Julio. ♃

Locis inumbratis pinguibus laetiſſime vegetans etiam ad orgyalem altitudinem extollitur. De Bromo *Hall. hiſt. n. 1503*, num huc vere ſpectet, admodum dubito et credo potius Br. commutatum *Schrad.* vel affinem quendam intelligi; nec Br. verſicolor *Pollichii* hujus loci eſſe poteſt, cui ſpiculae pariter tribuuntur glabrae: ariſtâ infra obtuſum bifidumque glumae apicem originem ducente.

185. BROMUS *ſterilis.*

Synonyma adde: *Hoſt gram. auſtr. 1. t. 16. Flor. dan. t. 1325.*

Varietatem elatiorem aetate totam ſpadiceo-purpuream legi in lapidoſis inumbratis Tauriae circa fontes riui Salgir.

186. BROMUS *madritenſis.*

Praecipua hujus a Br. ſterili *diagnoſis* ex breuitate ramorum *paniculae*, quae ideo confertior eſt atque erectior; porro pubes *foliorum* parcior. *Culmus* ſuperne et *paniculae* rami in utroque nudi ſunt, nec molliter pubescentes ut in affini Br. rigido (Br. rubente multorum). Confer huc *Schultes obs. p. 16.*

190*. BROMUS *ſtrigoſus.*

Br. ſpicâ ſimplici gracili, ſpiculis alternis contiguis glabris, ariſtis diuaricatis glumâ longioribus.

Habitat in montibus Tauriae altioribus inter lapides. Seriore autumno paſſim adhuc florentem legi. ♃

Habitus Br. pinnati et affinium, quibus omnino congener eſt. *Radix* perennis ceſpitans, fibris plurimis tenuibus albidis firmata. *Culmi* aggregati rectascendentes graciles pedales ſesquipedalesque ſimplices maximâ ex parte folioſi glabri. *Fo-*

lia radicalia caulinaque confimilia non longa lineae dimidium circiter lata rigidula canaliculata, ftriata, fuperne inprimis leuiter pubescentia fubglaucescentia: vaginis arctis ftriatis utplurimum molliter villofis, praefertim foliorum inferiorum, quandoque tamen glabriusculis. Annulus anguftiffimus nigricans intus ad vaginarum oras loco *ligulae*. *Spica* a duabus unciis ad fpithamam longa fimpliciffima linearis non interrupta glabra. *Spiculae* feffiles alternae contiguae fubimbricatae magnitudine fpicularum Tritici repentis 4-5-florae glabrae glaucoviridis. *Calycis glumae* lanceolatae acutiusculae neruofae flosculorum glumis vix minores, altera nonnihil breuior atque anguftior. *Corollae valuula exterior* lanceolata teretiuscula baſi laeuis, apicem versus praefertim neruis quinque anaftomofantibus inftructa, qui excurrunt in *ariſtam* perfecte terminalem tenuem glumâ paullo longiorem ad angulum fere rectum diuaricatam albidam, cujus ope fpica ftrigofa apparet; *valuula interior* longitudine exterioris obtufiuscula fcariofa, neruo utrinque ad plicas unico viridi ne quidem ad lentem pubefcente, apiculo obfolete bidentato. *Stamina* 3: *antheris* luteis. *Flosculus* terminalis fpiculae muticus fterilis effe videtur.

Simillimum poffideo ex Sibiriâ transbaicalenfi, fed perfecte glabrum, glumis calycinis euidenter mucronatis, ariftis purpurascentibus, quem a taurico non feparo. Aliqua noftri graminis affinitas cum Elymis nonnullis Sibiriae indigenis etiam intercedit.

193. STIPA *Ariſtella.*

Synonymon adde: Agroftis bromoides. *Marſch. caſp. app. p. 208.*

194. AUENA *fatua.*

Definitatur: A. paniculata, fpiculis trifloris: rachi pilofâ, flosculorum calyce breuiorum valuulâ exteriore baſi pilofâ, dorfo ariftatâ, apice bidentatâ.

Flosculi utplurimum tantum duo fertiles: terminali imperfecto abortiente. *Corollae valuula exterior* a basi ad aristam rufescens, sicut spiculae rachis pilis fordidè albicantibus vestitur; ultra aristam nuda striata, in apicem membranaceum acutum argute bidentatum definit.

194*. AUENA *hirsuta.*

A. paniculata, spiculis subtrifloris: racht pilosâ; flosculorum calyce breuiorum valuulâ exteriore basi pilosâ, dorso aristatâ, apice biaristatâ.

A. paniculâ patulâ, calycibus subtrifloris, flosculis apice biaristatis infra medium utrinque pilosissimis: dorso aristâ geniculatà. *Roth catalect. 3. p. 19. Roemer et Schultes Syst. veg. 2. p. 670.*

Cum praecedente in Tauriâ atque Caucaso passim occurrit. ⊙

Gramen summâ cum A. fatuâ affinitate connexum specie tamen separandum, quum praeter *flosculorum valuulae exterioris* aristas terminales, constanter *habitu* quoque minore, *foliis* angustioribus et *spiculis* nonnihil minoribus a priore, quacum promiscue crescit, differat. *Praeterea* inter utramque nullum prorsus discrimen animaduerto. *Folia* inferiora cum vaginis in utraque pilis sparsis breuibus pubescere solent. Species hae adeo affines demonstrant *Trisetum Personii* apte ab *Auenâ* avelli non posse.

A. hirsutae specimen seruo simillimum taurico-caucasicis, mihi olim, loco natali non indicato, a *Willdenouio* pro *A. strigosâ* communicatum.

194**. AUENA *piloſa.*

A. paniculata, ſpiculis trifloris: rachi piloſâ, calycibus inaequalibus; flosculorum valuulâ exteriore nudâ, dorſo ariſtatâ, apice biariſtatâ; foliis pubescentibus.

Triſetum piloſum. *Roemer et Schultes Syſt. veg. 2. p. 662.*

Habitat in Iberiâ. *D. Steuen.* ⊙

Habitus A. ſtrigoſae. *Radix* fibroſa annua. *Culmi* pedales binodes erecti. *Folia* plana ſesquilineam vel duas lineas lata, uncias 2-4 longa, cum vaginis ſtriata pilisque rigidulis obſita: ligulâ ouatâ denticulatâ. *Panicula* contracta ſubſecunda breuis: *pedicellis* alternis tenuibus tortis ſpiculâ breuioribus. *Spiculae* A. fatuâ nonnihil minores triflorae. *Calyx* glaber valde inaequalis: *glumâ* alterâ 7-neruiâ flosculos aequante, alterâ 5-neruiâ duplo breuiore. *Rachis ſpiculae* piloſa: pilis candidis breuibus flosculorum baſin cingentibus. *Corollae valuula* exterior ultra medium bipartita: ſegmentis ſubulatis ariſtatis trineruiis ſcabris, ariſtâ ex fiſſurâ valuulâ multo longiore tortâ; *valuula interior* multo minor lanceolata membranacea bineruis. *Flosculus* intermedius ſterilis eſſe videtur.

A. ſtrigoſa differt a noſtrâ glabritie, calycibus bifloris ſubaequalibus et ſpicularum rachi nudâ. In utràque, ſicut in praecedente et ſubſequente, *Triſeti* caracter pereuidens eſt, non ita in A. flauescente aliisque, ubi valuula corollae exterior apice tantum denticulis duobus minutis capillaribus gaudet.

194***. AUENA *tenuis.*

A. paniculâ aequali, ſpiculis ſubtrifloris, flosculis calycem excedentibus: inferiori apice uniariſtato, reliquis apice ariſtis duabus breuibus et unicâ dorſali geniculatâ inſtructis, radice fibroſâ annuâ. *Schrad. germ. 1. p. 375. Hoſt gram. auſtr. 2. t. 55. Beſſer galic. n. 136.*

A. paniculata, ſpiculis erectis ſubtriflоris, floribus omnibus fertilibus: infimo ariſtato, ariſtâ incuruâ, reliquis apice biariſtatis, ariſtis breuibus rectis. *Moench method. 195. Linn. ed. Willd. 1. p. 448.*

A. dubia. *Leers herborn. n. 89. t. 9. f. 3. Hoffm. germ. 1. t. 12.*

A. ſtriata. *Lamarck illuſtr. 1. p. 200.*

Triſetum ſtriatum. *Perſoon enchirid. 1. p. 97.*

Bromus triflorus. *Pollich pal. n. 119!*

In Iberiâ reperitur. ⊙

Pilorum candidorum breuiſſimorum faſciculus, ad denticulos racheos ſpiculae, flosculorum baſin cingit.

194****. AUENA *flauescens.*

A. paniculâ ramoſiſſimâ laxâ, calycibus ſubtriflоris inaequalibus, receptaculis piloſis, foliis planis ſubpubescentibus. *Smith brit. 1. p. 142. Schrad. germ. 1. p. 377. Schreb. gram. p. 72. t. 9. Curt. lond. Hoſt gram. auſtr. 3. t. 38. Leers herb. n. 93. t. 10. f. 5. Hall. hiſt. n. 1497. Gmel. ſib. 1. p. 129. n. 67. Scheuchz. agroſt. p. 223. t. 4. f. 18.*

A. paniculâ laxâ, calycibus triflоris breuibus, floſculis omnibus ariſtatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 449.*

Triſetum pratenſe. *Perſoon enchirid. 1. p. 97.*

Occurrit hinc inde in ſubalpinis circa acidulam Nartſana, in Iberiâ, et teſte *Steueno in mem. moſq. 3. p. 253* circa oppidum Kubam Caucaſi orientalis. ♃

In noſtrate *glumae* apicem verſus ſaepe ſpadiceae, adeoque *panicula* flauo argenteo ſpadiceoque varia.

195. 196. AUENA *rigida.*

Definiatur: A. paniculâ aequali, ſpiculis ſubbiflоris, floſculis dorſo ariſtatis calycem ſubaequantibus, receptaculis pilo-

fis, foliis diſtichis: vaginis ſubvillofis ore glabris, ligulâ exſertâ amplexicauli, radice repente.

Synonymon adde: Trifetum rigidum. *Roemer et Schultes Syſt. veg. 2. p. 662.*

β. elatior, longifolia, paniculâ ex argenteo viridique variâ.

A. ſesquitertia. *Flor. taur. cauc. n. 195.*

Trifetum rigidum *β.* elatius. *Roemer et Schultes Syſt. veg. 2. p. 663.*

Circa Derbentum et in rupibus circa Tiflin etiam reperitur ſecundum *Steuen mem. moſq. 3. p. 253.*

Vaginae praeſertim inferiores plerumque pube tenui molli veſtiuntur. *Panicula* oblonga ramoſa contracta. *Spiculae* A. flauescente nonnihil majores, viridi argenteo et fuſco varie. *Calycis gluma* altera major trinerua. *Floſculorum valuula exterior* neruo utrinque laterali obliterato apice ſubtiliſſime bicuſpidata; *interior* anguſtior et paullo brevior. *Receptaculum* valde piloſum: pilis floſculum ſubaequantibus.

Ab A. diſtichophyllâ *Willd. enum. hort. berol. p. 125,* cui proxima, *discrepat foliis* rigidioribus exquiſite acuminatis ſaepe conuolutis atque pungentibus, *vaginis* minus villoſis: *ligulâ* breuiore, *paniculâ* magis compoſitâ, *receptaculi* pilis longioribus. Ab A. argenteâ *Willd. enum. l. c.* (A. ſesquitertiâ *Willd. ſpec.* A diſtichophyllâ *Hoſtii et Schraderi*) *dignoſcitur habitu* firmiore, *foliis* latioribus breuioribusque: *vaginis* pubescentibus ore nudis, *ligulâ* exſertâ; *ſpiculis* nonnihil majoribus et *valuulis floſculorum* ſubaequalibus.

A. ſesquitertiam *Linn.* eſſe varietatem A. pubescentis teſtatur *Smith brit. 1. p. 140;* mihi autem veriſimile videtur, intellexiſſe *Linnaeum* vel A. diſtichophyllam, vel affinem aliquam, alias ab eo non enumeratam.

196*. AUENA *pubescens.*

A. paniculâ erectâ ſubſimplici, calycibus ſubtriflоris, receptaculis barbatis, foliis planis pubescentibus. *Smith brit.* 1. *p. 140. Schrad. germ. 1. p. 382. Hoſt gram. auſtr. 3. t. 50. Flor. dan. t. 1203. Leers herborn. n. 91. t. 9. f. 2. Beſſer galic. n. 137. Poll. pal. n. 126. Hall. hiſt. n. 1498. Gmel. ſib. 1. p. 129. n. 66. Scheuchz. agroſt. p. 226. t. 4. f. 20.*

A. ſubſpicata, calycibus ſubtriflоris baſi piloſis, foliis planis pubescentibus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 488.*

In dumetis et ad margines ſyluarum per Caucaſi ſeptentrionalis promontorium paſſim occurrit. ♃

Floſculorum valuula exterior apicem verſus late albomembranacea obtuſiuscula: denticulis apicis minutis 2-4 in hâc et in ſubſequente.

196**. AUENA *pratenſis.*

A. ſpicâ erectâ, calycibus ſubquinqueflоris, receptaculis piloſis, foliis inuolutis ſerrulatis nudis. *Smith brit. 1. p. 141. Engl. bot. 1204. Lamarck et Decand. flor. franc. n. 1555. Poll. pal. n. 125. Leers herborn. n. 92. t. 9. f 1. Hall. hiſt. n. 1499.*

Gramen auenaceum montanum ſpicâ ſimplici, ariſtis recuruis. *Ray ſynops. ed. 3. p. 252. t. 21. f. 1.*

In montoſis circa acidulam Nartſana reperitur. ♃

Statura A. pubescentis; ſed gracilior, anguſtifolia, glabriuscula: *paniculâ* anguſtiore, *ſpiculis* quoad formam ſimilibus, receptaculo autem pilis breuibus nec elongatis obſito. *Ligula* exſerta lanceolata.

Longe diuerſam pro A. pratenſi propoſuit et deſcripſit Gorterus *in flor. ingric. p. 15*, quam botanicis noſtratibus in loco natali inueſtigandam commendo.

197. AUENA *macra.*

Synonymon adde: Trifetum macrum. *Roemer et Schultes Syſt. veg. 2. p. 667.*

Corollae valuula exterior breuiſſime apice bicuspidata.

199. ARUNDO *Phragmites.*

Synonymon adde: *Hoſt gram. auſtr. 4. t. 39.*

Varietas humilior, magis glaucescens: *paniculâ* contractiore pallidiore in deferto Cumano in aquoſis ſubſalſis abundat.

200. ARUNDO *epigejos.*

A. paniculâ ſtrictâ conglomeratâ, calycibus attennato-acuminatis: ariſtâ dorſali rectâ corollam ſubaequante pilis breuiore, foliis ſublanceolatis. *Wahlenb. carp. n. 110. Schrad. germ. 1. p. 211. t. 4. f. 1. Smith brit. 1. p. 145. Hoſt gram. auſtr. 4. t. 42. (ſub Calamagroſti.) Marſch. caſp. app. p. 208.*

A. Calamagroſtis. *Flor. taur. cauc. n. 200. (excluſo ſynonymo Linnaei.)*

Panicula apud nos valde conglomerata, utplurimum pallide virens nec ſpadiceo-variegata.

201. ARUNDO *glauca.*

Calycis glumae exquiſite ſubulato-acuminatae manifeſte inaequales. *Pili* longitudine calycinae valuulae breuioris. *Corollae* valuula exterior apice in dentes duos acutos vix niſi ad lentem viſibiles fissa: *ariſtâ* ex fiſſurâ circiter pilorum longitudine; valuula interior minima obtuſa.

Duas hujus noto *varietates* inſignes: *alteram* latifoliam, paniculâ habitiore pallescente praeter maculam ſpadiceam ba-

ſeos ſpicularum; *alteram* anguſtifoliam: foliis utplurimum conuolutis, paniculâ ſpadiceo-purpureâ Illa in depreſſis ad fluuium Terek, haec (quae A. Calamagroſtis *Marſch. caſp. app. p. 208*) ad torrentes ſubalpinos Caucaſi orientalis occurrit, habitu A. litoreae (quam olim pro Synonymo poſui conf. *Flor. taur. cauc. 2. app. p. 457*), ſed diſtincta valvulis corollae magis inaequalibus: ariſtâ longiore. Comparanda cum A. (Calamagroſti) laxâ *Hoſtii*, ignoto mihi gramine.

204. LOLIUM *aruenſe.*

L. ſpicâ ſubmuticâ, ſpiculis calycem aequantibus, radice annuâ. *Schrad. germ. 1. p. 399. Smith brit. 1. p. 150. Engl. bot. 1125. Hoſt gram. auſtr. 3. t. 25. Wahlenb. carp. n. 116. Moris. hiſt. 3. ſect. 8. t. 2. f. 1.*

L. tenue. *Flor. taur. cauc. n. 204.* (*excluſo Synonymo Linnaei. ſecundum Smith loc. cit. ad varietatem L. perennis ſpectante.*)

205 LOLIUM *ſpecioſum.*

Synonymon adde: *Roemer et Schultes Syſt. veg. 2. p. 749.*

Deſcriptio: Radix annua, nec uti olim mihi viſum eſt, perennis, hinc major affinitas cum varietate muticâ L. temulenti; ſed tam ibericum, quam tauricum noſtrum conſtanter muticum aut ſubmuticum eſt. *Culmus* ſuperne quoque laeuis. *Folia* ſupra margineque ſcabriuscula, ſubtus laeuiſſima: vaginis ſtriatis laeuibus, ligulâ breui truncatâ fuscescente. *Rachis ſpicae* margine ſcabriuscula. *Calyx* ſtriatus laeuis. *Flosculi* ouati calycinâ glumâ quadruplo breuiores: *valvulâ exteriore* obtuſâ obſolete quinqueneruiâ, margine anguſto apiceque albomembranaceâ, *ariſtâ* infra apicem breuiſſimâ, quae interdum deficit; *valvulâ interiore* planâ membranaceâ longitudine exteriοris. *Semina* magna fuscescentia, vi narcoticâ apud incolas

famoſa, tataricâ voce Deli Bogdai hoc eſt Triticum inſanum appellata. Hujus ergo loci erit L. temulentum *Pallas ind. taur.* idemque ſecundum *Güldenſtaedt it. 1. p. 281, 294 et 424* per Iberiam, maxime per Imeretiae ſubalpina inter ſegetes copioſum panique inter farinam triticeam admiſtum comedentes inebrians.

Lolium *Dalechamp hiſt. 1. p. 348* noſtrum potius refert, quam vulgare L. temulentum.

207. ELYMUS *ſabuloſus.*

Synonyma adde: E. ſpicâ erectâ arctâ, ſpiculis 4-floris a medio ad baſin pubescentibus ternis quaternisque calyce glabro breuioribus, foliis inuolutis rigidis. *Willd. enum. hort. berol. p. 130. Roemer et Schultes Syſt. veg. 2. p. 774. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 4. Hoffm. hort. moſq. a. 1808. n. 1274. Beſſer catal. hort. cremenec. a. 1816. p. 53.*

209. ELYMUS *Caput Meduſae.*

E. ſpicâ erectâ, ſpiculis biflоris ariſtatis geminatis, calycibus ſetaceis baſi cartilagineo connexis patentiſſimis ariſtis rectis duplo breuioribus. *Willd. enum. hort. berol. p. 132. Schreb. gram. 2. p. 14. t. 24. f. 2. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 4.*

E. crinitus. *Flor. taur. cauc. n. 209. (excluſis ſynonymis praeter Pallaſii.)*

Graminis hordeacei ſpicâ ariſtis longiſſimis circumuallatâ varietas ſpicâ graciliore. *Buxb. cent. 1. p. 33.*

Comparatis ſpeciminibus tauricis adultioribus cognoui noſtrum non differre ab E. Capite Meduſae *in Florâ taur. cauc. 1. p. 82* commemorato.

210. ELYMUS *crinitus.*

E. ſpiculis uniflоris ſcabris, inuolucris erectis. *Schreb. gram. 2. p. 15. t. 24. f. 1. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 4. Beſſer cat. hort. crem. a. 1816. p. 53. Scheuchz. agroſt. p. 20. n. 1.*

E. *(intermedius)* ſpicâ erectâ, ſpiculis biflоris ariſtatis ſcabris geminatis, calycibus ſubulatis patentibus ariſtis multoties brevioribus, foliis complicatis glabris. *Hornem. hort. hafn a 1813. p. 954. Flor. taur. cauc. n. 210. Willd. enum. hort. berol ſuppl. p. 6. Beſſer cat. hort. cremenec a. 1811. ſuppl. 4. p. 9.*

Gramen hordeaceum ſpicâ ariſtis longiſſimis circumuallatâ. *Buxb. cent. 1 p. 33. t. 52. f. 1.*

In Tauriae meridionalis collibus lapidoſis inter Demirdschi et Kuru-Uſen hunc etiam legi.

Hordeum jubatum *Linnaei*, ſub quo *apud Linn. ed. Willd. 1. p. 476* E. crinitus *Schreberi* male tanquam Synonymon ponitur, eſt verum Hordeum, a noſto Elymo diuerſiſſimum.

211. HORDEUM *bulboſum.*

Synonyma adde: H bulboſum tauricum. *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 5. Beſſer cat. hort. cremenec. a. 1816. p. 70. Hoſt gram. auſtr. 4. t. 13.*

H. nodoſum. *Savi cent. plant. rar. etrusc. p. 37.*

Hujus ſpecimen circa Genuam lectum mihique a *Cl. Roemero* communicatum ad amuſſim cum noſtro convenit. H. bulboſum *Linn. amoen. 4. p. 304* quoad *Synonyma locumque natalem* noſtrum omnino eſt, non ita ſecundum *deſcriptionem*, floſculos laterales quoque longe ariſtatos requirentem, qui in noſtro mutici ſunt. (*conf. Roemer et Schultes Syſt. veg. 2. p. 792.*)

Perquam noſtro affine eſt, immo forſitan non vere diſtinctum H. ſtrictum *Desf. atl. 1. p. 113. t. 37.*

213. HORDEUM *nodoſum.*

Synonyma adde: H. *(pratenſe)* floſculis lateralibus masculis breuius ariſtatis, glumis calycinis omnibus ſetaceis. *Smith brit. 1. p. 156. Engl. bot. 409.*

Quum H. ſecalinum ſecundum *flor. franc. n. 1685* radicem habeat annuam, *Synonyma Lamarckii, Tournefortii atque Vaillantii* ſub noſtro adducta excludenda erunt. De hoc et ſequente conf. *Roemer et Schultes Syſt. veg. 2. p. 794.*

214. HORDEUM *geniculatum.*

Synonyma adde: H. *(Hyſtrix)* floſculis lateralibus maſculis breuius ariſtatis dorſo glabris, innolucris omnibus ſetaceis rigidis patentibus, ſpicâ ouatâ ſubcompreſſâ. *Roth nou. catal.*

Gramen ſecalinum paluſtre et maritimum. *Buxb. cent. 1. p. 32. t. 50. f. 2.*

Video et in meo innolucri floſculorum lateralium glumam interiorem latere floſculum fertilem reſpiciente aliquantulum latiorem eſſe quae tamen nota aegre in oculos incurrit. Si hoc voluerunt auctores, H. maritimo dictam glumam ſemilanceolatam immo ſemiouatam tribuentes, poterunt eorum Synonyma ad noſtrum etiam referri. Certior ad meum traho H. *(maritimum)* glumis calycinis intermediis lanceolatis lateralibus ſetaceis glabris, ariſtis ſcabris, ſpicâ ellipticâ. *Willd. enum. hort. berol. p. 1038.* Contra diuerſam atque perennem plantam pro H. maritimo recenſet *flor. franc. ſub. n. 1686.*

Crescit etiam in graminoſis ſubalpinis ditionis Kubenſis Caucaſi orientalis teſte *Steueno in mem. moſq. 3. p. 253.*

215. SECALE *fragile.*

S. glumarum ciliis ſcabris, calycibus ſubulatis ariſtatis floſculis praeter ariſtam longioribus, ſpicà naturâ articulatim dehiscente.

S. **cereale.** *Flor. taur. cauc. n. 215 (excluſo Synonymo). Pall. in nou. act. acad. ſcient. petrop. I. p. 120. Beſſer cat. hort. cremenec. a. 1811. ſuppl. I. p. 29. n. 4448 et cat. a. 1816. p. 126.*

S. **ſpontaneum.** *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 4.*

Nuper in Podoliâ quoque lectum *Cl. Beſſer* communicavit.

Radix fibroſa annua (aut biennis): fibris tenuibus numerosis albidis. *Culmi* nonnulli erecti circiter pedales teretes ſub ſpicâ villoſi, caeterum glabri: geniculis a baſi ſaepe tribus craſſiusculis purpuraſcentibus. *Folia* tribus unciis vix longiora, adſcendendo in culmo breuiora, lineas 2-3 lata, acuta; inferiora cum vaginis molliter villoſa, ſuperiora nudiuscula ſcabra. *Ligula* vix ulla, ſed ejus loco utrinque ad vaginae oras uncinulus minimus. *Spica* refert omnino S. cereale, niſi quod vulgo breuior ſit: *rachi* compreſſo-planâ latere utrinque villis mollibus candidis veſtitâ. *Calyx* inuolucriformis biglumis biflorus: *glumis* ſubulatis carinatis ſulco carinae parallelo utrinque exaratis, ita ut nerui tres contigui carinam viridem ſcabram conſtituere videantur, quae elongatur in *ariſtam* ſcabram baſi ſubciliatam, interdum bipollicalem, ſemper floſculis praeter ariſtam multo longiorem. *Floſculorum valuula exterior* coriacea conduplicata valde carinata, lateribus uninerviis, carinâ margineque exteriore apicem verſus ciliis albis etiam nudo oculo viſibilibus in ariſtam usque valde ſcabris: *ariſtà* longiſſimà praeprimis in ſpiculis ſuperioribus, ſcaberrimâ. *Floſculorum valuula interior* oblonga obtuſa ſcarioſa; plicâ dorſali nerui duobus viridibus ſcabris marginatâ. *Val-*

uulae duae *acceſſoriae* (nectaria) minutae membranaceae in fundo ſinguli floſculi. *Stamina* tria: *antheris* oblongis ſulphureis. *Germen* villoſum. *Styli* duo plumoſi albi. *Semina* exacte S. cerealis. *Setula* minima mutica receptaculo inſerta cujusuis ſpiculae floſculis interponitur. *Spica matura* per articulos tota diffilit et fragiliſſima eſt; quum, quod notiſſimum, ſpica S. cerealis feminibus etiam flagello excuſſis in paleâ integra perſiſtat.

In arenâ mobili paſſim occurrit pygmaeum vix dodrante majus, ſpicâ valde obeſâ aegre ex ſummi ſolii vaginâ emergente.

216. TRITICUM *villoſum*.

Synonymon adde: Secale (*villoſum*) ſpiculis ſubtrifloris, calycis coſtis fasciculato-ciliatis. *Willd. enum. hort. berol. p. 132. Lamarck et Decand. flor. franc. n. 1673.*

Excludendum eſt *Synonymon Buxbaumii* ſub hoc adductum, icon enim monſtrat calycinas glumas manifeſte ſubulatas.

217. TRITICUM *monococcon*.

Synonyma adde: Tr. ſpiculis bifloris ventricoſis imbricatis ariſtatis, floſculo altero ſterili breuiſſime ariſtato, valuulis calycinis tridentatis. *Willd. enum. hort. berol. p. 134. Hoſt gram. auſtr. 3. t. 32.*

Tr. pubescens. *Marſch. casp. p. 81.*

218. TRITICUM *orientale*.

Synonymon adde: Agropyrum orientale. *Roemer et Schultes Syſt. veg. 2. p. 757.*

Longe aliam plantam, fortaſſis Triticum monococcon, ſub Secali orientali intelligit *Güldenſt. itin. 1. p. 261 et 399*, quod

interdum in feptempedalem altitudinem excrescens, in Iberiae agris Tritico confitis frequens nasci, immo paſſim coli et panem praebere nigrum refert.

In Tauriâ meridionali nuper quoque lectum eſt.

219. TRITICUM *proſtratum.*

Synonymon adde: Secale reptans. *Pall. it. 1. p. 168.*

Agropyrum proſtratum. *Roemer et Schultes Syſt. veg. 2. p. 757.*

221. TRITICUM *pectinatum.*

Synonyma adde: Tr. ſpicâ ouatâ diſtichâ glabrâ, calycibus ſubſeptemneruiis ariſtatis ſuboctofloris, ſpiculis ſubulato-ariſtatis, culmis erectis glabris. *Willd. enum. hort. berol. p. 135. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 5. Beſſer cat. hort. cremenec. a. 1811. ſuppl. 2. p. 17.*

Agropyrum pectiniforme. *Roemer et Schultes Syſt. veg. 2. p. 758.*

Datur *varietas* ſpiculis minus multifloris, ſpicâ anguſtiore, tum culmo apice pubescente; quae quidem ad Tr. criſtatum ita accedit, ut utriusque ſpeciei discrimen ambiguum euadat. Hanc varietatem videtur exprimere Tr. pectinatum *Hornem. hort. hafn. a. 1813. p. 109.*

222. TRITICUM *imbricatum.*

Synonyma adde: *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 5. Beſſer Catal. hort. crem. a. 1816. p. 145.*

Agropyrum imbricatum. *Roemer et Schultes ſyſt. veg. 2. p. 757.*

Agropyron *(criſtatum)* ſpicâ compoſitâ, floſculis hirſutis. *Gaertner in nou. comment. petrop. 14. p. 540.* (*conjungit Bromum criſtatum Linnaei.*)

Bromus diſtichus. *Georgi flor. baical. in itin. I. p. 197.*

Modo idem ex Tauriâ meridionali quoque habeo; legi etiam in arenoſis ad Hypanin circa Nikolaef.

223. TRITICUM *junceum.*

Synonyma adde: *Lamarck et Decand. flor. franc. n. 1662. Wahlenb. carp. n. 121.*

Agropyrum rigidum. *Roemer et Schultes Syſt. veg. 2. p. 752.*

β euidentius repens, foliis latioribus, valde glaucescens.

Tr. (*intermedium*) glaucum, ſpicâ diſtichâ, ſpiculis multifloris, calycis valuulis corollaeque valuulâ exteriore obtuſis truncatisve, racheos angulis ſcaberrimis, radice repente. *Hoſt gram. auſtr. 2. t. 22. Beſſer flor. galic. n. 139.*

γ. macilentum, vix repens, culmis aggregatis ad radicem intra vaginarum marcidarum reliquias incraſſatis, foliis breuibus anguſtis conuolutis glabriusculis: culmeis patentibus.

Tr. nodoſum. *Steuen in litt.*

Nullos limites inter has *varietates* inuenio, quarum *α* et *γ* in campis collibusque apricis ſicciosibus nascentes denſiores *cespites* efficiunt et parum repunt, porro *foliis* peranguſtis inuolutis rigidioribusque gaudent, tum praeter *foliorum* paginam ſuperiorem glabrae eſſe ſolent; *β* ad viarum margines et alibi locis cespite minus denſo coopertis crescens euidenter repit, *foliis* latioribus non ſemper inuolutis inſtruitur hirſutieque *foliorum* et *ſpicularum* valde ludit, prioribus magis glaucescens; omnes vero numero *floſculorum* ſpiculas conſtituentium maxime variant.

Noſtrum gramen verum atque genuinum *Linnaei* Tr. junceum eſſe, monſtrant ejus definitio, Synonyma atque locus

natalis in *Linn. amoenit. 4. p. 266,* ubi primâ vice hocce gramen nomen triuiale obtinuit.

224. TRITICUM *repens.*

Synonyma adde: Tr. glumis calycinis ſubquinqueneruibus 4-8-floris floſculisque muticis ariſtatisue, radice repente. *Schrad. germ. 1. p. 88. Beſſer galic. n. 138. Hoſt gram. auſtr. 2. t. 21. Lamarck et Decand. flor. franc. n. 1661. Pollich pal. n. 133.*

Agropyrum repens. *Roemer et Schultes Syſt. veg. 2. p. 754.*

Dignoscitur a praecedente *colore* laetius viridi, *radice* ſemper valde repente, *foliis* minus rigidis aegre ſe conuoluentibus, *ſpicâ* confertiore ob ſpiculas praeſertim baſeos minus remotas, *ſpiculis* vulgo minoribus minusque multifloris, denique *glumis* acutis ſaepe ariſtatis. Caeterum et hoc hirſutie foliorum atque ſpicae, numero floſculorum in quâuis ſpiculâ et praeſertim glumarum acumine ſiue ariſtâ variat, ut limites inter tot varietates vix dentur. *Schreberus* tamen apud *Schweigger flor. erlangens. p. 143,* ſecundum numerum floſculorum et glumarum acuminis ariſtaeue rationem, compreheuſo Elymo canino *Linnaei,* quinque diſtinctas ſpecies conſtituere nuper conatus eſt; attamen ne hic quidem mihi ſufficit.

TRIANDRIA.

TRIGYNIA.

226. HOLOSTEUM *umbellatum.*

Apud nos ſemper pilis patulis breuibus glanduliferis magis minusue pubescit, etiam pedunculis et calycibus. (*conf. Schultes obſ. p. 16 et Treuiranus in repert. ſoc. nat. cur. berol. a. 1813. 2. p. 146.*)

TETRANDRIA.

MONOGYNIA.

230*. DIPSACUS *fylueſtris.*

Radix tennis apice in fibras aliquot diuiſa extus nigricans intus alba annua videtur, niſi furculus ſit lateralis ad vicinam roſulam excurrens. *Folia* in roſulam aggregata vix ungnicularia cuneiformia, apice crenis 5-7 magnis obtuſis inaequalibus: terminali majore, undique pubescentia margine ciliata: ciliis confertis minimis. *Scapi* aliquot, florentis vix digitales, teretes ſicut folia exili pube apicem verſus copioſiore veſtiti. *Capitulum* terminale ſubrotundum *florum* ſeſſilium 5-20, floribus A. villoſae vix minorum. *Inuolucrum* capituli ſubdecaphyllum adpreſſum villoſum: *foliolis* lanceolatis acutis calyces ſubaequantibus. *Calyx* campanulatus ſubpentagonus villoſus: tubo albido, dentibus viridibus hirſutioribus tubo breuioribus acutis. *Corolla* albida: tubo calycem aequante, limbo longitudine tubi: laciniis ouato-oblongis obtuſis.

345. PRIMULA *veris.*

Synonyma adde: Pr. foliis dentatis rugoſis medio contractis, ſcapo multifloro, corollae limbo coneauo. *Smith brit. 1. p. 223. Tdbern. Kraeuterb. p. 699.*

Pr. officinalis. *Scop. carn. ed. 2. n. 205. Lamarck et Decand. flor. franc. n. 2367.*

Pr. veris flauo flore elatior. *Clus. hiſt 1. p. 111.*

Calyx corollae tubum ſaltim aequans eodemque multo amplior ſubcampanulatus: ſegmentis lato-lanceolatis.

345*. PRIMULA *elatior*. *Flor. taur. cauc. 2. app. p. 458. n. 2003.*

Synonyma adde: Pr. foliis dentatis rugosis medio contractis, scapo multifloro, corollae limbo plano. *Smith brit. 1. p. 223. Lamarck et Decand. flor. franc. n. 2366. Gmel. sib. 4. p. 85. n. 32.*

Pr. pallido flore elatior. *Clus. hist. 1. p. 301.*

Pr. sylvestris tertia. *Tabern. Kraeuterb. p. 700.*

Calyx angustior et brevior quam in praecedente: segmentis lanceolato-subulatis.

346. PRIMULA *amoena*.

Synonymon adde: *Hoffm. hort. mosq. a. 1808. n. 2595.*

In Caucaso cisalpino, ad latera montis Beschtau nuper etiam lecta est

Corollae collum oblongum longitudine sui tubi, quod mihi olim hemisphaericum visum est; fortassis quia, affinium instar, ita varians deprehenditur. *Stylus* staminibus longior, limbi corollae basin attingens.

347. PRIMULA *acaulis*.

Synonyma adde: Pr. (*vulgaris*) foliis dentatis rugosis, scapis unifloris, corollae limbo plano. *Smith brit. 1. p. 222.*

Pr. grandiflora. *Lamarck et Decand. flor. franc. n. 2365.*

Pr. sylvestris. *Scop. carn. ed. 2. n. 204.*

Pr. veris pallido flore humilior. *Clus. hist. 1. p. 302.*

Pr. veris quarta, sylvestris secunda. *Tabern. Kraeuterb. p. 701.*

Varietas flore amoene purpureo aut carneo primo vere per Tauriam maxime meridionalem abundat; et fuspicor jam, ad hanc fpectare eam, quam pro amoenae varietate acauli olim propofui, pro Pr. acauli iberică rectius ergo recenfitam apud *Hoffm. hort. mosq. a. 1808. n. 2594.*

Hallerus de Primulis fuis helueticis *n. 610 et 611* (quae Pr. veris et elatior) observat: *ftamina* in florentibus ad apicem, poftea autem ad medium corollae pofita effe. Sic, ex mente *Halleri* variarent ambae, fecundum aetatem, tubi *corollae* collo breui et elongato; id enim conftans eft in omni Primulâ: quod *ftamina* ibi corollae adhaereant, ubi tubus incipit in collum ampliari. Equidem in variis, caeteroquin fimillimis ejusdemque aetatis Pr. veris et acaulis indiuiduis mox tubi *corollae* collum oblongum fubcylindricum, tumque *ftylum* ftamina fuperantem, mox tubi *corollae* collum breue hemifphaericum fimulque *ftylum* ftaminibus breuiorem animaduerto. Anne pofteriorem Pr. acaulis varietatem exprimit Pr. breuiftyla *Decand. flor. franc. 6. fuppl. p. 383?*

351. CYCLAMEN *europaeum.*

Synonymon adde: *Güldenft. it. 1. p. 190, 421.*

Corollae limbus tubo circiter duplo longior, faucem verfus maculis quinque magnis atropurpureis confluentibus, fingulis ad ipfum tubi introitum albo-biguttatis.

354. LYSIMACHIA *verticillata.*

Synonyma adde: L. foliis verticillatis oblongo-lanceolatis petiolatis, pedunculis axillaribus uni-triflorisque, petalis ouatis acutis glanduloso-ciliatis, caule pubescente. *Willd. enum. hort. berol. p. 195. Marfch. cent. plant. rar. roffic. 1. t. 32. Schultes obf. p. 35. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 18. Hoffm.*

hort. mosq. a. 1808. n. 1989. Besser catal. hort. cremenec. a. 1816. p. 83.

Stamina monadelpha in hac ut in vulgari.

361. AZALEA *pontica.*

Synonymon adde: *Güldenstaedt it. 1. p. 275, 281 et alibi.*

Constat quidem hanc reperiri in Poloniae maxime australis sylvis humidis (*conf. Schultes obs. p. 35. Besser catal. hort. crem. a. 1816. p. 21,*) eandem vero in campestria nostra meridionalia evagari et circa Otschakow magnâ copiâ crescere, id afferente *Hove in repertorio botanico anglico sub n. 433,* vix equidem crediderim; plura enim alia fabulose de hoc frutice *loc. cit.* habet dictus peregrinator: arborescere eum et ad viginti pedum altitudinem interdum extolli, mellis inebriantis insignem copiam colono cuidam Otschakoviensi quotannis praebuisse etc.

362. PLUMBAGO *lapathifolia.*

Synonyma adde: Pl. *(europaea)* foliis lanceolatis amplexicaulibus scabriusculis, caule dimaricato, bracteis lanceolatis subnudis, ramulis lacuibus. *Willd. enum. hort. berol. p. 198. Saui cen. plant. etrusc. p. 52.*

Suam Pl. lapathifoliam *Willdenovius loc. cit.* a nostrâ *distinguit ramulis pedunculisque* scabris, *bracteis* glandulis pedicellatis obtectis et *flore* minore albido nec violaceo.

363. CONUOLUULUS *aruensis.*

Definiatur: C. foliis sagittatis: auriculis lateraliter porrectis, sinu petiolari aperto, pedunculis subunifloris folio longioribus.

Hoic maxime affinis eſt C. (*ſagittaefolius*) foliis ſagittatis: auriculis retrorſum porrectis, ſinu petiolari ſemicirculari, pedunculis unifloris folium aequantibus. (*Fiſcher in catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 28.* Patria: Sibiria *Saleſow*, deſerta transwolgenſia *Tauſcher.*) *Dignoscitur* a C. aruenſi foliis anguſtioribus utrinque ab apice usque ad auricularum extremitates pene rectilineis: his ſcilicet perparum a lobo medio folii diuergentibus, ſed pari fere directione petiolum verſus porrectis, *pedunculis* paullo breuioribus et *floribus* nonnihil minoribus. Quoad reliqua cum aruenſi conuenit. Hunc fortaſſis indicat commemorata apud *Gmelinum ſib. 4. p. 95 ſub n. 52 C. aruenſis varietas foliis anguſtioribus et baſi magis haſtatis.*

365*. CONUOLUULUS *hirſutus. Flor. taur. cauc. 1. app. p. 422. n. 1021.*

Synonymon adde: *Marſch. cent. plant. rar. roſſic. 1. t. 6.*

368. CONUOLUULUS *holoſericeus.*

Synonyma adde: *Marſch. cent. plant. rar. roſſic. 1. t. 24. Beſſer catal. hort. crem. a. 1811. ſuppl. 3. p. 8.*

371. CONUOLUULUS *Soldanella.*

Planta ♃ nec ⊙.

372. POLEMONIUM *coeruleum.*

Synonyma adde: P. foliis pinnatis, calycibus piloſiuſculis, petalis ſubrotundo-ouatis obtuſis, antheris ellipticis. *Willd. enum. hort. berol. ſuppl. p. 10.*

P. foliis pinnatis: extimis confluentibus, ſtylo corollâ longiore (Vahl manuſcr.) *Hornem. hort. haſn. a. 1813. p. 196.*

Ab hoc diſtincta ſpecies eſt Roſſiae et praeſertim Sibiriae indigenum P. lanatum *Pall. it. 3. p. 33;* cujus *Synonyma* ſunt: P. hirſutius floribus majoribus *Linn. amoen 1. p. 164.* P. coeruleum *β.* calycibus lanatis. *Linn. hort. ups. p. 40.* P. coerulei varietas hirſuta *S. G. Gmel. it. 1. p. 13.* P. varietas caulibus calycibusqûe lanatis *Gmel. ſib. 4. p. 103. n. 69. var. I. t. 50.*

372*. CAMPANULA *Steueni.*

C. *(ſimplex)* foliis glabris crenatis: caulinis lanceolato-linearibus, radicalibus oualibus, caule adſcendente ſimpliciſſimo unifloro. *Steuen in mem. ſoc. nat. cur. moſq. 3. p. 255.*

C. orientalis monanthos Lychnidis folio. *Tourneſ. cor. p. 3?*

Habitat in Caucaſi orientalis ſubalpinis pago Chinalug vicinis, nec non in Iberiâ. Floret Junio. ♃

Planta circiter dodrantalis, varietatem puſillam atque ſubunifloram C. patulae plane referens. *Caulis* baſi leuiter pubescens. *Flos* utplurimum unicus terminalis erectus, neque tamen deſunt ſpecimina imprimis iberica biflora, immo triflora. *Calycis tubus* (germen intelligo) elongatus, ſcilicet duplo longior et proportione anguſtior quam in C. patula; *dentes* nullis denticulis inſtructi, qui vero nec in patulâ conſtanter adſunt. *Nomen triuiale* ab inuentore ſpeciei datum mutandum erat, ob aliam hujus nominis ſpeciem *Florae francicae.*

372**. CAMPANULA *Rapunculus.*

C. foliis undulatis hirtis: radicalibus lanceolato-oualibus, paniculâ anguſtatâ ſubracemoſâ, calycis laciniis ſubulatis infra medium remote dentatis.

C. foliis undulatis: radicalibus lanceolato-oualibus, paniculâ coarctatâ. *Linn. ed. Willd. 1. p. 896. Smith brit. 1. p. 236. Engl. bot. 283. Lamarck et Decand. flor. franc. n. 2837. Poll. pall. n. 208. Hall. hiſt. n. 699.*

In pratis ad radices montis Beſchtau occurrit. Floret aeſtate. ♂

Radix oblonga napiformis alba. *Caulis* ſimpliciſſimus ſtrictus ſesquipedalis angulatus, baſi villis reuerſis crebris hirtus, apicem verſus glabriusculus. *Folia* praeſertim inferiora undulata, ſicut caulis hirta; ſuperiora diminuta acuta obſcure crenulata glabriuscula ſtricta; floralia minima. *Panicula* oblonga ſubracemoſa: ramis inferioribus breuibus pauciflоris, *pedicellis* ſuperioribus alternis unifloris. Saepius rami multiflori baſeos paniculae deſunt: floribus in racemum ſimplicem terminalem digeſtis. *Bracteae* duae ſetaceae minutae ad pedicellos, praeter ſolium florale. *Flores* C. patulae floribus paullo minores anguſtioresque. *Calycis* dentes anguſtiſſimi patentes quandoque corollam aequantes immo ſuperantes carinati a baſi ad medium utrinque denticulis 4-6 remotis muniti. *Corolla* pallide coerulea fere ſemiquinquefida: laciniis triangularibus acutiusculis. *Squamae* baseos ſtaminum minutae. *Germen* pentagonum circa futura capſulae foramina tomentoſum, caeterum glabrum. Fuſius noſtratem deſcripſi, quum defectu ramorum longiorum baseos paniculae et inſigni calycinorum dentium longitudine et anguſtiâ a vulgari aliarum regionum aberrare videatur. Ea, quae ſecundum *Kluk apud Beſſer galic. 2. app. p. 343* in Poloniâ prouenit, quoad calycem omnino cum noſtrâ conuenire videtur.

372***. CAMPANULA *lilifolia.*

C. foliis ouatis lanceolatisque acutis groſſe acute ſerratis rigidis nudiusculis, floribus laxe paniculatis nutantibus, ſtylo longe exſerto.

C. foliis lanceolatis: caulinis acute ferratis, floribus paniculatis nutantibus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 899. Beſſer galic. n. 236. Schultes obs. p. 37. Wahlenb. carp. n. 201. Waldſt. et Kit. rar. hung. t. 247.*

C. foliis radicalibus ex cordato-ouatis, caulinis lanceolatis ſaepe ſerratis, floribus nutantibus. *Gmel. ſib. 3. p. 148. n. 18. t. 26.*

C. urticae foliis glabris, floribus minoribus pendulis. *Amm. ruth. n. 17.*

β. anguſtiſolia.

C. urticae anguſtioribus foliis glabris rigidisque. *Amm. ruth. n. 15.*

In Tauriae meridionalis montibus altioribus nuper eſt obſeruata. ♃

Foliorum latitudine et *paniculae* ambitu perquam variat; ſed taurica noſtra ad latiſoliam *varietatem* amplâ laxâque paniculâ pertinet.

372****. CAMPANULA *latiſolia.*

C. caule ſimpliciſſimo foliisque ouato-lanceolatis acutis inaequaliter obtuſe biſeriatis ſubpubescentibus, pedunculis axillaribus uniſloris calyce glabro breuioribus.

C. caule tereti ſtriato glabro, foliis ouato-lanceolatis duplicato-ſerratis, pedunculis axillaribus uniſloris erectis, calycibus glabris. *Schmidt boem. n. 172. Linn. ed. Willd. 1. p. 900. Smith brit. 1. p. 237. Engl. bot. 302. Flor. dan. t. 782. Lamarck et Decand. flor. franc. n. 2841. Steuen in mem. ſoc. nat. cur. moſq. 2. p. 255. Hall. hiſt. n. 691.*

Trachelium majus Belgarum. *Clus. hiſt. 2. p. 172.*

In ſyluis caeduis ad montem Beſchtau haud infrequens, porro circa acidulam Nartſana, in ſubalpinis ditionis Cubenſis Caucaſi orientalis et in Iberiâ. Floret aeſtate. ♃

Caulis leuiter fulcato-angulatus, praefertim bafin verfus pubescens. *Folia* tenui pube praefertim fubtus ad neruos veftita, margine imprimis baseos fubciliata, tamen primo intuitu nuda apparent. *Calyx* glaber: fegmentis fubtiliffime ferrulatofcabris, patentibus, neque vero reflexis. *Coroliae* fpecioſae limbus tubo triplo quadruploue breuior: laciniis acutis margine elongato-pilofis. *Pedunculi* floris erecti, fructus reflexi.

374. CAMPANULA *urticifolia.*

Eſt *varietas* C. Trachelii, monente *Schradero* aliisque; eam tamen, quae ramulis axillaribus multifloris gaudet, per Germaniam vulgarem, apud nos nunquam vidi.

Diagnoſis fpeciei ex *foliis* praeter floralia late cordatis longiuscule petiolatis, *calycibus* reflexis fegmentorum margine atque carinâ una cum *germine* pilis paleaceis albis hispidis. Pro varietate C. latifoliae minus recte propoſitur apud *Wahlenb. carp. ſub n. 204;* ſed ipſa haec latifolia Carpatorum, ſecundum *Wahlenbergium* foliis ſtrigoſis praedita, mihi dubia eſt.

Alia ſane eſt C. urticifolia *flor. franc. n. 2842,* foliis nunquam cordatis a Trachelio *n. 2844* discrepans.

375. CAMPANULA *rapunculoides.*

Synonyma adde: *Flor. dan. t. 1327. Lam. et Decand. flor. franc. n. 2843. Beſſer galic. n. 237. Hornem. hort. hafn. a. 1813. p. 198. Wahlenb. carp. n. 203.*

Trachelii genus mollioribus foliis oblongis, minorum florum in anteriorem partem ſpectantium ſpicâ, radice repente. *Clus. hiſt. 2. p. 170.*

Panicula ſaepius longe racemoſa ſecunda. *Corolla* ſemiquinquefida.

376. CAMPANULA *trachelioides.*

Synonyma adde: *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 31. Beſſer catal. hort. cremenec. a. 1816. p. 29.*

Circa caſtellum Wladikawkas eandem obſeruauit *Steuen ſecundum mem. ſoc. nat. cur. moſq. 3. p. 255,* qui collectis feminibus eam in hortos introduxit.

377. CAMPANULA *bononienſis.*

Synonyma adde: *Beſſer galic. n. 238. Wallroth flor. halens. ſuppl. 3. p. 33. Hornem. hort. hafn. a. 1813. p. 199. Wahlenb. carp. n. 202.*

Calyx ſcaber, ſubincanus. *Corolla* circiter ad unam tertiam inciſa. *Capſula* nitida.

378. CAMPANULA *ruthenica.*

Synonyma adde: *Willd. enum. hort. berol. p. 211. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 31. Hoffm. hort. moſq. a. 1808. n. 649. Beſſer cat. hort. cremenec. a. 1816. p. 29.*

Merito de hujus a C. bononienſi diuerſitate dubium mouit *Wallroth flor. hal. ſuppl. 3. p. 33,* poſſet enim utique *varietas* eſſe prioris ſimplex, valde tomentoſa, ſpicâ compactâ, floribus minoribus, forte ex loco natali arido. Facile culturâ dubium hoc ſoluetnr, quum tam C. bononienſis, quam ruthenica in hortis botanicis plerisque jam proſtent.

379. CAMPANULA *glomerata.*

Synonyma adde: *Flor. dan. t. 1328. Beſſer galic. n. 240. Krocker ſiles. p. 323. n. 317. Perſoon enchirid. 1. p. 190. Lamarck et Decand. flor. franc. n. 2845. Wahlenb. carp. n. 206.*

Septentrionalis C. glomerata, nuper a me Petropoli obſeruata elatior eſt magisque quam taurico-caucaſica longifolia, caeteroquin ſpecie non diuerſa. Altera vero nascitur per Ucraniam et in Poloniâ auſtraliori ſtaturâ taurico-caucaſicae, magis vero canescens et foliis ſubtus ut in C. bononienſi tomentoſis, quae etiam, praeter capitulum terminale, florum lateralium glomeribus pluribus inſtructa eſſe ſolet. Ad hanc refero C glomeratam *Pollich. pal. n. 112, Wallroth flor. halens. ſuppl. 3. p. 34,* C. glomeratae affinem *Beſſer catal. hort. crem. a. 1811. ſuppl. 3. p. 6,* C. farinoſam Rochel. *Beſſer cat. a. 1816. p. 27.* (*ex autopſiâ ſpeciminum Beſſerianorum.*) Per hanc varietatem peruenimus tandem ad C. petraeam *Linn.* humiliorem et maxime villoſam ex loco natali alpino; ita quidem, ut alteram alterius varietatem eſſe, praeeuntibus *Perſoonio loc. cit. et auctoribus flor. franc. 3. app. n. 2845,* facile crediderim. Conferatur quoque huc *Schultes obs. p. 38.*

380. CAMPANULA *collina.*

Synonyma adde: *Marſch. cent. plant. rar. roſſic. 1. t. 42. Bot. magaz. 927. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 31.*

Inter *calycis* ſegmenta plicae deorſum quandoque ita elongantur, ut haec ſpecies inter Campanulas calyce 5-fido et 10-fido inſtructas ambiget.

381. CAMPANULA *lactiflora.*

Synonyma adde: *Marſch. cent. plant. rar. roſſic. 1. t. 10. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 31. Beſſer catal. hort. cremenec. a. 1816. p. 27. Hornem. hort. hafn. a. 1813. p. 200.*

Poſtquam hanc ſpeciem in Caucaſi alpibus detexeram, ſemina ejus amicis primum communicaui ſub nomine *C. hispi-*

dae; unde fine dubio orta eſt ejusdem nominis ſpecies, pro ſibiricâ venditata, apud *Hornem. loc. cit. p. 199.*

382. CAMPANULA *betonicaefolia.*

Synonyma adde: C. incano-hiſpida, foliis tomentoſis: radicalibus deltoideo-cordatis baſi cuneatis petiolatis: petiolis ſubdentatis, ſuperioribus oblongo-cordatis ſeſſilibus, racemis ſecundis, floribus cernuis, germinibus tomentoſis. *Hornem. hort. hafn. a. 1813. p. 201. Catal. hort. gorenk. a. 1812 p. 31. Hoffm. hort. mosq. a. 1808. n. 627. Beſſer cat. hort. crem. a. 1811. ſuppl. 1. p. 9.*

383. CAMPANULA *lamiifolia.*

Synonyma adde: *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 31. Hoffm. hort. moſq. a. 1808. n. 626. Beſſer cat. hort. crem. a. 1816. p. 27.*

C. (*macrophylla*) capſulis obtectis trilocularibus, foliis cordatis crenatis ſubtus tomentoſis, floribus in racemo compoſito nutantibus ſecundis. *Botan. magaz. 912. Aiton kew. ed. 2. P. 1. p. 351. Hooker paradis. londin. t. 127.*

Alia videtur eſſe. nec inter meas caucaſicas obuia „C. (*laמmiifolia*) foliis ouato-cordatis crenatis acuminatis petiolatis „ſcabris, caule ſimplici racemoſo, pedunculis ſimplicibus ſe„cundis reflexis, calycis ſinubus ſubreflexis ciliatis *Hornem. „hort. hafn. a. 1813. p. 202*", cui tamen locus natalis adſcribitur Caucaſus et ſynonymon noſtrum adducitur.

384. CAMPANULA *pendula.*

Synonyma adde: *Catal. hort. gorenk a. 1812. p. 31. Beſſer cat. hort. cremen. a. 1811. ſuppl 4. p. 6 et cat. a. 1816. p. 27. (ubi conjungitur cum C. alliariaefolia Willd.)*

384*. CAMPANULA *offetica.*

C. capſulis obtectis, foliis cordatis duplicato-ſerratis petiolatis glabris, caule ſimplici racemoſo, calycibus glabris: laciniis denticulatis.

Habitat in Offetiae ibericae monte Kaiſchaur. ♃

Habitus C. pendulae puſillae ramisque deſtitutae, tota glabra. *Caulis* vix palmaris ſimplex totus foliofus. *Folia* C. pendulae. *Flores* axillares ſolitarii erecti a medio caule ad apicem in racemum ſimplicem confertum digeſti, magnitudine et formâ florum C. pendulae. *Pedunculi* flore breuiores. *Calyx* magnus coroliae tubum aequans glabetrimus: *ſegmentis erectis* magnis exquiſite acuminatis, denticulis marginalibus minutiſſimis acutis raris; *reflexis* multoties minoribus. *Corolla* coerulea, paullo minus quam ad dimidium fiſſa: laciniis intus piloſis. Ex paucis ſpeciminibus deſcripſi *plantam* ſuae omnino ſpeciei, et videtur quidem, ſecundum *radicis* rudimentum, ſicut praecedens, ſaxis innasci, locis igitur minus aridis ſi naſcatur ſit fortaſſis ramoſa; nam et in meis imi pedunculi ſecundi floris rudimentum monſtrant.

384**. CAMPANULA *armena.*

C. capſulis obtectis, foliis petiolatis cordatis acuminatis inciſo-ſerratis pubeſcentibus ſubtus tomentoſis, caulibus virgatis, ramulis axillaribus paucifloris. *Steuen in mem ſoc. nat. cur. mosq. 3. p. 256.*

Habitat in fiſſuris rupium circa Gandscham. Floret Augusto. ♃

Radix oblonga ſaxis infixa. *Caulis* firmus tamen gracilis, ſesquipedalis obtusangulus purpurascens villis parcis hirtus, valde ramoſus. *Rami* axillares graciles patentes subſimplices.

Folia ſupra incumbenti-piloſa viridia, ſubtus ſubtomentoſa pallidiora, petiolata; inferiora late-cordata acuminata inaequaliter profunde groſſe ſerrata, ſimilia foliis Eryſimi Alliariae; adſcendendo minora breuiusque petiolata; ramea minuta baſi ouata ſubſeſſilia. *Flores* in ramis utplurimum terminales ſolitarii nutantes, magnitudine florum C. Rapunculi. *Calyx* cum *germine* villoſus ſubtomentoſus corollâ triplo breuior: ſegmentis 5 erectis latis acuminatis, 5 reflexis minutis subulatis *Corolla* coerulea extus pubeſcens, parum ampliata, ad unam tertiam partita. *Filamenta* baſin verſus valde membranaceo-dilatata. *Stylus* corollam subaequans: *ſtigmate* trilobo: lobis reflexis.

C. alliariaefolia ex herbario *Willdenouii* ulterius confirmanda eſt, anne ſub aliquâ ex mox recenſitis affinibus lateat; ex breui enim deſcriptione, quam *Spec. plant. 1. p. 910* suppeditant, nil certi concludi potest.

385. CAMPANULA *rupeſtris.*

In alpibus circa pagum Caucaſi orientalis Chinalug teſte *Steueno in mem. mosq. 3. p. 256* etiam reperitur.

Folia ſaepe apice dentibus tantum tribus conniuentibus inſtructa, quare videtur eſſe *varietas* C. tridentatae *Schreb.* sub quâ recenſetur apud *Hoffm. cat. hort. mosq. a. 1808. n. 656.* *Synonymon Tournefortii* hic excludendum et ad mox recenſendam C. ciliatam referendum puto; inuenio enim in aduerſariis meis, plantam *herbarii Tournefortiani* habere *folia* ciliis marginalibus inſtructa.

386. CAMPANULA *Saxifraga.*

Synonyma adde: *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 31. Hoffm. hort. mosq. a. 1808. n. 651.*

Poſſet eſſe *varietas* magis vegeta praecedentis, nam margo *foliorum* et *calyx* pube molli haud penitus carent. Quando, ſicut haec, praecedens quoque in hortos introducta erit, cultura dubium ſolvet.

386*. CAMPANULA *ciliata.*

C. capſulis obtectis, foliis oblongis baſi latioribus crenatis ciliatis, calyce hiſpido. *Steven in mem. ſoc. nat. cur. mosq. 3. p. 256.*

C orientalis pumila repens, flore minore. *Herbar. Tournefort.*

Habitat in alpibus Caucaſicis. ♃

Facies duarum praecedentium. *Differt foliis* acutioribus baſi vix attenuatis: crenis pluribus et enidentioribns, interdum potius inaequaliter ferrulatis; lucide viridibus valde venoſis, margine ciliatis nec lanuginoſis; *calycibus* longioribus anguſtioribusque, pilis rigidis nec pube molli inſtructis.

Proxime dictis perquam affinibus ſpeciebus quarta nec'itur, nondum in Systema introducta, Sibiriae maxime orientalis et vicini Archipelagi incola:

* CAMPANULA *dasyantha.*

C. capſulis obtectis, foliis pubeſcentibus crenatis: primigenis ſpathulatis, caeteris lineari-lanceolatis acutis, calyce hirſuto, corollae limbo margine piloſiſſimo.

Hujus dubia *ſynonyma* sunt: C. caule unifloro, foliis ouatis dentatis, calyce hirſuto. *Gmel. ſib. 3. p. 160. n. 28.* C. humilis bellidis folio, flore majore coeruleo. *Steller plant. ins. Beringii manuſcr. n. 38.* Si *Stellerum* calycis lacinulas paruas reflexas praeteruidiſſe aut non commemoraſſe ſtatuere licet, planta ejus utique haberi poteſt pro noſtrâ, ex itinere *Billingſiano* quondam relatâ, quae etiam inter plantas ſiccas Redowſkianas, in Sibiriâ maxime orientali lectas proſtat.

387. CAMPANULA *Adami.*

Synonyma adde: *Marſch. cent. plant. rar. roſſic. 1. t. 16. Hoffm. hort. mosq. a. 1808. n. 628.*

In alpibus Caucaſi orientalis eandem legit *Steuen ſecundum mem. ſoc. nat. cur. mosq. 3. p. 256.*

388. CAMPANULA *ſibirica.*

Calycis ſegmenta reflexa in hac et in ſubſequente longitudine variant, interdum et in ſibiricâ erectis multo breuiora; fallit igitur *diagnoſis* utriusque, quam a calycis conformatione deſumſi.

389. CAMPANULA *caucaſica.*

Synonyma adde: *Steuen in mem. ſoc. nat. cur. mosq. 3. p. 256. Hoffm. hort. moſq. a. 1808. n. 631.*

391. PHYTEUMA *campanuloides.*

Synonyma adde: *Botan. magaz. 1015. Aiton kew. ed. 2. P. 1. p. 355. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 32. Hoffm. hort. moſq. a. 1808. n. 2466. (excluſo ſynonymo Waldſt. et Kit.)*

391*. PHYTEUMA *canescens.*

Ph. foliis subcanescentibus margine scaberrimis: inferioribus ouatis crenato-serratis basi attenuatis, superioribus lanceolatis subintegerrimis sessilibus, floribus axillaribus sessilibus. *Besser flor. galic. 1. p. 167. n. 246 et p. 368.*

Ph. foliis sessilibus: inferioribus obouatis serratis, superioribus lanceolatis integerrimis, floribus racemosis. *Waldst. et Kit. rar. hung. 1. t. 14. Willd. enum. hort. berol. p. 215. Schultes obs. p. 40.*

Rapunculus orientalis angustifolius multicaulis totus floridus. *Tournef. cor. p. 4?*

Frequens in campis herbidis Bessarabiae, ad Tanain inferiorem, in pratis syluosis Ucraniae circa Charkow. In Tauriâ lectum vidi inter plantas siccas *amiciss. Boeberi*, quod ex Iberiâ etiam habeo. Seriore aestate floret. ♃

Conuenit cum Ph. campanuloide *inflorescentiâ* et *floribus*, sed *differt* ramositate atque gracilitate, *pube* asperiore quâ leuiter canescit, et *foliis* minoribus: superioribus angustis acutissimis saepe integerrimis.

392. SAMOLUS *Valerandi.*

In Tauriae meridionalis montibus, valli Jaltensi imminentibus, ad scaturigines nuper legi.

393. LONICERA *Caprifolium.*

In virgultis per Caucasi promontorium septentrionale circa Stauropolin et alibi reperitur.

395. LONICERA *iberica.*

Synonyma adde: *Marsch. cent. plant. rar. rossic. 1. t. 13. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 44. (sub Xylosteo).*

Circa Derbentum frequens eſt teſte *Steuen in mem. ſoc. nat. cur. mosq. 3. p. 257.*

396. LONICERA *orientalis*.

Synonymon adde: L. coerulea. *Gildenst. it. 1. p. 423.* (*conf. Pall. ross. 1. p. 57.*)

In ſyluis ad montem Beschtau etiam reperitur.

Folia florentis tenera, poſtea majora firma atque laurina euadunt.

Hic annotaſſe proficiet, sub L. pyrenaicâ *Linn. ed Wilid. 1. p. 987* Pallasii synonymon et locum natalem Sibiriam expungenda eſſe; monet enim *Pallas ross. 1. p. 58*, se L. coeruleam intellexiſſe.

397. VERBASCUM *Thapſus*.

Synonyma adde: V. foliis decurrentibus crenulatis tomentoſis: ſuperioribus acutis, racemo ſpicato denſo, coroliae ſubrotatae laciniis oblongis obtuſis, antheris ſubaequalibus. *Schrader monogr. 1. p. 17. n. 1. Beſſer galic. n 264.*

Corollae ſubinfundibuliformis limbus erecto-patulus longitudine tubi craſſi limbum versus dilatati. *Staminum* majorum antherae ouali-reniformes, reliquis paullo majores. *Schrader loc. cit.*

397*. VERBASCUM *uſpidatum*.

V. foliis decurrentibus crenulatis tomentoſis: ſuperioribus cuspidatis, racemi fasciculis remotiusculis, antheris duabus oblongis. *Schrader monogr. 1. p. 23. n. 4. t. 1. f. 1. Beſſer cat. hort. cremenec. a. 1816. p. 148.*

V. Thapſi varietas ramoſa grandiflora. *Beſſer galic. 1. p. 178. (hujus loci esse testatur auctor in litteris.)*

In Tauriâ V. Thapso magis commune est, per Ucraniam vulgatum, ubi praecedens non vidi; habeo etiam ſpecimen ſiccum olim Stuttgardiae pro Thapso lectum.

Diagnoſis a V. Thapſo potiſſima ex *foliis ſuperioribus bracteiſque* longe acuminatis, *caule* ſaepius polyſtachyo, *ſpicis* baſi praeſertim interruptis, *floribus* majoribus minus tubulosis et *pedicellis fructus* tantillum longioribus.

Videtur esse V. Thapſus multorum, ſicut *Pollichii*, qui flores ſesquiuncialis diametri caulemque ramosum praedicat. Quid de V. Thapso *flor. brit.* ſtatuam, nescio; quum id in iconibus ſtirpium anglicarum (*Engl. bot. 549*) ſtamina omnia aequalia aurantio-piloſula monſtret.

398. VERBASCUM *phlomoides*.

Synonyma adde: V. foliis crenatis tomentoſis: radicalibus ellipticis ſeu ouato-ellipticis petiolatis, caulinis oblongis acutis, ſuperioribus lato-ouatis cuspidatis leuiter decurrentibus; racemi faſciculis remotiuſculis, antheris duabus oblongis. *Schrader monogr. 1. p. 29. n. 10. Lamarck et Decand. flor. franc. n. 2671. Kniph. ectyp.*

Inter ſpecies foliis decurrentibus praeditas a *Schradero* ponitur, ſed apud nos *folia* vix decurrunt, quamuis inſertio coſtae dorſalis paullo altior baſi fit; potius adnato-ſeſſilia nuncupanda ſunt, tanto quidem magis, quod *caulis* a folio ad folium perfecte teres appareat.

399. VERBASCUM *compactum*.

Synonyma adde: *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 25. Hoffm. hort. mosq. a. 1808. n. 3438.*

V. (*oualifolium*) caule erecto ſimplici, foliis ouatis ſeſſilibus dentato-crenatis ſuperne glabriuſculis, floribus ſpicatis. *Bot. magaz. t. 1037. Ait. kew. ed. 2. P. 1. p. 383.*

Ad Tanain inferiorem, circa Cofaccorum caput Tfcherkask legit *D. Henning.*

Floribus baseos spicae remotis variat. *Filamenta* crocea: lanâ pallo dilutiore fauranliâ.

Ab hoc vix specie differt V. formosum. *Catal. hort. gorenk. a. 1812 p. 25. Besser cat. hort. cremenec. a 1816. p. 148.*

399*. VERBASCUM *gossypinum.*

V. foliis decurrentibus crenulatis supra viridibus subtus lanatis, subtus lanâ floccosâ niveis; racemis simplicibus caudatis, pedicellis fasciculatis calyce subbreuioribus.

Habitat in Iberiâ:

Possideo tantum superiorem caulis partem cum racemo *speciei* caeterum distinctissimae. *Discrepat* a subsequente, cui quoad habitum, pubem, inflorescentiam, flores et capsulas simile est: *foliis* decurrentibus basi inaequalibus angustioribus: crenis minutioribus minusque conspicuis; *filamentis* croceis, duobus supra medium albo-lanatis, tribus longioribus nudiusculis; nec omnibus aequaliter lanâ albidâ copiosâ vestitis. *Reliqua* ut in sequente.

399**. VERBASCUM *gnaphalodes.*

V. foliis oblongis acutis crenatis supra viridibus subtus lanatis subtus lanâ floccosâ niveis: superioribus sessilibus; racemis simplicibus caudatis, pedicellis fasciculatis calyce subbreuioribus.

Habitat in Tauriâ maxime meridionali, circa pagum Jaltam lectum.

Statura V. phlomoidis. *Caulis* simplex teres lanâ niveâ floccosâ junior totus indutus, quâ aetate vel casu detritâ pur-

pnrascit striasque monstrat subtil-ſimas; terminatus *racemo* longo crassusculo basi in errupto apicem versus denso, cui interdum laterales unus alterne subjicitur. *Folia* oblonga acuta evidenter crenata: crenis tamen minime profundis, supra atro viridia, juniora lanâ, vagâ praesertim ad nervum medium baseos haud penitus defruta, quae tamen cito evanescit; subtus lanâ copiosâ floccosâ tota niuea, quâ din perſistente utraque foliorum pagina valde discolor apparet; si vero abstergitur, inferior quoque pagina atroviridis extat, nervo dorsali baseos elegantet purpurascente. *Folia inferiora* basi attenuata, *superiora* ſeſſilia, *summa* breviora latioraque: acumine longiori. *Racemi* ſimplices crassusculi valde floccoſo lanati, quae attamen lana in bractearum calycinorumque ſegmentorum ſuperiore paginâ vel parca eſt et cito evanida, vel penitus deficieratur, quare racemus niveo viridique variegatus apparet. *Florum* fasciculi multiflori conferti, inferiores remoti *bracteis* foliiformibus ſuffulti, quae adſcendendo maxime diminutae, in ſuperiore compactâque racemi parte lanceolato-ſubulatae parum eminent. *Pedicelli* breues inaequales ad ſummum longitudine calycis. *Flos* paullo minor flore V. puluerulenti. *Calycis* segmenta anguſte lanceolata acutiuscula: baſi exteriori demum denudatâ purpurascente. *Corolla* lutea formâ V. puluerulenti: maculis purpureis obſoletis ad faucem. *Stamina* ſubaequalia aurantia: omnia lanâ albicante copioſâ veſtita. *Germen* lanatum. *Stylus* purpurascens: *ſtigmate* craſſiore ſimplici. *Capſula* ſphaeroidea, calyce paullo longior, actate calua nitida.

Differt a „V. (*floccoſo*) foliis ouatis acutis ſubintegerrimis utrinque lanâ floccoſâ candicantibus, racemo lanuginoso laxo baſi ſubramoso, pedicellis fasciculatis calyce breuioribus“ *habitu* firmiore, *foliis* anguſtioribus discoloribus evidenter crenatis. *racemo* caudato ſimplici, *floribus* majoribus et *capſulâ* magis oblongâ.

400. VERBASCUM *puluerulentum.*

Synonyma adde: *Schultes obs. p. 41*

V. (*Lychnitis*) foliis ouato-oblongis dentato-crenatis subtus incano-tomentofis, radicalibus petiolatis, caule fubangulato paniculato. *Beffer galic. n. 266. Kniph. ectyp.*

Per omnem Roffiam mediam atque auftralem, praefertim vero in Ucraniâ frequens eft, ubi V. album *Moenchii* nusquam, nec alibi, quod ego fciam, in Ruffiâ occurrit.

Apud nos vulgo paruiflorum eft: *floribus* vix V. nigro majoribus; *varietatem* vero flore dimidio majore ex regionibus tanaicenfibus habeo. Sic et affinia V. nigrum, orientale etc. florum magnitudine perquam variant.

401. VERBASCUM *orientale.*

Definiatur: V. foliis villofis fubtus fubtomentofis: inferioribus ouato-oblongis crenatis bafi fubincifis, fuperioribus fubcordatis acutis; racemis virgatis laxis, floribus fasciculatis, fegmentis calycinis lanceolato-fubulatis.

Synonyma adde: *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 25. Beffer catal. hort. eremenec. a. 1816. p. 148.*

V. auftriacum *Schraderi.*

V. mixtum. *Lamarck et Decand. flor. franc. n. 2674?*

Per Roffiam mediam, in Ucraniam usque cum V. nigro frequens eft.

Foliis inferioribus bafi fubcordatis, *tomento* praefertim paginae inferioris foliorum mox copiofo mox praeter neruos pene deficiente, *florum* fasciculis magis minusue diffitis et *corollarum* magnitudine valde variat. Et videor mihi *varietatem* paruifloram et multifloram non vidisse in auftralibus, ubi V. nigrum exulat, fed potiffimum in Ucraniâ ubi hoc

promiscue cum orientali noſtro crescit; ita quidem, ut aliquid adulterini atque ſpurii intercedere facile crediderim. Talia enim connubia variarum Verbasci ſpecierum proles hybridas facile producere ex experimentis *Koelreuterianis in ſcriptis Academiae ſcientiarum petropolitanae* confignatis ſatis ſuperque patet.

V. auſtriacum *Schraderi* pro *ſynonymo* noſtri pono, ſpeciminibus *Schottianis*, quae in herbario *amiciſſ. Steueni* vidi, fretus Pertinent autem haec ad varietatem minus tomentosam.

Praeter notas olim indicatas *V. orientale* a *nigro differt caule* imprimis ſuperne minus acutangulo, cujus anguli in nigro ob petiolos euidentius decurrentes argutiſſimi ſunt; *foliorum* crenis groſſioribus, *floribus* in uniuersum majoribus. Habitus vero *paniculae*, in V. orientali virgatus et laxus, in V. nigro racemoſus atque confertus pro *diagnoſi* potiſſimum in oculos incurrit; etenim *V. nigri inflorescentia* ſaepe racemo unico longiſſimo caudato abſoluitur, laterales vero, ſi qui proſtant, semper terminali multo breuiores ſunt.

402. VERBASCUM *pyramidatum*

Definiatur: V. foliis villoſis ſubtus ſubtomentoſis: inferioribus oblongis duplicato-crenatis, ſuperioribus lato-cordatis acuminatis ſeſſilibus, racemis paniculatis, floribus ſparſis ſubſolitariis, ſegmentis calycinis ouatis obtuſiusculis.

Synonyma adde: V. caule angulato alato, foliis radicalibus oblongo-lanceolatis ſubſinuatis duplicato-crenatis petiolatis, caulinis lato-cordatis ſeſſilibus, omnibus pubescentibus, paniculâ ramosâ coarctatâ. *Schultes obs. p. 41. Willd. enum. hort. berol. p. 224. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 25. Beſſer cat. hort. cremenec. a. 1816. p. 148.*

Occurrit quoque in Tauriâ meridionali et in Iberiâ.

Folia pube et colore praecedenti fimilia variant pariter tomento paginae inferioris. *Diagnofis* ab affinibus optima ex amplitudine *paniculae*, fitu *florum* et *calycis* formâ.

403. VERBASCUM *finuatum.*

V. foliis radicalibus pinnatifido-repandis tomentofis, caulinis amplexicaulibus nudiusculis, rameis primis oppofitis. *Miller dict. n. 7. Linn. ed. Willd. 1. p. 1006. Marfch. cent. plant. rar. roffic. 2. t. 72. Lamarck et Decand. flor. franc. n. 2681.*

V. undulatum. *Flor. taur. cauc. n. 403.* (*excluſo forte synonymo Lamarckii.*)

V. intubaceum quintum. *Tabern. Kraeuterb. p. 956.*

Folia basi adnata, ſi mauis, utrinque leuiter decurrentia: ramea cordata, infimo pari opposito.

V. graecum fruticofum folio finuato candidiffimo *Tournef. itin. edit. origin. gallic. 1. p. 128 cum icone* diuerſiſſima ab hoc et a V. pinnatifido planta eſt.

404. VERBASCUM *pinnatifidum.*

Synonymon adde: *Botan. magaz. 1777.*

404*. VERBASCUM *rubiginofum.*

V. foliis ſupra nudiusculis ſubtus villoſis crenatis: inferioribus oblongis petiolatis, caulinis cordato lanceolatis ſeſſilibus; racemis virgatis paniculatis, pedicellis ſubgeminis: fructiferis elongatis patentibus, germinibus piloſis.

V. foliis oblongo-ouatis ſubvilloſis: inferioribus petiolatis duplicato-crenatis, ſuperioribus ſeſſilibus ſimpliciter ſerratis. *Waldſt. et Kit. rar. hung. 2. p. 216. t. 197.*

V. (*cupreum*) caulibus virgatis ſimplicibus, foliis cordato-ouatis rugoſis crenatis ſubtus lanatis, pedunculis unibracteatis ſolitariis. *Botan. magaz. 1226.*

V. caucaſicum. *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 25. (non Schulteſii, ex autopſiâ plantae horti gorenkenſis)*

V. orientale Conyzae folio, flore micante e ferrugineo ad aureum vergente. *Tournef. cor. p. 8.*

Crescit in campis herbidis elatioribus inter Tyram, Boryſthenem et Hypanin, rarius quoque in campeſtribus ad fluuium Terek haud procul oppido Mosdok obſeruatum. Floret aeſtate. ♂

Planta elegans varietatem elatiorem atque ramoſiorem V. phoenicei quodammodo referens. *Radix* biennis. *Caulis* 2-3-pedalis erectus, foliorum marginibus decurrentibus parum anguloſus, purpurascens villoſus, ſuperne ſubincanus: *ramis* floriferis compluribus elongatis villoſis ſubcanescentibus paniculatus. *Folia radicalia* oblonga utrinque attenuata petiolata groſſe et interdum duplicato-crenata, ſupra praeter nervos nudiuscula, ſubtus undique villis ſparſis pubescentia; *caulina* adscendendo minora acutiora minutius crenata, ima in petiolum attenuata, pleraque baſi cordata ſeſſilia. *Bracteae* cordato-lanceolatae acuminatae, ſuperiores diminutae ſubulatae, villis imprimis ſubtus incanae. *Flores* magnitudine Blattariae ſolitarii vel gemini: *pedunculis* gracilibus, minus tamen quam in Blattariâ elongatis, villoſo-canis. *Calyx* breuis villoſus ſubtomentoſus: *ſegmentis* lanceolatis acutis. *Corolla* extus piloſiuſcula ſordide rubella: colore mox in luteum ſeu albidum, mox in purpureum vel ſpadiceum vergente. *Stamina* tria ſuperiora paullo breuiora tota lanâ albâ purpureâque veſtita inferiora lanâ purpureâ parciore, baſi apiceque nudiuscula. *Stylus* purpurascens: *stigmate* craſſiore ſimplici. *Germen* pilis nitidis albis tectum.

V. cancaficum *Schultes obs. p. 42* pedunculis longitudine tantum calycis baſi bracteis duabus propriis ſtipatis a noſtro manifeſte discrepat. Aeque diuerſum eſt habitu V. Blattariae, capſulisque glaberrimis praeditum V. ferrugineum *Miller hort. 1. t. 67. Trew et Ehret icon. t. 17. f. 1. Andrews bot. repos. t. 162.*

404**. VERBASCUM *ſpectabile.*

V. foliis cordatis crenatis ſupra villoſis ſubtus tomentoſis: radicalibus petiolatis, racemis elongatis hirſutis, pedicellis ſubgeminis fructiferis calyce ſublongioribus erectis, germinibus lanatis.

Habitat rarius in Tauriae meridionalis montanis aſperis circa praedium Sobla, ad fontes riui Salgir, in montibus ſupra Ulu-Uſen. Floret aeſtate. ♃?

Planta ſpecioſa 2-4 pedalis, baſi ſimplex, ſuperne in ramos floriferos paucos longiſſimos diuiſa, habitu V. repandi. *Caulis* ſicut in praecedente leuiter anguloſus, villis longioribus copioſioribusque pubescens. *Folia* omnia cordata, adſcendendo in caule pro more decrescentia, ſupra ſparſim villoſa viridia, ſubtus tomentoſa et pallidiora; ſuperiora lata cordata ſeſſilia longe acuminata. *Rami* floriferi cum bracteis calycibusque hirſuti: pilis patulis albidis, interſperſis pilis brevioribus gtanduliferis. *Bracteae* infimae cuſpidatae foliis caulinis ſummis ſimiles, mediae lanceolatae, ſummae diminutae ſubulatae. *Pedicelli* inferiores ſubgeminі, ſuperiores ſolitarii, villoſi tenues, in florente circiter calycis longitudine, fructiferi euadunt longiores; in aliis tamen indiuiduis fructiferi quoque calycem longitudine vix ſuperant. *Flos* praecedente major. *Calyx* villoſus: ſegmentis lanceolatis latioribus quam in praecedente. *Corolla* ſpecioſa lutea glabra fundo purpureo maculato. *Stamina* 3 ſuperiora breviora, lanâ copioſâ

ex albido fordide purpurafcente tota veftita: antheris rotundatis; duo inferiora longiora, praeter fasciculum pilorum purpureorum fupra bafin, nudiuscula: antheris oblongis. Talis ftaminum forma et in vulgari Blattariâ. *Germen* lanâ densâ albidâ veftitum. *Stylus* praecedentis. *Capfula* fubrotunda erecta, villis copiofis hirfuta.

405. VERBASCUM *phoeniceum.*

Racemus pilis glanduliferis minutiffimis viscidulus. *Germen* glabriusculum. *Capfula* glabra ruguloſa.

406. VERBASCUM *Blattaria.*

Capfula fphaerica, junior pilis minutiffimis glanduliferis pubescens, matura glabra.

410. HYOSCIAMUS *orientalis.*

Synonymon adde: *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 26.*

414. SOLANUM *nigrum* β. *villoſum.*

Per Tauriam meridionalem pluribus locis occurrit, nec non circa Tiflin teſte *Steuen in mem. moſq. 3. p. 257.*

415. LYCIUM *ruthenicum.*

Synonyma adde: L. foliis lineari-lanceolatis baſi attenuatis fubfasciculatis, ramis dependentibus, gemmis fpinescentibus, pedunculis calyce longioribus, ftaminibus corollae limbum aequantibus. *Willd. enum. hort. berol. p. 245. Duhamel arb. ed. nou. 1. p. 127. t. 15. Steuen mem. moſq. 3. p. 257. Marſch. caſp. p. 77.*

L. europaeum. *Pall. it. 3. p. 538 et 553.*

Pedunculi flore paullo breuiores. *Corollae* tubus calyce vix duplo longior. *Stamina* fauci corollae inferta basi pubescentia, corollam aequantia. *Baccae* nigrae.

424*. EUONYMUS? *nanus.*

E. floribus quadrifidis, ramis angulatis, foliis lanceolatis integerrimis.

Cneorum tricoccum *Güldenst. it. 1. p. 422?*

Crescit in Caucaso septentrionali Cabardinico, circa thermas Constantinomontanas in saxosis. *D. Steuen.*

Planta facie Cneori tricocci, cui congenerem esse primo intuitu mihi persuasi; monentibus vero amicis *Steueno* et *Fischero* potissimam ex inflorescentiâ et floribus analogiam cum Euonymis nunc agnosco. De *genere* constabit, quando fructum obseruare licebit. *Caulis* circiter dodrantalis angulatus viridis, ex relatione *Steueni* herbaceus, qui mihi attamen cum foliis persistere posse videtur. *Rami* floriferi cauli similes recti. *Folia* similia foliis Cneori tricocci minora et angustiora per paria approximata ut pene opposita. *Pedunculi* axillares saepius gemini quam solitarii aut terni, tenues 1-3-flori folio paullo longiores. *Bracteae* oppositae subulatae minimae sub pedicellis, quae nec in pedunculis uniflоris desunt. *Flores* in speciminibus hucusque lectis inexpansi minuti monstrant *calycem* breuem fere ad basin usque in lobos quatuor latos rotundatos aequales diuisum, *corollam* tetrapetalam calyce longiorem, *staminа* quatuor receptaculo inserta, *pistillum* puluinatum: *stylo* vix ullo.

425*. RIBES *caucasicum.*

R. (inerme), racemis nutantibus, floribus glabris, foliis cordatis acute 3-5-lobis inaequaliter argute duplicato serratis, supra pilosiusculis subtus villoso-tomentosis.

Habitat in Caucaſo cabardinico. Fructus edules quotannis venales proſtare in Caſtello Nartsanenſi refert *amiciſſ. Steuen.* ♄

Frutex, uti colligo ex ramis ſiccatis, ſimilis R. rubro: cortice annoſiorum *ramorum* nitido nigricante, juniorum griſeo: epidermide ſecedente. *Folia* formâ foliorum R. nigri: ſerraturis crebrioribus, *petiolis* juniorum ciliatis. *Racemi* formâ et ſitu R. rubri: *pedunculo* communi *pedicellisque* villoſis. *Bracteae* ut in R. rubro ouatae obtuſae villoſae pedicello quidquam breuiores. *Germina calycesque* obtuſi glabra. *Petala* ita minuta ut in ſicco oculos fere fugiant. *Baccae* ex relatione *Steueni* nigrae, herba *odoris* expers.

R. rubrum iterum omitto, quum nec vivum obſeruauerim in itineribus taurico-caucaſicis, nec inter ſiccas plantas harum regionum hucusque viderim. Conſtat tamen ex relatione eorum, qui in Caſtello Nartsanenſi militiam agunt, Ribeſia rubra, per ſubalpina Caucaſi cabardinici ab incolis collecta, eo quotannis venalia adferri; et indigenum Caucaſo huncce fruticem faciunt *Pallas roſſ. 2. p. 35,* ſicut *Güldenſt. it. 1. p. 275, 288 et 424.*

426. RIBES *Groſſularia.*

Aculei ſub gemmis validiores 1–3, praetereaque plurimi minores et tenuiores praeſertim baſeos caulium. *Folia* utrinque villoſula, ſic quoque *petioli,* in quibus inter villos cilia nonnulla longiora glandulifera potiſſimum baſin verſus eminent. *Bracteae* duae ſuboppoſitae ouatae minimae verſus *pedicellorum* medium. Noſtrum igitur potius Uva crispa *Linnaei* eſt, quam equidem cum *Cl. Decandolle (flor. franc. n. 3646)* aliisque a Groſſulariâ amplius non ſeparo; utriusque enim *diagnoſis* a Cl. viris *Smith (flor. brit. 1. p. 266), Schultes (oes.*

p. 74), *Beſſer* (*flor. galic. 1. p. 186*) et *Wahlenberg* (*carp. n. 227*) recenter varie in medium prolata mihi non ſatisfecit.

426*. VIOLA *hirta*.

V. acaulis inodora: ſtolonibus nullis, foliis cordatis hirſutis: ſinu baseos profundo, calycibus obtuſis.

V. acaulis, foliis cordatis piloſo-hispidis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1162. Flor. dan. t. 618. Curt. lond. Smith brit. 1. p. 245. Lamarck et Decand. flor. franc. n. 4455. Beſſer galic. n. 249. Gort. ingr. p. 140. Hall. hiſt. n. 559.*

In Caucaſo cisalpino rarius occurrit. 2

Cespitulos conſtituit denſos, copioſis floribus ornatos (ſtolonibus brevibus augetur ſecundum *Smith loc. cit.*). *Folia* apicem verſus decrescunt in triangulum, ipſo tamen fine obtuſo; baſi mediâ breviſſime decurrunt in *petiolum*: ſinu utrinque profundo parabolico. *Scapi calycesque* perparum pubeſcentes (glabros praedicat *Decandolle loc. cit.*). *Corollae* ex coeruleo in carneum vergunt, quo e longinquo discernas à V. odoratâ. *Petala* parva inaequalia, omnia late obovata. *Odor* floris plane nullus.

427. VIOLA *campeſtris*.

Definiatur: V. acaulis odorata: ſtolonibus nullis, foliis cordato-oblongis piloſo-hirtis: ſinu baſeos aperto utrinque arcuato, calycibus obtuſis.

Synonyma adde: *Beſſer cat. hort. cremenec. a. 1816. p. 151.*

Crescendi modo aemulatur *V. hirtam*, (quacum minus bene conjungitur a *Cl. Treuirano in repert. ſoc. nat. cur.*

berol. a. 1813. 2. p. 148), colore vero et odore florum *V. odorātam.*

Varietatem floribus purpureis, in Caucafi orientalis alpe Schadagh lectam commemorat *Steuen in mem. foc. nat. cur. mofq. 3. p. 257*, quae forte diftincta fpecies eft, mihi vero haud satis nota. Hujus loci videtur effe V. rubra *Habl. apud Gmel. it. 4. p. 146*, in fyluis Gilanenfibus nascens.

Multum quoque noftrae videtur affinis, conueniens habitu, fed glabritie discrepans V. (*ambigua*) acaulis, foliis oblongis cordatis obtufiusculis crenatis nudis, bafi lobis inaequalibus inflexis cucullatis. *Waldft. et Kit. rar. hung. 2. p. 208. t. 190.*

428. VIOLA *odorata.*

Definiatur: V. acaulis odorata ftoloniſera, foliis pubefcentibus: primigenis reniformi-cordatis, calycibus obtufis, petalis duobus fuperioribus obouatis, infimo paullo anguftioribus.

Folia femper pubescunt: pube adultiorum infigniore. *Stipulae* radicales ouato-fubulatae ciliatae. *Pedunculi* tetragoni cum *calyce* parce pubescentes. *Bracteae* vulgo infra pedunculi medium, nec tamen conftanter, breuiffime ciliatae. *Calycis* foliola lateralia inferiora fuperioribus latiora. *Corolla* violacea fundo albo. *Petala* 4 fuperiora fubaequalia, 2 lateralia bafin verfus latere interiore barbata, quintum paullo breuius haud multo latius fubemarginatum, in disco lineis 5 faturis pictum. *Calcar* vix calyce longius obtufum. *Nectaria* apiculo incraffato obtufiusculo.

Varietas rotundifolia: petalis a bafi extra faucem longius albis (V. odorata var. B Steueni *Beffer catal. hort. cremenec. a. 1811. fuppl. 2. p. 17*) eft quafi media inter V. odoratam et affinem fpeciem in Ucraniae pomariis et ad fepes

circa Charkow cum odoratâ copiosam, hac quoque praecociorem, quae mihi est

* VIOLA *suavis.*

V. acaulis odorata stolonifera, foliis pubescentibus, primigenis reniformibus; calycibus obtusis, petalis duobus superioribus oblongis obtusis infimo emarginato subduplo angustioribus.

Dignoscitur a V. odoratâ *colore* herbae pallidiùs viridi, *pubescentiâ* parciore, *foliis* primigenis exactius reniformibus, adultioribus in universum quoque latioribus, *stipulis* basi angustioribus lanceolato-subulatis, *corollis* dimidio majoribus pallidioribus: *petalis* 4 superioribus longioribus angustioribusque ad unam tertiam albis, intermedio caeteris notabiliter latiore evidenter breviore magis quam in V. odoratâ emarginato, a basi ad medium fere albo: lineis disci saturis ut in odoratâ; *nectariis* apice crassiore unguiculatis. *Odore* florum suavi V. odoratae non cedit.

429. VIOLA *canina.*

V. caulescens, adultior adscendens, foliis subrotundo-cordatis pilosiusculis, calycibus acutis, corollae calcare emarginato-bilobo.

V. canina. *Flor. taur. cauc. n. 2004. Smith brit. 1. p. 246. Engl. bot. 620. Besser galic. n. 255. Schultes obs. p. 48. n. 318. Poll. pal. n. 838. Tabern. Kraeuterb p. 681.*

β. V. neglecta. *Flor. taur. cauc. n. 429. Schultes obs. p. 48. sub n. 318.*

In Tauriae meridionalis umbrosis communis.

V. neglectam *Schmidtii* specie non differre a V. caninâ nostrâ coeruleo flore, per Tauriam quoque passim occurrente et Rossiae mediae perquam familiari modo agnosco. *Distincta*

vero, quamuis admodum affinis *ſpecies* videtur, non ſolum in Polonia auſtraliore, verum etiam in Ucraniâ et circa Mosquam occurrens

* VIOLA *lancifolia.*

V. caulescens, adultior erectiuscula, foliis cordato-oblongis pilosiusculis, calycibus acutis, corollae calcare emarginato-bilobo.

V. caule adultiore adſcendente, foliis ouato-lanceolatis ſubglabris, ſtipulis elongato-dentato-ciliatis, calycibus acutis. *Beſſer galic. n. 256.*

V. (*canina*) caule adultiore adſcendente, foliis oblongo-cordatis obtuſis punctatis, ſtipulis ſetaceis (Vahl manuscr.). *Hornem. hort. hafn. a. 1813. p. 234?*

V. montana. *Kniph. ectyp.!*

Differt a V. caninâ *habitu* adultae rectiore, *foliis* praeſertim in adultâ longioribus anguſtioribusque: crenis obtuſiſſimis, *ſtipulis* majoribus: dentibus validioribus. Ob folia oblonga hanc potius, quam caninam noſtram pro V. caninâ *Linnaei* habeo. *Puncta foliorum* rubiginoſa, quae pro diagnoſi ſpeciei ponit *Vahl loc. cit.*, in hac utique euidentiora ſunt, neque vero deficiunt in affinibus.

Diſtincta adhuc *ſpecies* eſt occurrens cum prioribus in Roſſiâ mediâ Mosquam usque, tum in Poloniâ auſtraliore

** VIOLA *glauca.*

V. caulescens declinata pube tenui glaucescens, foliis ſubrotundo-cordatis, calycibus acutis, corollae calcare obtuſo apice integro.

V. glauca Marſch. *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 57. Beſſer cat. hort. cremenec. a. 1811. ſuppl. 4. p. 25 et Cat. a. 1816. p. 151.*

V. rupeſtri affinis. *Beſſer catal. a. 1811. ſuppl. 3. p. 25.*

V. lancifoliae varietas cauliculis breuibus, paruifolia. *Beſſer galic. 1. p. 173. ſub n. 256.*

Dignoscitur a binis praecedentibus *ſtaturâ* minore, *pube* tenuiore ſed confertiore quâ tota glaucescit, *foliis* minoribus pene orbicularibus: crenis obtuſiſſimis, *floribus* minoribus, *corollis* amoene coeruleis: *petalis* breuioribus latioribusque, *cornu* breuiore non emarginato.

Gmelinus in flor. ſib. 4. p. 98 ſub n. 59 non ſolum has proxime affines non diſtinxit, ſed et V. paluſtrem L. cum caninâ confudit, *icon* autem *t. 49. f. 1* videtur V. mirabilem juniorem ſiſtere.

430. VIOLA *ſarmentoſa.*

Facie quam proxime ad V. glaucam accedit et poſſet pro ejus varietate cauliculis elongatis luxuriante haberi. *Bracteae* verſus medium pedunculi, quae in glaucâ, ſicut in caninâ affinibusque, a flore parum diſtant, minutiſſime denticulatae. *Flos* magnitudine V. glaucae: *calyce* acuto, *corollae* calcare breui obtuſo.

431. VIOLA *mirabilis.*

Synonyma adde: *Flor. dan. t. 1045. Beſſer galic. n. 253.*

Stipulis integerrimis, ne quidem ciliatis, commode ab affinibus dignoscitur. *Flores* caulini plurimi apetali ſunt; ſed et V. canina ejusque affines, immo V. hirta et odorata flores ſerotinos apetalos ferunt.

432*. VIOLA *biflora.*

V. caule debili fubbifloro, foliis reniformibus ferratis, calycibus acutis. *Willd. enum. hort. berol. p. 265. Flor. dan. t. 46. Lamarck et Decand. flor. franc. n. 4467. Beſſer galic. n. 245. Hall. hiſt. n. 564. Gmel. ſib. 4. p. 98. n. 61.*

V. caule bifloro, foliis reniformibus ferratis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1167.*

V. montana prima. *Clus. hiſt. 1. p. 309.*

V. martia lutea. *J. Bauh. hiſt. 3. p. 544.*

Crescit in alpeſtribus Caucaſi orientalis ad torrentem Jucharibaſch, fecundum *Steuen in mem. ſoc. nat. cur. moſq. 3. p. 257.* Floret aeſtate. ♃

433*. VIOLA *oreades.*

V. caule triquetro abbreuiato, foliis oblongo-ellipticis crenatis in petiolum attenuatis, ſtipulis pinnatifidis: laciniis obtuſis, calcare longitudine calycis acuti.

V. orientalis montana grandiflora violacei coloris. *Tournef. cor. p. 30 et itin. ed. orig. gallic. 2. p. 107.*

Crescit in cacumine altiorum Tauriae montium. ♃

Caulis florescentiae tempore ita breuis, ut pedunculi 1-2 reuerâ axillares totidem ſcapos radicales mentiantur. *Folia* unguicularia elliptica, in *petiolum* longiusculum attenuata, groſſe obtuſe crenata, adſcendendo longiora anguſtioraque, praeter marginem ciliis confertis minutiſſimis vix nudo oculo uſurpandis inſtructum glabriuscula. *Stipulae* majusculae, imae indiuiſae aut ſubdentatae, pleraequae profunde pinnatifidae: laciniis baſi attenuatis obtuſis, terminali majore. *Bracteae* ſupra medium pedunculi minutae ſcarioſae, ut in affinibus. *Flos* ſpecioſus foliorum inferiorum magnitudine. *Calyx* corollâ du-

plo saltim breuior: foliolis lanceolatis acutis uti folia obscure ciliatis, appendicibus baseos notabilibus latis truncatis minutim denticulatis. *Corolla* lutea siue coerulea: *petalis* latis rotundatis, tribus inferioribus faucem versus striis atris pictis, quorum duo lateralia ad faucis introitum barbata. *Calcar* rectum obtusum circiter calycis longitudine.

Comparani tauricam cum helueticâ *herbarii Breyniani*, cui phrasis: V. montana lutea grandiflora *C. Bauh. pin. p. 169* adscripta est, nec ex siccâ ullum discrimen perspicio; immo *Halleriana icon hist. t. 17*, quam ad V. grandiflorum *Linnaeus*, auctor ad V. calcaratam trahunt, nostrae non repugnat. Meam tamen pro V. grandiflorâ *Linnaei* seu V. luteâ *Smithii* habere vetant: hujus caulis erectus longe altior et habitus V. tricoloris, pro cujus varietate a nonnullis venditatur. Habitu nostra cum V. calcaratâ potius conuenit, à quâ tamen calcari breuiore facile dignoscitur; an tamen varietas V. grandiflorae L. ex loco natali sterili?

Peraffinis, distincta tamen, ut videtur, species Sibiriae peculiaris est

* VIOLA *altaica*.

V. caule triquetro abbreuiato, foliis oblongo-ellipticis crenatis in petiolum attenuatis, stipulis cuneiformibus inciso-dentatis: dentibus acutis, calcare calyce acuto breuiore.

V. altaica. *Herbar. Rudolph.*

V. acaulis, flore foliis multo majore. *Gmel. sib. 4. p. 99. n. 62. (excluso synonymo Halleri.)*

Praeter caracteres diagnosticos, qui definitionem ingrediuntur, vix ullum aliud *discrimen* a praecedente inuenio. *Corolla* pusillae plantae admodum magna, in meis specimini bus omnibus coerulea.

436. VITIS *vinifera.*

Synonymon adde: *Pall. roſſ. 2. p. 40. Marſch. caſp. p. 76.*

437. ILLECEBRUM *cephalotes.*

I. foliis lanceolatis reflexo-patentibus venoſo-rugoſis hirtis ciliatis, capitulis terminalibus aggregatis, bracteis ſcarioſis maximis, caulibus procumbentibus villoſis.

I. capitatum. *Flor. taur. cauc. n. 437. (excluſo ſynonymo Linnaei.)*

Paronychia orientalis humifuſa ſerpylli folio. *Tournef. cor. p. 38.*

Radix lignoſa valida fuſca perennis. *Cauliculi* numeroſi digitales palmaresque denſo cespite per orbem proſtrati villoſuli, toti foliis ſtipulisque confertis tecti. *Folia* parua oblonga obliqua acutiuscula integerrima ruguloſa, pilis incumbentibus undique hirta, margine ciliata, glauco-viridia, oppoſita: altero minori, reflexo-patentia. Singulis foliis denſâ ſerie interjiciuntur ſingulae *ſtipulae* cartilagineae albae ſplendentes, longitudine circiter folii, profunde bipartitae: laciniis acuminatis. *Foliorum* fasciculi in ramulos euolùendi ad axillas foliorum caulinorum ſaepe proſtant. *Florum capitula* terminalia ſpecioſa glomerata, *bracteis* magnis rotundatis argenteo-cartilagineis ſublaceris imbricata, inter quas *flores* parui ad ſingulas bracteas ſinguli ſeſſiles toti abſconduntur. *Calycina foliola* oblonga acutiuscula pubescentia ſtriata, praeter marginem album peranguſtum tota viridia. *Stamina* calyce multo breuiora. *Stylus* ſimplex. *Capſula* ex globoſo compreſſa, ſtyli baſi perſiſtente munita, unilocularis monoſperma. *Semen* ſubrotundum compreſſiusculum fuſcum.

Non eſt *I. capitatum*, pro quo propoſuceram, quod caule erecto et ſecundum *flor. franc. n. 2291* radice annuà gaudet,

potius ad Paronychiam ſerpyllifoliam *Villarſii* accedit et videtur denique ſub I. Paronychiâ *Linn.* comprehendi; ſane Paronychia hiſpanica *Cluſii hiſt. 2. p. 182* noſtrum exprimere plane crediderim. Huc conferatur etiam *Schultes obſ. p. 49. n. 331 et Willd. enum. hort. berol. p. 272*, ubi I. Paronychiae folia tribuuntur, non laeuia, ſed tota hirta. Quo facilius de plantâ meâ judicium fit, deſcriptionem fuſiorem addidi.

118*. HABLITZIA. Cal. 5-phyllus, rotatus. Cor. o. Capſula circumſciſſa, monoſperma.

437*. HABLITZIA *tamnoides.*

H. foliis cordatis petiolatis acutis, caule volubili. *Marſch. in mem. ſoc. nat. cur. mosq. 5. p. 24 et cent. plant. rar. roſſic. 2. t. 54.*

Habitat in anguſtiis ad montem ſyluoſum Metſchucha, thermis Conſtantinomontanis imminentem, locis aſperis inumbratis, inter Urticam, Aparinen et al. Floret Junio, Julio. ♃

Radix valida oblonga apice ramoſa carnoſa, extus nigricans intus alba, turionibus ſquamatis more Aſparagi et Lupuli quotannis pullulans. *Caules* aliquot 3-6 pedales ſimplices debiles, inter vicinas herbas ſcandentes, profunde ſulcati, pilis ſparſis pubescentes, purpuraſcentes, baſi ſquamis exaridis veſtiti. *Folia* formâ foliorum Tami communis, alterna cordata acuta, utrinque ad petioli inſertionem ſinu arcuato exciſa, integerrima venoſa ſubquinqueneruia tenera, tactu arida pube exili ſcabriuscula: *inferiora* latiora cordato-ouata, *ſuperiora* anguſtiora minoraque cordato-lanceolata. *Petioli* folio paullo breuiores tennes. ſupra canaliculati, ſubtus ſubangulati; adſcendendo in caule quidquam breuiores. *Panicula* longiſſima foliata, a medio caule ad apicem. *Racemi* axillares terni multiflori: duobus lateralibus breuiſſimis ſeſſilibus, medio pedunculato multo longiori; *racemulis* partialibus alternis di-

chotomis: ramis dichotomiae gracilibis flore longioribus. *Flores* ex dichotomiâ feſſiles et alii terminales, Chenopodii polyſpermi floribus paullo majores graueolentes. *Bractearum* minimarum ſubcalycinarum veſtigium. *Calyx* 5-phyllus rotatus glaber perſiſtens: *foliolis* oblongis obtuſis ſubcarinatis albidoviridibus *Corolla* nulla. *Stamina* 5, foliolis calycinis oppoſita duplo breuiora patentia: *filamentis* ſetaceis, *antheris* minutis globoſis didymis flauis. *Germen* depreſſo-orbiculare. *Stylus* columnaris ſtaminibus breuior. *Stigma* minimum trilobum. *Capſula* circumſciſſa monoſperma depreſſo-orbicularis cum calycis baſi confluens, veluti ſeminifera: operculo tantum deciduo. *Semen* reniforme nitidiſſimum nigricans: colore magnitudineque pulicis minoris. *Rudimenta* florum imperfectorum floribus fertilibus ſaepe adſtant, maxime terminalibus; poſſet igitur pro Polygamâ monoicâ haberi.

Genus ab omnibus hactenus notis manifeſte diſtinctum, ob florem incompletum capſulam circumſciſſam monoſpermam et embryonem arcuatum, nec annulatum ut in Chenopodio, vel ſpiralem vt in Salſolâ, familiae *Amaranthorum* potiſſimum annumerandum; habitu Tami, inflorescentiâ floribusque Chenopodii, fructu Amaranthi.

440. VINCA *minor*.

Definiatur: V. caulibus proſtratis perſiſtentibus radicantibus; ramis floriferis adſcendentibus, foliis margine ſcabris: inferioribus ſubrotundis, ſuperioribus oblongis utrinque attenuatis, floribus pedunculatis.

440*. VINCA *herbacea*.

V. caulibus herbaceis ſimplicibus declinatis, foliis oblongis utrinque attenuatis margine ſcabris, floribus pedunculatis.

V. Caulibus herbaceis proſtratis, foliis oblongo-lanceolatis margine glabris, floribus pedunculatis. *Willd. enum. hort. berol. p. 274. Waldſt. et Kit. rar. hung. 1. t. 8. Perſoon enchirid. 1. p. 267.*

Non diſtinxeram hanc a praecedente, quâ tamen longe magis communis est, et per totam Roſſiam meridionalem in Ucraniam usque in campeſtribus apricis paſſim reperitur. Nullum vero et nunc inter utramque, praeter crescendi modum et folia caulium V. minoris ſterilium rotunda firma atque lucida, differentiam perſpicio; nam in utrâque *folia* et dentes *calycis* margine ſcabra ſunt.

Varietatem puſillam minore flore ex campis apricis elatioribus Bessarabiae habeo.

440**. VINCA *major*.

V. caulibus erectiusculis, foliis ouatis ciliatis, floribus pedunculatis, dentibus calycinis ſetaceis elongatis. *Smith brit. 1. p. 270. Engl. bot. 514. Hall. hiſt. n. 573.*

V. caulibus declinatis, foliis ouatis: junioribus margine ciliatis, floribus pedunculatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1233.*

Ad latera montis B. ſchtau lecta eſt. ♄

Foliorum formâ magnitudineque, *floribus* majoribus et *calycibus* longioribus facile a binis praecedentibus dignoscitur.

PENTANDRIA.

DIGYNIA.

443. APOCYNUM *venetum.*

In wolgenſibus paſſim obuium eſt, et hujus procul dubio loci eſt apocryphum Nerium antidyſſentericum a *Lepechin it. ed roſſ. 1. p. 438* circa Zarizin obſeruatum; expungatur ergo ſub hoc Nerio in *Linn. ſpec. plant.* ſynonymon Lepechinii et locus natalis Sibiria.

445. ASCLEPIAS *nigra.*

Exhibet haec planta *varietates* obſeruatu dignas, aliam *ucrainicam* viridiſloram et aliam *tauricam* vix volubilem habitu A. Vincetoxico propiorem, quae quidem indiuiduis mediis cum principali connecti videtur.

447. HERNIARIA *incana.*

H. foliis oblongis baſi attenuatis hirtis, glomerulis axillaribus paucifloris, calycibus hispido-piloſis, caulibus baſi perennantibus.

H. fruticuloſa, foliis ouato-oblongis piloſis, calycibus piloſo-incanis. *Lamarck dict. 3. p. 124. Decand. flor. franc. 6. ſuppl. p. 375. Gerard. gallopr. p. 336. n. 1. var. 2.*

H. hirſuta. *Flor. taur. cauc. n. 447. (excluſo forte ſynonymo Linnaei.)*

H. hirſuta? taurico-vollhynica. *Beſſer catal. hort. crem. a. 1811. ſurpl. 3. p. 12.*

H. millegrana Pallaſii. *Beſſer cat. hort. cremenec. a. 1816. p. 68. (ſed in herbario Pallaſii pro H. hirſutâ proſtat.)*

Radix perennis, immo caulium baſis ſupra radicem perennans ſaepe gemmascit. *Habitus* proſtratus atque ramoſus H. glabrae. *Pubes* totius plantulae copioſa rigidula, quâ incanescit modice. *Folia* formâ H. glabrae. *Stipulae* triangulae minutae ſcarioſae hirtae. *Flores* H. glabrâ euidenter majores et in ſingulis glomerulis pauciores, *pedicellis* quanquam breuiſſimis tamen proportione etiam longioribus et magis conſpicuis quam in H. glabrâ. *Calyx* pilis albis patulis valde hiſpidus, qui pili adſcendendo aequabili ratione usque ad foliolorum calycinorum apiculum decrescunt. *Filamenta* caſtrata longitudine fertilium. *Antherae* luteae.

„H. (*hirſuta*) foliis obouato-oblongis hirtis, glomerulis „axillaribus multifloris, calycibus hirtis: foliolis pilo longiore „mucronatis„ ita vicina eſt H. glabrae, ut demtâ pube facile pro ejus varietate haberi queat; quare auctores tantum non omnes, ſub H. hirſutâ varietatis ſuſpicionem urgentes, nequidquam de florum in ſingulo glomerulo paucitate et de euidenti quoad florum magnitudinem inter hirſutam et glabram differentiâ commemorantes, tuto ad hirſutam allegari poſſe cenſeo.

De duratione H. glabrae et hirſutae nondum compoſita lis eſt, video ſane in H. glabrâ noſtrate adeo tenellas atque debiles radiculas, ut viuaces eſſe aegre mihi perſuadeam. Ge-

rardus loc. cit., plantam ſuam annuam vel biennem vel perennem eſſe praedicans nodum rescidit nec ſoluit.

448. CHENOPODIUM *urbicum.*

Semina atra ad lentem punctis minutiſſimis inaequalia.

450. CHENOPODIUM *album.*

Hujus quoque omnium vulgatiſſimi et albo virore inſignis *ſemina* atra ad lentem punctulata video.

456. CHENOPODIUM *microphyllum.*

Ch. fruticoſum. *Flor. taur. cauc. n. 456.* (*cum ſynonymo meo, caeteris excluſis*).

Suaeda (*microphylla*) frutescens incondite ramoſiſſima, foliis ſucculentis clauatis, floribus folio inſidentibus glomeratis. *Pall. illuſtr. fasc. 3. p. 52. t. 44.*

Salſola fruticoſa. *Pall. it. 3. p. 524. Marſch. caſp. p. 79. Güldenſt. it. 1. p. 191. Lepech. it. ed. roſſic. 1. p. 419. Georgi it. 2. p. 778.*

Chenopodium orientale fruticoſum Coris folio. *Tournef. cor. p. 38?*

Quum europaea Salſola fruticoſa, ſecundum auctores omnes flores axillares habeat, idem confirmante ſicco ſpecimine quod ad manus habeo, non potui non noſtram ruthenico-aſiaticam, cujus flores conſtanter petioli baſi inſeruntur, ſpecie ſejungere.

457. CHENOPODIUM *altiſſimum.*

Definiatur: Ch. glaberrimum, ramis paniculatis erectis, foliis filiformibus acutiusculis, floribus ternis petiolaribus.

Synonyma adde: Suaeda (*altiſſima*) biennis, caulibus pluribus ſurrectis ramoſiſſimis, floribus folio inſidentibus. *Pall. illuſtr. faſc. 3. p. 49. t. 42.*

Salſola altiſſimâ. *Marſch. caſp. p. 79.*

457*. CHENOPODIUM *crassifolium.*

Ch. villoſum ſubincanum, ramis paniculatis erecto-patulis, foliis oblongis obtuſiusculis, floribus ternis petiolaribus.

Ch. orientale annuum altiſſimum Kali folio breuiore et cano. *Tournef. cor. p. 38.*

Occurrit in ſalſuginoſis circa oppidum Kisljar. In Tauriâ, ubi praecedens copioſum eſt, mihi non viſum.

Inflorescentiâ floribusque cum praecedente, cui et omnino admodum affine eſt, plane conuenit; *differt* vero *ſtaturâ* adhuc majore, *villis* minutis crispulis quibus totum pubescit et ſubcanescit, *ramis* magis patentibus et *foliis* craſſioribus atque breuioribus.

458. CHENOPODIUM *maritimum.*

Synonyma adde: Suaeda (*chenopodioides*) annua, ramoſa, foliis ſucculentis, calycibus axillaribus quinquangulis. *Pall. illuſtr. faſc. 3. p. 56.*

Ad *varietatem* β: Suaeda (*ſalſa*) biennis multicaulis ascendens ramoſa, foliis hemicylindricis acutis, floribus glomeratis: glomerulis diſtantibus. *Pall. illuſtr. faſc. 3. p. 46. t. 39.*

Salſola ſalſa Steueni. *Hoffm. hort. moſq. a. 1808. n. 2769.*

De Sodâ ex hac plantâ aliisque halophytis wolgenſibus obtinendâ agit *Staehlin in mem. ſoc. nat. cur. mosq. 3. p. 190 et ſeq.*

459. CHENOPODIUM *hirſutum.*

Synonyma adde: *Lamarck et Decand. flor. franc. n. 2270.*

Suaeda (*albida*) annua ſuberecta pubescenti-albida, foliis teretibus ſubrecurvis, calycibus fructiferis pentagono-ſtellatis. *Pall. illuſtr. faſc. 3. p. 53. t. 45.*

In maritimis haud procul portu Odeſſano etiam occurrit.

460. SALSOLA *Kali. Marſch. in mem. ſoc. nat. cur. moſq. 4. p. 6. n. 1.*

Synonyma adde: S. annua, foliis triquetro-ſubulatis mucronatis linealis alternis. var. α. roſacea. *Pall. illuſtr. faſc. 2. p. 36. t. 28. 29. Marſch. caſp. p. 79. Koeler de Salſolâ ap. Roemer collect. n. 1. Staehlin in mem. mosq. 3. p. 191.*

461. SALSOLA *Tragus. Marſch. in mem. moſq. 4. p. 6. n. 2.*

Synonyma adde: S. Kali varietas β. pontica. *Pall. illuſtr. faſc. 2. p. 37. Koeler de Salſolâ ap. Roemer collect. n. 2.*

462. SALSOLA *tamariscina. Marſch in mem. moſq. 4. p. 7. n. 3.*

Synonyma adde: S. annua erecta ramoſa, foliis incanis ſtriatis carinatis muticis floribusque alternis, calycibus bractea-

tis. *Pall. illuſtr. faſc. 2. p. 33. t. 25. Staehlin in mem. moſq. 3. p. 191.*

Pro varietate S. Kali hanc habet *Treuiranus in repert. ſoc. nat. cur. berol. a. 1813. 2. p. 148;* a quâ attamen diuerſiſſima eſt. *Calycis* appendices ochroleucae roſeo-ſtriatae ejusque apiculi ſupra ſemen conniuentes roſei feminiferae plantae aſpectum peramoenum conciliant.

463. SALSOLA *craſſa. Marſch. in mem. moſq. 4. p. 8. n. 5.*

Synonyma adde: *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 15. Hoffm. hort. mosq. a. 1808. n. 2763.*

S. an frutescens? *Pall. it. 1. p. 408. app. n. 104.*

S. roſacea. *Marſch. caſp. p. 79.*

Nec *Pallas (illuſtr. faſc. 2. p. 26)*, nec *Gmelin (flor ſib. 3. p. 96)*, hanc rite a S. roſaceâ, in regionibus de quibus loquimur non obuiâ, diſtinguunt. Prior attamen S. roſaceam poſſimum deſcripſiſſe et delineaſſe videtur.

464. SALSOLA *brachiata. Marſch. in mem. moſq. 4. p. 9. n. 7.*

Synonyma adde: S. annua erecta, ramis ſubfaſtigiatis ramulisque oppoſitis, foliis carnoſis teretibus glaucis piloſis muticis. *Pall. illuſtr. faſc. 2. p. 30. t. 22. Hoffm. hort. mosq. a. 1808. n. 2765. Koehler de Salſolâ ap. Roemer collect. n. 23. Staehlin in mem. moſq. 3. p. 191.*

465. SALSOLA *glauca. Marſch. in mem. moſq. 4. p. 10. n. 9.*

Synonyma adde: *Marſch. caſp. p. 79. Hoffm. hort. mosq. a. 1808. n. 2766. Koeler de Salſolâ ap. Roemer collect. n. 13.*

S. (*ſpicata*) fruticoſa ramoſiſſima, foliis ſemiteretibus carnoſis, ramis extremis ſpicatis, calicibus roſaceis. *Pall. illuſtr. faſc. 2. p. 27. t. 19.*

466. SALSOLA *Soda*. *Marſch. in mem. moſq. 4. p. 10. n. 10.*

Synonyma adde: S. annua diffuſa ſparſim ramoſa, foliis triquetris carnoſis muticis, calycibus fructiferis turbinatis ebracteatis. *Pall. illuſtr. faſc. 2. p. 38. t. 30. Koeler de Salſolâ ap. Roemer collect. n. 14. Staehlin in mem. moſq. 3. p. 191.*

Icon Pallaſii citata perperam *folia* fiſtit longo mucrone praedita.

467. SALSOLA *vermiculata*. *Marſch. in mem. moſq. 4. p. 10. n. 11.*

Synonyma adde: *Marſch. caſp. p. 79. Koeler de Salſolâ ap. Roemer collect. n. 12.*

S. (*laricina*) fruticoſa erecta rigida ramoſiſſima, foliis filiformibus ſubpubescentibus ſempervirentibus, calycum bracteis inaequalibus. *Pall. illuſtr. faſc. 2. p. 21. t. 13.*

S. orientalem *Gmelini jun.* modo ad S. rigidam *Pallaſii* referendam eſſe exiſtimo, excludatur ergo hic loci.

468. SALSOLA *ſpiſſa*. *Marſch. in mem. moſq. 4. p. 12. n. 13.* (*excluſo ſynonymo Pall. it. ad S. rigidam amandando.*)

Synonyma adde: *Hoffm. hort. moſq. a. 1808. n. 2772.*

S. (*nitraria*) annua erecta alterne ramoſa glabra, foliis cylindraceis carnoſis, floribus creberrimis calyculatis. *Pall. illuſtr. faſc. 2. p. 23. t. 15.*

469. SALSOLA *verrucoſa*. *Marſch. in mem. moſq. 4. p. 12. n. 14.*

Synonyma adde: *Hoffm. hort. moſq. a. 1808. n. 2777.*

S. (*gemmascens*) fruticuloſa erecta alterne ramoſa, fasciculis foliorum alternis, fructificationibus ſolitariis ſparſis. *Pall. illuſtr. faſc. 2. p. 24. t. 16.*

470. SALSOLA *ericoides*. *Marſch. in mem. moſq. 4. p. 13. n. 15.*

Synonyma adde: S. (*dendroides*) ſubarborescens erecta tomentoſa ramoſiſſima, foliis breuiſſimis clauato-carnoſis pubescentibus, ramis ſuboppoſitis. *Pall. illuſtr. faſc. 2. p. 22. t. 14.*

S. ericaefolia Adami. *Hoffm. hort. mosq. a. 1808. n. 2764.*

471. SALSOLA *clauifolia*. *Marſch. in mem. moſq. 4. p. 13. n. 16.*

Synonyma adde: *Koeler de Salſolâ ap. Roemer collect. n. 17.*

S. (*baccifera*) ramis confertis ſimplicibus, foliis ſolitariis ſubclauatis, pericarpiis ſucculentis. *Pall. illuſtr. faſc. 2. p. 31. t. 23.*

Anabaſis folioſa. *Staehlin in mem. moſq. 3. p. 191.*

Planta feminifera *calycum* appendicibus expanſis lacteis *fructu* baccato ſatuře rubro umbilicatis pulcre variegata apparet.

472. SALSOLA *proſtrata.*

S. ſuffruticoſa piloſo-cana, foliis linearibus planis, calycibus ſubternis piloſo-tomentoſis: appendicibus explanatis obouatis. *Marſch. in mem. moſq. 4. p. 14. n. 17.*

Synonyma adde: S. ſuffrutescens aſſurgens, foliis linearilanceolatis villoſis, caulibus ſubſpicatis, floribus glomeratis. *Pall. ill. faſc. 1. p. 17. t. 10. Marſch. caſp. p. 79. Koeler de Salſolâ ap. Roemer collect. n. 9. Lamarck et Decand. flor. franc. n. 2271.*

Chenopodium auguſtanum. *Allion. pedem. n. 2020. t. 38. f. 4.*

Kali fruticoſum incanum foliis exſuccis. *Buxb. cent. 1. p. 9. t. 15.*

Sub hac excludatur adductum Kali *Buxb. cent. 1. p. 10. t. 16,* ad S. ſcopariae varietatem macilentam referendum.

Varietatem caule et foliis anguſtioribus omnino nudis, Galliae narbonenſi indigenam commemorat *Cl. Treuiranus in repert. ſoc. nat. cur. berol. a. 1813. 2. p. 148,* quae fortaſſis ſpecie differt.

473. SALSOLA *daſyantha.*

S. herbacea piloſa, foliis ſubulato-filiformibus elongato-ciliatis, calycibus ſubgeminis hirſutiſſimis: appendicibus planis oblongis disco multo longioribus. *Marſch. in mem. moſq. 4. p. 14. n. 16.*

α. major, erectior, paniculato-ramoſa, piloſiſſima.

S. (*daſyantha*) annua erecta ramoſa, foliis alternis filiformibns pubescentibus, floribus lanuginoſis. *Pall. illuſtr. faſc. 1. p. 19. t. 10. lit. J. et t. 11.*

S. tenuifolia. *Flor. taur. caue. n. 473.*

Varietates β et γ in *mem. mosq. loc. cit.* commemoratae, S. arenariam auctorum constituentes in Tauriâ atque Caucaso non occurrunt. De his conferatur *Koeler apud Roemer collect. n. 10. t. 1.*

Discrimina inter has varietates ab eo fortassis pendent, quod α solo durissimo argilloso et salsugineo, β et γ autem in sabuletis nascantur. Nostram cum S. arenariâ etiam conjungit *Treuiranus in repert. soc. nat. cur. berol. a. 1813. 2. p. 148.*

473*. SALSOLA *scoparia.*

S. herbacea pubescens, foliis lineari-lanceolatis ciliatis, calycibus geminis: appendicibus brevissimis acutis. *Marsch. in mem. mosq. 1. p. 144. n. 16 et 4. p. 17. n. 20.*

Chenopodium (*Scoparia*) foliis planis lineari-lanceolatis margine ciliatis, floribus glomeratis axillaribus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1306. Pall. it. 3. p. 594. Lamarck et Decand. flor. franc. n. 2267, Scop. carn. ed. 2. n. 282.*

Kali foliis Linariae tomentosum. *Buxb. cent. 1. p. 10. t. 16.*

Linaria scoparia. *C. Bauh. pin. 212.*

Linaria Beluedere. *J. Bauh. hist. 3. p. 462.*

Osyris. *Dod. pempt. 151.*

β. humilior, gracilior, angustifolia.

S. (*Sieuersiana*) annua erecta subramosa, foliis lanceolatis margine setosis. *Pall. illustr. fasc. 3. p. 45. t. 38.*

Camphorata tectorum foliis Polygoni hirsutis. *Buxb. cent. 1. p. 19. t. 29.*

Varietas β in tectis circa Tiflin reperitur; planta vero vulgaris vegetior per Ucraniam in hortis frequens est et pro scopis usitatissima. Floret aestate. ⊙

474. SALSOLA *hyſſopifolia. Marſch. mem. moſq. 4. p. 17. n. 21.*

Synonyma adde: *Marſch. caſp. p. 79. Koeler de Salſolâ ap. Roemer collect. n. 5.*

Suaeda (*hyſſopifolia*) annua pubescens, foliis lanceolatis, calycibus ariſtis quinque apice uncinatis radiatis. *Pall. illuſtr. faſc. 3. p. 44. t. 36.*

Nil niſi anomalam quoad partes fructificationis hujus *varietatem* etiam exprimit Suaeda triandra *Haenckel a Donnersmark plant. ſelect. hort. halens. p. 21*; etenim et haec ſicut S. daſyantha *Pall.* admodum polymorpha eſt. Ramulorum floriferorum calycumque *lana* vulgo rutila, interdum tamen niuea reperitur. Ex Iberiâ *varietatem* breuifoliam, multo minus hirſutam habeo.

475. SALSOLA *ſedoides. Marſch. mem. moſq. 4. p. 18. n. 22.*

Synonyma adde: *Koeler de Salſolâ ap. Roemer collect. n. 5.*

S. muricata. *Marſch. caſp. p. 79.*

Suaeda (*ſedifolia*) annua villoſa, foliis cylindraceis obtuſis, calycibus ſpinis regulariter ſtellatis. *Pall. illuſtr. 3. p. 41. t. 22. 33. 34.*

Salſolae ſpecies nona. *Pall. in nou. act. petrop. 13. p. 42.*

476. ANABASIS *aphylla. Marſch. mem. moſq. 4. p. 19. n. 1.*

Synonyma adde: *Marſch. caſp. p. 79. Staehlin in mem. moſq. 3. p. 191.*

A. (*tatarica*) frutescens, furculis annuis articulatis ramofis extremo floriferis fubfpicatis. *Pall. illuſtr. faſc.* 1. *p.* 13. *t.* 8.

Salſola articulata. *Koeler de Salſolâ ap. Roemer collect. n.* 18.

477. ANABASIS *florida. Marſch. mem. moſq.* 4. *p.* 19. *n.* 3.

Synonymon adde: *Marſch. cent. plant. rar. roſſic.* 1. *t.* 17.

478. ANABASIS *ſpinoſiſſima. Marſch. mem. moſq.* 4. *p.* 19. *n.* 6.

Synonyma adde: A. Echinus. *Marſch. caſp. p.* 79.

Salſola (*ſpinifex*) frutescens, ramis herbaceis ſpinescentibus, calycibus fructiferis ſubtribracteatis. *Pall. illuſtr. faſc.* 2. *p.* 32. *t.* 24.

Salſola Echinus. *Koeler de Salſolâ ap. Roemer collect. n.* 3.

479. POLYCNEMUM *aruenſe. Marſch. mem moſq.* 4. *p.* 20. *n.* 1.

Synonyma adde: *Lamarck et Decand. flor. franc. n.* 2280. *Roemer et Schultes Syſt. veg.* 1. *p.* 523.

P. (*viaticum*) triandrum oppoſite ramoſum procumbens, foliis prismaticis apice ſpinoſis. *Pall. illuſtr. faſc.* 4. *p.* 58.

480. POLYCNEMUM *craſſifolium.*

P. pentandrum dipetalum ſubpubescens, foliis ſemiteretibus obtuſis: floralibus ſummis ouatis calycem glabriusculum ſubaequantibus. *Marſch. mem. moſq.* 4. *p.* 20. *n.* 2.

P. pentandrum annuum ramoſiſſimum aſſurgens glabrum, foliis carnoſis cylindricis: floralibus ouatis. *Pall. illuſtr. faſc. 4. p. 64. t. 55. Roemer et Schultes Syſt. veg. 1. p. 526.*

P. oppoſitifolium. *Flor. taur. cauc. n. 480. (cum ſynonymis.) Marſch. caſp. p. 79. Staehlin in mem. moſq. 3. p. 191.*

P. craſſifolium ſicut affine P. glaucum in itineribus ſuis non eſſe recenſita, et de his ſibi ſerioribus obſeruationibus demum conſtitiſſe *Pallaſius in illuſtrat. plantarum Roſſiae* perhibet; cui tamen aduerſatur deſcriptio et icon P. oppoſitifolii *itinerum (1. p. 484. n. 96. t. E. f. 2)*, quae, quidquid poſtmodum ſtatuerit auctor, aperte ad P. craſſifolium *illuſtrationum*, nec, ut ipſe vult, ad P. brachiatum referendae ſunt; ſic quaecunque de P. oppoſitifolio habent *Vahlius, Willdenouius* at alii, ex *itinere Pallaſii* deprompta ſunt.

481. POLYCNEMUM *ſcleroſpermum.*

P. ſubtetrandrum, ſubtetrapetalum glabrum, foliis ſemiteretibus mucronatis, perigonio fructus indurato. *Marſch. mem. moſq. 4. p. 22. n. 4.*

Synonyma adde: P. triandrum annuum ramoſiſſimum patulum, foliis carnoſis craſſis cylindricis ſubulato-mucronatis. *Pall. illuſtr. faſc. 4. p. 65. t. 56. Roemer et Schultes Syſt. veg. 1. p. 526.*

P. nuciferum. *Pall. it. 3. p. 635.*

482. POLYCNEMUM *malacophyllum. Marſch. mem. moſq. 4. p. 23. n. 5.*

Synonyma adde: *Roemer et Schultes Syſt. veg. 1. p. 526.*

Salsola (*pilosa*) fruticosa? ramosissima diuaricata, foliis elongatis cylindraceis obtusis sparsim piliferis, antheris petalophoris. *Pall. illustr. fasc. 3., p. 28. t. 20.*

483. POLYCNEMUM *brachiatum.*

P. triandrum pentapetalum pubescenti-glaucum, ramificationibus foliisque semiteretibus omnibus oppositis, corollis glabris. *Marsch. mem. mosq. 4. p. 23. n. 6.*

Synonyma adde: P. annuum pentandrum opposite ramosum glaucum, foliis semicylindraceis carnosis, floribus axillaribus confertis. *Pall. illustr. fasc. 4. p. 62. t. 52.*

P. oppositifolium. *Roemer et Schultes Syst. veg. 1. p. 525.* (*exclusis synonymis Vahlii, Willdenouii et Pallasii itin. ad P. crassifolium referendis.*)

P. triandrum. *Pall. ind. taur.*

Anabasis conjugata. *Hoffm. hort. mosq. a. 1808. n. 184.*

484. POLYCNEMUM *voluox. Marsch mem. mosq. 4. p. 24. n. 8.*

P. triandrum annuum erecto diuaricatum ramis oppositis alterne ramulosis, foliis elongatis filiformibus muticis. *Pall. illustr. fasc. 4. p. 60. t. 50.*

P. triandrum. *Marsch. casp. p. 79.*

P. salsum. *Flor. taur. cauc. n. 434.* (*cum synonymis, praeter Pallasii secundum auctorem ad P. brachiatum amandatum.*) *Roemer et Schultes Syst. veg. 1. p. 524.*

486*. BETA *macrorhiza.*

B. spicis simplicibus superne aphyllis, floribus ternis, foliis ouatis obtusissimis: summis subrotundis, caulibus prostratis,

radice perenni. *Steuen in mem. ſoc. nat. cur. mosq. 3. p. 257. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 15.*

Habitat in diſtrictu Kubenſi Caucaſi orientalis, in ſubalpinis circa Chinalug. ♃

Radix valida, fuſiformis, multiceps, intus rubra. *Flores* 2-3-gyni. *Steuen loc. cit.*

488. ULMUS *ſuberoſa.*

Ad *varietatem β* pumilam ſpectat: U. pumila A. *Pall. roſſ 1. p. 76. t. 48. f. D. E;* quam circa Derbentum abundare refert *Steuen in mem. ſoc. nat. cur. moſq. 3. p. 244.*

132*. PLANERA. Cal. 4-5-fidus. Cor. o. Nux coriacea, monoſperma. (*Stam. 4-6. Flores piſtillo deſtituti, inter hermaphroditos.)*

489*. PLANERA *Richardi.*

Pl. foliis ſubſeſſilibus oblongo-cordatis ſubcrenatim grande dentatis baſi emarginatis, capſulâ laeui. *Michaux flor. boreal. americ. 2. p. 248. Perſoon enchirid. 1. p. 291.*

Ulmus polygama. *Richard in act. paris. a. 1781.*

Rhamnus (*carpinifolius*) inermis, foliis ouatis crenatis venoſo-reticulatis glabris, fructu ſeſſili. *Pallas roſſ. 2. p. 24a. t. 10.*

Rhamnus ulmoides. *Güldenſt. it. 1. p. 313 et 427.*

Crescit ad radices promontorii Caucaſici auſtralis per Imeretiam, circa Kutais, in magnas ibi arbores excrescens, incolis *Selkwa* ſiue *Spno* dictas. Per Iberiam rariſſima eſſe videtur, ejusque paucos humiles et valde obeſos fruticulos tantum vidi in itinere iberico, in montibus lapidoſis, ad ſiniſtram Cyri

fluvii, inter Gori et Uplis-Ziche; ſic ſtaturâ varians, hoc quoque cognatam Ulmum imitatur. ♄

Statura Ulmi. *Rami* copioſi validi. *Cortex* brunneus, epidermide griſeo-albidâ. *Folia* alterna rigidiuscula breuiſſime petiolata nudiuscula ouata groſſe acute crenata, ſupra obſcure ſubtus pallide virentia venoſa, in elatis glaberrima, in depreſſis vero ſcabra. *Fructus* axillares, ſeſſiles, globoſo-acuti, hinc gibboſiores (ex icone piſo vix majores), ſicci, biloculares (?), nudi. *Pallas ex Güldenſt. manuſcr. loc. cit.*

Calyx membranaceus ſubanceps, 4-5 fidus. *Stamina* plerumque 4, quandoque 4-6, exſerta. *Germen* ouatum ſcabrum. *Stigmata* 2 oblonga. *Capſula* laeuis. *Michaux loc. cit.*

Planeram in ſyſtemate ſexuali commode affini *Ulmo* ſubnecti poſſe cum Cl. Perſoonio ſtatuo; cum *flores* omnes conformes ferat, quibusdam veluti per abortum organis femininis carentibus, nullâque regulâ fertilibus interſperſis.

Ulmum paruifoliam *Jacquini*, genuinam Ulmi ſpeciem, male a nonnullis cum Planerâ noſtrâ confundi monet *amiciſſ. Fiſcher in litteris.*

495. GENTIANA *gelida.*

Synonyma adde: G. alpina Adam. *Hoffm. hort. mosq. a. 1808. n. 1437.*

Conuenit ſtaturâ, foliis, inflorescentiâ et florum magnitudine atque formâ cum G. *ſeptemfidâ*, cui in Syſtemate proxime ſubnectenda eſt.

In montibus ſupra Gandscham nuper lecta eſt a *Steueno ſecundum mem. ſoc. nat. cur. moſq. 3. p. 249 et 257.*

496*. GENTIANA *umbellata.*

G. corollâ quinquefidâ ſubcampanulatâ fauce nudâ, pedunculis terminalibus umbellatis, calyce 5-partito: ſegmentis

lanceolatis corollae tubum superantibus, foliis ouato-oblongis obtusiusculis.

G. aurea? *Steuen in mem. soc. nat. cur. mosq. 3. p. 257.*

Habitat in ditionis Caucasi Kubensis alpestribus circa Chinalug. Floret aestate. ⊙

Plantula digitalis vel spithamaea tota glaberrima. *Radix* tenuis, luteola, annua. *Caulis* tetragonus inaequilaterus: angulis argutissimis; accedente cauliculo uno alteroue laterali multo minore. *Folia* 3-5-neruia: *radicalia* unguicularia spathulata; *caulina* majora magis oblonga et apicem versus angustata, vulgo trium oppositionum: unicâ radici proximâ e cujus axillis saepe *ramuli* breues caulibus secundariis similes; caeteris supra medium caulis, e quorum axillis *pedunculi* oppositi uniflori tenues folio interdum multo longiores, saepius autem vix aequantes. *Folia summa* vulgo quaterna inaequalia acutiuscula vices inuolucri sustinent, e cujus sinu *pedunculi* umbellati uniflori 4-6, in florente inuolucrum quandoque paullo superantes, utplurimum vero breuiores. *Flores* G. Amarellae floribus duplo minores. *Calyx* ultra dimidium quinquepartitus, corollâ paullo breuior: laciniis lanceolatis acutis inaequalibus. *Corolla* ex albido dilute coerulea simpliciſſime quinquefida: nullis inter limbi plicas appendicibus; *laciniis* limbi ouato-lanceolatis: nerno medio in breuem mucronem elongato, tubo duplo breuioribus.

Hujus summam cum G. *aureâ* affinitatem, maxime ex icone *Flor. dan. t. 344* corollas etiam coerulescentes monstrante, perspicio; tamen specie meam differre statuo, ob *pedunculos* umbellae terminalis longiores: floribus nequaquam subcapitatis, *calycis* profundius partiti segmenta latiora nec subulata, *corollam* constanter 5-fidam et coerulescentem: limbo ratione tubi breuiore, laciniis latioribus minusque acuminatis.

498. GENTIANA *angulosa.*

Synonyma adde: *Marsch. cent. plant. rar. rossic.* 1. *t. 47.*

G. verna γ. angulosa: major, calicibus carinato-alatis. *Wahlenb. carpat. sub n. 246. Hoffm. hort. mosq. a. 1808. n. 1444.*

G. bauarica. *Pallas ross.* 2. *p.* 110. (*excluso synonymo Linnaei.*)

G. uniflora. *Georgi it.* 1. *p. 203. t.* 1. *f.* 2.

In summâ Caucasi alpe Schadagh et Tyfendagh teste *Steueno in mem. mosq. 3. p. 257* Junio floret.

Fateor hanc G. vernae nimis affinem esse, quâcum conjungunt *Cl. Hoffmann et Wahlenberg l. c.* Pro *varietate* habebit, qui G. vernam vegetiorem, contra regulam Gentianarum, flore quadruplo majore ludere posse statuerit.

498*. GENTIANA *verna.*

G. corollâ 5-fidâ infundibuliformi crenulatâ: plicis bidentato-appendiculatis, foliis radicalibus ouatis confertis patentibus, caulinis acutiusculis.

G. corollâ 5-fidâ infundibuliformi, foliis ouatis acutiusculis: radicalibus patentibus, caulinis majoribus. *Linn. ed Willd.* 1. *p.* 1342. *Froelich monogr. n. 25. Smith brit.* 1 *p. 285. Engl. bot. 493. Botan. magaz. 491. Wahlenb. carpat. n.* 246. *Hall. hist. n. 644.*

G. bauarica. *Jacq. obs. 3. p. 19. t. 71.*

Ericala. *Reneal. specim. 75. t. 68. f. 2.*

Ad latera montis Beschtau legit *D. Wilhelms.* ♃

498*. GENTIANA *humilis.*

G. corollis 5-fidis infundibuliformibus, foliis cartilagineo-marginatis, calycis thecapodio breuioris dentibus rectis, caule basi ramosissimo: ramis subsimplicibus, floribus terminalibus solitariis.

G. corollis 5-fidis infundibuliformibus subsessilibus, foliis spathulatis margine membranaceis cauli adpressis, caule basi ramosissimo: ramis simplicibus unifloris. *Steuen in mem. soc. nat. cur. mosq. 3. p. 258.*

G. aquatica caucasica. *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 28.*

G. aquatica. *Pall. ross. 2. t. 97. f. 2. (quoad iconem.)*

G. humilis aquatica verna. *Amm. ruth. t. 1. f. 1. (quoad iconem.)*

In Caucasi subalpinis occurrit: ad montem Beschtau *L. B. a Vietinghoff,* in montibus Kubensibus Caucasi orientalis *Steuen.* ⊙

Pygmaeae plantulae *radix* exilis albida annua. *Cauliculi* vix digitales ex radice numerosi, supra radicem quandoque *ramo* uno alteroue aequante simplici aucti, toti foliosi, superne vix nisi ad lentem glanduloso-pilosi. *Folia* parua rigida glauco-viridia margine insigni albo-cartilagineo cincta: inferiora subrotunda, adscendendo minora angustiora acutioraque; caulina basi connato-vaginantia, apice subpatentia: summo pari flori approximato. *Flores* terminales solitarii parui. *Calyx* vix longitudine tubi corollae, ad unam tertiam quinquefidus: dentibus aequalibus lanceolatis acutis rectiusculis, sicut folia cartilagineo-marginatis. *Corolla* coerulescens quinquefida, limbo tubo multo breuiore: laciniis lanceolatis acutis, plicâ inter singulas in dentem paruum eductâ. *Capsula* intra calycem pedicellata: thecapodio calycem corollamque persistentem superante.

Cum hac in Sibiriâ occurrit affinis maxime

* GENTIANA *aquatica.*

G. corollis 5-fidis infundibuliformibus, foliis cartilagineo-marginatis, calycis thecapodium aequantis dentibus patentiſſimis, caule baſi ramoſiſſimo: ramis dichotomo-ramoſis, floribus terminalibus ſolitariis.

G. foliis margine membranaceis baſi coadunatis. *Linn. amoenit. 2. p. 343. Steuen in mem. ſoc. nat. cur. moſq. 3. p. 258.*

G. (*ſquarroſa*) corollâ 10-fidâ infundibuliformi, foliis ouato-ſubrotundis acutis, caule diuaricato ramoſo. *Ledebour in mem. acad. ſcient. petrop. 5. p. 527. n. 13.*

Differt a G. humili *cauliculis* elongato-ramoſis ſubdichotomis manifeſtius glanduloſo-piloſis, *foliis* caulinis etiam ſuperioribus ſubrotundis cum acumine, patentioribus (unde habitus ſquarroſus); *floribus* minoribus, *calycinis* dentibus minoribus horizontalibus, denique *thecapodio* multo breuiore. Quoad *corollae* ſtructuram nullum mihi discrimen apparuit. Eſſe hanc G. aquaticam *Linn.* ex deſcriptione hujus in *amoenit. l. c.* ubi primâ vice nomen ſuum obtinuit, liquet. Tam *Pallaſius in florâ roſſicâ 2. p. 109,* quam *Gmelinus in florâ ſibiricâ 4. p. 110. n. 76* utramque comprehendunt, ramoſiorem pro varietate ex loco natali commemorantes. Icon *Gmelini* curâ parata, ſummâ editoris incuriâ periit; etenim *t. 53. f. 1,* in *Florâ ſibiricâ* huc incaute relata G. ſulcatae eſt.

500. GENTIANA *caucaſica.*

Synonyma addo: *Aiton kew. ed. 2. P. 2. p. 111. Bot. magaz. t. 1038. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 28. Hoffm. hort. moſq. a. 1808. n. 1439.*

In alpibus ad fontes torrentis Jucharibaſch Caucaſi orientalis Auguſto florens occurit, teſte *Steueno in mem. ſoc. nat. cur. mosq. 3. p. 258.*

506. ERYNGIUM *campeſtre.*

Folia radicalia primigena et in hoc ſaepe indiuiſa.

507. ERYNGIUM *giganteum.*

Synonyma adde: *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 47. Beſſer catal. hort. cremenec. a. 1816. p. 55.*

E. glaucum Adami. *Hoffm. hort. moſq. a. 1808. n. 1309.*

508. SANICULA *europaea.*

Synonyma adde: S. foliis quinquelobis: lobis trifidis dentatis, caule aphyllo, floſculis omnibus (ſub-) ſeſſilibus. *Willd. enum. hort. berol. p. 299. Hoffm. umb. ed. 2. Vol. 1. p. 67. t. 1. f. 1 et p. 211. t. 1. B. f. 25. Spreng. prodr. umb. p. 24. n. 1.*

509. ASTRANTIA *major.*

Definiatur: A. foliis radicalibus palmato-quinquelobis inciſo-biſerratis ciliatis, caulinis lobatis petiolatis, inuolucellis lineari-lanceolatis ſubintegerrimis umbellulam aequantibus.

Synonyma adde: *Sprengel prodr. umb. p 20. n 1. Wahlenb. carp. n. 254. Steuen in mem. ſoc. nat. cur. mosq. 3. p. 258.*

Inuolucellorum foliola ſubinde verſus apicem uno alterue denticulo muniuntur. (*conf. Ballerum loc. cit. et Klocker ſiles. 1. p. 404. Schultes obs. p. 53. Steuen loc. cit.*)

In montofis Caucafi orientalis frequens. *Steuen l. c.*

Cum *varietate* A. minoris γ. *flor. franc. fub n. 3549*, quae noftra eft, quamque propriae effe fpeciei nuper perhibet *Cl. Decandolle in flor. franc. 6. fuppl. p. 515*, conjungunt auctores hujus florae Aftrantiam carniolicam.

509*. ASTRANTIA *intermedia.*

A. foliis radicalibus palmato-quinquelobis trilobifue incifo-biferratis ciliatis, caulinis lobatis fubpetiolatis, inuolucellis ouato-lanceolatis fpinulofo-ferratis umbellulam fuperantibus.

A. (*trifida*) foliis omnibus digitato-tripartitis, radicalibus fubtrilobis duplicato-ferratis ciliatis, inuolucris fparfim apice fpinulofis. *Hoffm. umbellif. ed. 2. Vol. 1. praefat. p. 8 in notâ. Vietinghoff et Hoffm. hort. ficcus Caucafic.*

A. (*caucafica*) foliis inferioribus palmatis 5-lobis: lobis oblongis incifis cuspidato-ferratis, fuperioribus 3-fidis, inuolucri foliolis coloratis ferratis. *Sprengel defcr. umb. rar. p. 17. n. 19.*

A. major tridentata Steueni. *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 47.*

Habitat in Caucafi iberici alpeftribus (*Hoffmann*); eandem in Caucafi orientalis fubalpinis circa Dfcheigh legit *Steuen.* ♃

Secundum fpecimen mihi ab *amiciff. Steueno* communicatum, cum A. majori vulgari atque vegetiore quoad *folia* ita conuenit, ut de his ultro nihil habeam quod addam; quoad *umbellam* vero exacte refert A. heterophyllam, nifi quod denticuli fpinulofi *foliolorum inuolucelli* paullo appareant profundiores et inaequales. Quare, cum folia tripartita non femper proftent, adeoque *nomen triuiale Hoffmanni* non in omnia in-

diuidua quadret, fubſtitui huic aliud, affinitatem cum praecedente et ſequente ſignificans, in quo me *viri Cl. et amiciſſimi* veniam facile impetraturum eſſe confido, tanto quidem magis, quod priſtinum rarae plantae nomen per ſcripta botanicorum nondum inualuerit; immo diuerſâ ratione a *Cl. Sprengelio loc. cit.* fuerit immutatum.

510. ASTRANTIA *heterophylla.*

Definiatur: A. foliis radicalibus palmato-trilobis inaequaliter biserratis ciliatis ſubinciſis, caulinis ſeſſilibus lobatis indiuiſisque, inuolucellis ouato-lanceolatis ſpinuloſo-ferratis umbellulam ſuperantibus.

Synonyma adde: *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 47. Hoffm. hort. moſq. a. 1808. n. 425 et umbell. ed. 2. Vol. I. praefat. p. 8 in notâ. Sprengel. prodr. umb. p. 20. n. 5 et deſcr. umb. rar. p. 17 obſ. ad n. 19. Steuen in mem. ſoc. nat. cur. moſq. 3. p. 258.*

A. (*maxima*) foliis trilobatis mucronato-ferratis, inuolucris ſubdecaphyllis ouato-lanceolatis ſupra medium ſpinuloſo-ferrulatis. *Botan. magaz. 1553. Pall. in nou. act. acad. ſcient. petrop. 7. p. 357. t. 11.*

A. helleborifolia. *Hooker parad. lond. t. 60. Aiton kew. ed. 2. P. 2. p. 119.*

Per Caucaſi orientalis ſubalpina paſſim quoque legit *Steuen.*

Variat folio caulino intermedio etiam trilobo, nec, ut ſolet, indiuiſo.

139. BUPLEURUM. Fructus ouato-oblongus, obtufus. Semen 5-coftatum: coftis anguftis, aequalibus, duabus marginalibus. Petala inuoluta. Inuolucella polyphylla, rotata. (Bupleurum Hoffm. *Valleculae euittatae. Inuol. uniuers.* o. Diaphyllum Hoffm. *Valleculae euittatae. Inuol. utrumque.* Ifophyllum Hoffm. *Valleculae vittatae. Inuol. utrumque.*)

511. BUPLEURUM *rotundifolium.*

Synonyma adde: *Hoffm. umb. ed. 2. Vol. 1. p. 114. t. 1. f. 2 et p. 210. t. 1. B. f. 15. Sprengel prodr. umb. p. 38. n. 1 et fynon. umb. in mem. foc. bot. ratisb. a. 1815. p. 98.*

512. BUPLEURUM *falcatum.*

Synonyma adde: *Sprengel prodr. umb. p. 39. n. 8 et fynon. umb. in mem. foc. bot. ratisb. a. 1815. p. 99.*

Ifophyllum falcatum. *Hoffm. umb. ed. 2. Vol. 1. p. 115.*

Affinem fpeciem Caucafo indigenam, quae mihi ultro non innotuit „B. (*polyphyllum*) inuolucellis hexaphyllis lanceolatis „acuminatis, uniuerfali fubnullo, foliis lanceolatis amplexicau„libus„ defcripfit *Ledebour in mem. acad. fcient. petrop. 5. p. 528. n. 14.*

513. BUPLEURUM *baldenfe.*

Synonymon adde: Ifophyllum baldenfe. *Hoffm. umb. ed. 2. Vol. 1. p. 115.*

B. orientale anguſtifolium, ſemine longiori. *Tourneſ. cor. p. 21.*

Ex ſpecimine ſicco olim mihi a *Willdenouio* communicato certus ſum, quod de hujus auctoris plantâ loquar; itaſica vero *Turrae*, mihi ignota, quum a *Cl. Sprengelio prodr. umb* p. 32 ad Tenoriae genus referatur, a quo noſtrae fructus abhorret, fortaſſis ſpecie differt.

Fructus magis oblongus quam in affinibus, nigricans. *Semina* coſtis 5 argutiuſculis, valleculis ſubtiliſſime ſtriatis commiſſurâ parum concauâ vix duplo anguſtioribus.

514. BUPLEURUM *Gerardi.*

Synonyma adde: *Lamarck et Decand. flor. franc. n. 3544. Sprengel prodr. umb* p. 39. n. 12.

Iſophyllum Gerardi. *Hoffm. umb. ed. 2. Vol. 1. p. 115.*

515. BUPLEURUM *junceum.*

Synonyma dubia adde: *Lamarck et Decand. flor. franc. n. 3545? Sprengel prodr. umb. p. 39. n. 13? et ſynon. umb. in mem ſoc. bot. ratisb. a. 1815. p. 99?*

Iſophyllum junceum. *Hoffm. umb. ed. 2. Vol. 1. p. 115?*

139*. ODONTITES. Fructus ouatus, tuberculatus: coſtis obliteratis. Petala inuoluta. Inuolucella polyphylla, rotata.

515*. ODONTITES *tenuiſſima.*

O. umbellis terminalibus ſubtriſidis: lateralibus ſimplicibus, inuolucellis ſubulatis umbellulam pauciſloram aequantibus.

O. flosculis involucra aequantibus, umbellis alternis terminalibusque, foliis linearibus mucronatis, caule ramosissimo. *Wallroth flor. halens. suppl. 3. p. 49. Sprengel prodr. umb. p. 53. n. 3. Hoffm. umb. ed. 2. Vol. 1. p. 116 et 209. t. 1. B. f. 10. b.*

Bupleurum *(tenuissimum)* umbellis simplicibus alternis pentaphyllis subtrifloris. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1375. Smith brit. 1. p. 293. Engl. bot. 478. Lamarck et Decand. flor. franc. n. 3453. Hall. hist. n. 774.*

Passim per Caucasum reperitur. *Varietatem* elatiorem habeo, facie Bupleuri Gerardi, versus ostia Cyri circa oppidulum Sallian lectam. ⊙

515**. ODONTITES *gracilis.*

O. umbellis terminalibus lateralibusque subtriradiatis, involucellis lanceolatis umbellulâ fructiferâ breuioribus.

O. gracilis Marsch. *Hoffm. umb. ed. 2. Vol. 1. p. 209.*

Habitat frequens in argillosis subsalsis circa Kisljar et passim in Tauriâ meridionali. ⊙

Statura O. semicompositae. *Folia* angustiora quam in hac, sed latiora quam in O. tenuissimâ, nervosa. *Umbellae* terminales radiis circiter 3 (rarius 4–6) inaequalibus gracilibus involucro umbellulisque multo longioribus; *laterales* terminali subsimiles radiis quandoque tantum 2, aut umbellula solitaria pedunculata. *Involucrum universale* breue, foliolis lanceolatis acutis, totidem quot radii in umbellâ. *Umbellulae* 5-8-florae: *involucellis* pentaphyllis lanceolatis acutis umbellulam florentem subaequantibus. *Pedicelli* florum breues, fructiferi longitudine involucelli, ultra quod *fructus* eminent congeneribus similes subrotundo-ouati vix compressi undique tuberculis minutis copiosis exasperati: costis 3 obliteratis aequidistantibus. Accedit proxime ad O. tenuissimam, a quâ *di-*

gnoscitur. caule ramisque haud ita tenuibus. foliis nonnihil latioribus, umbellarum etiam lateralium saepe compositarum pedunculis atque radiis longioribus, fructibus in quauis umbellulâ pluribus longiusque pedicellatis, denique inuolucellis latioribus et ratione umbellulae breuioribus.

139**. ECHINOPHORA. *Inuolucella* multipartita, basi urceolata. Flores radii masculi, laciniis inuolucelli impositi: femineus centralis, solitarius. Fructus indiuisus, intra urceolum inuolucelli indurati.

515***. ECHINOPHORA *tenuifolia*.

E. foliolis incisis inermibus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1379. Sprengel prodr. umb. p. 33. n. 2. Steuen in mem. soc. nat. cur. mosq. 3. p. 249 et 258.*

E. orientalis montana spinosa *Tournef. cor. p. 44. Buxb. cent. 5. p. 44. app. n. 27.*

Crescit in agris supra Gandscham. Floret Augusto. ♃

Inuolucelli laciniae supra insertionem flosculi masculi bifidae.

516. TORDYLIUM *maximum*.

Synonyma adde: *Hoffm. umb. ed. 2. Vol. 1. p. 201. Engl. bot. 1173.*

Heracleum Tordylium. *Sprengel prodr. umb. p. 12. n. 8, umb. rar. n. 49 et synon. umb. in mem. soc. bot. ratisb. a. 1818. p. 52.*

Seseli creticum secundum. *Tabern. Kraeuterb. p. 308.*

141. CAUCALIS. Fructus ouali s compreſſiuscu-
lus: coſtis 5 ſetoſis aculeatisue, valleculis
aculeatis. Inuolucri utriusque foliola in-
diuiſa. Petala inaequalia, ſaepe radiantia.
(Caucalis Hoffm. *Coſtae ſeminum omnes ſetoſae. Valeculae jugo diſtincto, bifariam elongato-aculeato.* Or-
laya Hoffm. *Coſtae ſeminum 2 marginales obliteratae aſperae, 3 dorſales ſetoſae. Valleculae jugo diſtincto trifariam elongato-aculeato.* Turgenia Hoffm. *Coſtae ſeminum 2 marginales obliteratae aſperae, 3 dorſales valleculaeque jugo elongato aculeata.* Torilis: Adans. Gaertn. Spreng. Hoffm. *Coſtae ſeminum valleculaeque ſetis aculeisque confertis armatae.)*

517. CAUCALIS *grandiflora.*

Synonyma adde: *Sprengel prodr. umb. p. 23. n. 4 et ſynon umb. in mem. ſoc. bot. ratisb. a. 1815. p. 85.*

Orlaya grandiflora. *Hoffm. umb. ed. 2. Vol. 1. p. 58 et illuſtr. umb. p. 15. 16.*

518. CAUCALIS *platycarpos.*

Synonyma adde: *Hoffm. umb. ed. 2. Vol. 1. p. 57. Sprengel prodr. umb. p. 24. n. 8 et ſynon. umb. in mem. ſoc. bot. ratisb. a. 1815. p. 86. Jacq. hort. vind. 3. p. 9. t. 10.*

Eandem circa Derbentum obſervauit *Steuen ſecundum mem. ſoc. nat. cur. moſq. 3. p. 259.*

519. CAUCALIS *daucoides.*

Synonyma adde: C. inuolucellis 3-5-phyllis, feminum aculeis connatis uncinatis glabris. *Hoffm. umb. ed. 2. Vol. 1. p. 56. t. 1. f. 14 et p. 212. t. 1. B. f. 31. Sprengel prodr. umb. p. 23. n. 3 et ſynon. umb. in mem. ſoc. bot. ratisb. a. 1815. p. 85.*

C leptophylla. *Poll. pal. n. 272.* (*deſcriptio, non ſynonyma.*)

Seminum coſtae ſetis ſparſis rectis hiſpidae, vallecularum juga canaliculata: aculeis biſariis mediocribus baſi craſſiore etiam canaliculatis.

520. CAUCALIS *leptophylla.*

Synonyma adde: *Hoffm. umb. ed. 2. Vol. 1. p. 57. Sprengel prodr. umb. p. 24. n. 10 et ſynon. umb. in mem. ſoc. bot. ratisb. a. 1815. p. 86. Jacq. hort. vind. 3. p. 2.*

Hanc circa Derbentum etiam occurrere refert *Steuen in mem. ſoc. nat. cur. moſq. 3. p. 259.*

Fructus anguſtior quam in congeneribus, quare et inte-gumenti feminum partes valde anguſtatae ſunt, imprimis coſtae minutim ſetuloſo muricatae.

521. CAUCALIS *nodoſa.*

Synonyma adde: Torilis nodoſa. *Hoffm. umb. ed. 2. Vol. 1. p. 53 et 212. t. 1. B. f. 35. e. Sprengel prodr. umb. p. 24. n. 2 et ſynon. umb. in mem. ſoc. bot. ratisb. a. 1815. p. 87.*

Seminum ſetae aculeique etiam in hac ſpecie ſolennem Caucalidis generi ordinem ſeruant; ſunt vero coſtae admodum tenues et minutis tuberculis aſperae, ita quidem, ut in iis

praefertim feminibus, quorum et valleculae loco ſpinarum tubercula obtinent, tota ſuperficies inordinatim tuberculato-hiſpida appareat. Sed femina aculeis praedita ſtructurâ ſuâ praecedentis feminibus plane reſpondent.

522. CAUCALIS *latifolia.*

Synonyma adde: *Sprengel prodr. umb. p. 24. n. 5 et ſynon umb. in mem. ſoc bot. ratisb. a. 1815. p. 86.*

Turgenia latifolia. *Hoffm. umb. ed. 2. Vol. 1. p. 59 et illuſtr. umb. p. 15. 16.*

523. CAUCALIS *orientalis.*

C. umbellâ multifidâ, umbellulis polyſpermis, foliis ſupradecompoſitis: lacinulis abbreviatis, germinibus lanuginoſo-villoſis hiſpidis, fructuum aculeis disco longioribus.

C. orientalis. *Flor. taur. cauc. n. 523. (excluſis ſynonymis Buxbaumii et Paliaſii, varietate β et loco natali Tauriâ.) Hornem. hort. hafn. a. 1813. p 270. Sprengel prodr umb. p. 23. n. 2? et ſynon. umb. in mem. ſoc. bot. ratisb. a. 1815. p. 85?*

Per Caucaſum etiam orientalem minime rara eſt.

523*. CAUCALIS *pulcherrima.*

C. umbellâ multifidâ, umbellulis polyſpermis, foliis ſupradecompoſitis: lacinulis abbreviatis, germinibus ſetoſo-villoſis hiſpidis, fructuum aculeis disco longioribus.

C. *(pulcherrima)* involucellorum foliolis ciliatis cuspidatis, umbellâ radiatâ, foliis ſupradecompoſitis, laciniis foliolorum linearibus. *Willd. enum. hort. berol. p. 303. Hoffm. umb. ed. 2. Vol. 1. p. 57 et 212. t. 1. B. f. 31. a. d. f. 36. c. Catal. hort. goreńk. a. 1812. p. 46. Beſſer cat. hort.*

cremenec. a. 1816. p. 32. Hornem. hort. hafn. a. 1813. p. 270.

C. orientalis β. *Flor. taur. cauc. n. 523. Pall. ind. taur.*

C. orientalis aruenſis tenuifolia flore purpureo magno fructu. *Tournef. cor. p. 23? Buxb. cent. 3. p. 16. t. 28?* (*niſi haec potius ad C. platycarpam ſpectet.*)

Litoribus marinis ſabuloſis Tauriae familiaris eſt, nec per Caucaſum exulat.

Hanc atque praecedentem, ſimillimas *plantas*, ſeparaveram olim in aduerſariis meis, mox conjunxeram, jam iterum ſejungo. *Synonymorum* diſtributionem, incertus quamuis, tentaui; eos potiſſimum auctores, qui ſuae plantae proceritatem urgent, prieri aſſcribens. Utraque conuenit *foliis* tenuiſſime diuiſis: lacinulis perbreuibus oblongis obtuſiusculis, pilis breuibus ſparſis ſaepe hiſpidulis, interdum vero glabriuſculis; *inuolucro univerſali* foliolo uno alteroue breui membranaceo caduco; *partiali* foliolis 6-8 lanceolato-ſubulatis acuminatis margine membranaceis villoſulis radiis umbellulae breuioribus; *corollulis* albis, per umbellae circumferentiam radiantibus. *Differt* vero poſterior *ſtaturâ* minore vix bipedalem ſuperante, dum prior quadripedalis immo quandoque orgyalis fit; *vaginis foliorum* imprimis ſuperioribus oblongo-ellipticis, nec ut in priore longo-lanceolatis; *ſeminibus* majoribus: vallecularum aculeis quidquam validioribus, coſtarum ſetis minus copioſis apice glochidibus, quae in priore minutiores ſed copioſiores et apice villis longioribus copioſioribusque penicillatis inſtructae ſunt, quo fit, ut in florente *germina* tota lanugino ſa appareant: aculeis paſſim e lanâ emergentibus.

524. CAUCALIS *litoralis.*

Synonyma adde: *Hoffm. umb. ed. 2. Vol. 1. p. 57 et 312. t. 1. B. f. 36. b. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 46.*

Cachrys litoralis. *Spreng. prodr. umb. p. 20. n. 5. Beſſer cat. hort. cremenec. a. 1816. p. 26.*

525. CAUCALIS *aruenſis.*

Synonyma adde: *Lamarck et Decand. flor. franc. n. 3510. Beſſer galic. 1. p. 202. Perſoon enchirid. 1. p. 306.*

C. infeſta. *Curt. lond. Smith brit. 1. p. 299. Engl. bot. 1314.*

Scandix infeſta. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1454.* (varietas *anomala ex culturâ*)

Torilis infeſta. *Hoffm. umb. ed. 2. Vol. 1. p. 53.*

Torilis heluetica (et infeſta). *Spreng. prodr. umb. p. 24. n. 3. 5 et ſynon. umb. in mem. ſoc. bot. ratisb. a. 1815. p. 87.*

Varietatem notabilem umbellis omnibus tantum biradiatis ex Tauriâ meridionali habeo, cui ſimillimam luſitanicam ex dono *illuſtr. Com. Hoffmannsegg* ſervo.

Caucalin (Torilin) *Anthriscum*, cujus duas varietates caucaſicas commemorat *Cl. Hoffmann* (*umb. p. 53*), equidem hucusque inter taurico-caucaſicas non vidi; caeterquin in Bessarabiâ et in Ucraniâ minime rara eſt.

526. DAUCUS *Carota.*

Synonyma adde: *Hoffm. umb. ed. 2. Vol. 1. p. 63. t. 1. f. 10. p. 204. tab. tit. f. 1 et p. 211. t. 1. B. f. 26. a. b. Spreng. prodr. umb. p. 23. n. 1.*

527. AMMI *Visnaga.*

Synonyma adde: *Sprengel prodr. umb. p. 41. n. 4 et ſynon. umb. in mem. ſoc. bot. ratisb. a. 1815. p. 102.*

527*. AMMI *acaule.*

A. umbellâ radicali ſubproliferâ.

A. acaule. *Sprengel prodr. umb. p. 41. n. 5.*

Bunium (*acaule*) petalis ouato-lanceolatis incuruis, ſeminibus ouatis, valleculis 3-ſtriatis vittatisque. *Hoffm. umb. ed. 2. Vol. 1. p. 87 et 108. Flor. taur. cauc. n. 352. (cum ſynonymo.)*

In ſubalpinis Caucaſi orientalis circa torrentem Jucharibaſch etiam obuium, teſte *Steuen mem. moſq. 3. p. 259*, et nuperrime in Caucaſo ciſalpino circa Nartſana.

Calycis proprii vix rudimentum. *Petala* ochroleuca. *Stylopodium* puluinatum bilobum margine obtuſe lobatum. *Styli* breues demum reflexi. *Fructus* ſimilis Caro carui paullo craſſior nigricans. *Spermapodium* ſimplex, ne quidem apice fiſſum, vix emarginatum. *Semina* coſtis 5 aequidiſtantibus abbreuiatis: duabus marginalibus, valleculis ſtriis interruptis ruguloſis, commiſſurâ oblongo-ellipticâ planiuſculâ valleculo vix duplo latiore, ſtriato-ruguloſâ. *Umbella* radicalis, dum floret ſeſſilis, demum pedunculo breuiſſimo ſupra radicem extolli ſolet; radii ejus ſeminiferi valde elongantur, e quibus unus alterue prolifer ſubcaulescit umbellamque fert compoſitam, foliis nonnullis radicalibus ſimilibus ſed minoribus inuolucratam, ſemper ſterilem.

144. BUNIUM. Fructus oblongus. Semina coſtis 5, aequalibus, anguſtis: duabus marginalibus; valleculis ſtriato-rugulofis. Inuolucrum utrumque breue: foliolis ſubulatis; ſeu o. Cal. Stylopodiumque undulato-lobata. (Bunium Hoffm. *Seminum coſtae utrinque ſtriâ diſtinctae. Inuolucella polyphylla.* Drepanophyllum Hoffm. *Calycis acute dentati ſtylopodiique margo undulatus latior. Inuol. utrumque polyphyllum.* Carum Hoffm. et auct. *Semina peranguſta. Inuolucrum utrumque ſubnullum.*)

528. BUNIUM *majus.*

Synonyma adde: *Hoffm. umb. ed. 2. Vol. 1. p. 108 et p. 211. t. 1. B. f. 33. (qui B. flexuoſum Smithii diſtinguit.)*

B. flexuoſum. *Engl. bot. 988.*

B. denudatum. *Lamarck et Decand. flor. franc. n. 3496.*

Myrrhis Bunium. *Spreng. prodr. umb. p. 29. n. 10 et ſynon. umb. in mem. ſoc. bot. ratisb. a. 1815. p. 92.*

Bulbocaſtanum mas Tralliani. *Dalech. hiſt. 1. p. 666. (ob deficiens ex icone inuolucrum.)*

529. BUNIUM *Carui.*

Synonyma adde: Carum Carui. *Hoffm. umb. ed. 2. Vol. 1. p. 86. t. 1. f. 25 et p. 210. t. 1. B. f. 20. Spreng. prodr. umb. p. 31.*

In montibus altioribus Caucasi iberici nuper etiam observatum est.

530. BUNIUM *Falcaria.*

Synonyma adde: Drepanophyllum (*agreste*) foliis pinnatis linearibus serratis: serraturis margine cartilagineis. *Hoffm. umb. ed. 2. Vol. 1. p. 109 et illustr. umb. p. 22.*

Sium Falcaria. *Spreng. prodr. umb. p. 31. n. 4 et synon. umb. in mem. soc. bot. ratisb. a. 1815. p. 93.*

Sipek plantam vocant Armeni Persiae incolae eorumque coloni ad Terek habitantes, qui caulibus junioribus aceto conditis vescuntur.

Huic quoad calycis stylopodiique lobos undulatos magis protuberantes inter congeneres proximum est detectum a me, ante quindecim et quod ultra est annos, ad radices collium circa coloniam Sareptanam, tumque nomine suo donatum, deinde a botanicis, qui jussu et sumptibus *Illustr. C. A. Razumowski* per Rossiae australiora iter fecere ibidem iterum lectum, nuper vero a solertissimo botanico *Henningio* in Tanais inferioris regionibus, denique ab indefesso *D. Andrzejowski* in Podoliâ australiori inventum

* BUNIUM *luteum.*

B. pinnis decussatis: pinnulis linearibus basi confluentibus, involucri utriusque foliolis margine membranaceis, fructibus linearibus.

B. radice tuberosâ, involucro utroque membranaceo polyphyllo, corollis luteis. *Hoffm. umb. ed. 2. Vol. 1. p. 108.*

Radix tuber ſimplex ſubrotundum ut in B. majore, cui *planta* noſtra ſtaturâ et habitu quoque reſpondet. *Caulis* ſtriatus, praeter umbellas laterales ſimplex. *Folia* tenuiter laciniata fere ſubſequentia. *Umbellae* laterales terminalibus brevius pedunculatis altiores. *Involucrum utrumque* foliolis circiter 5 brevibus lanceolato-ſubulatis. *Petala* amoene lutea. *Calycis* lobi obtuſiuſculi. *Fructus* lineari-oblongi, demum nigricantes. *Spermapodium* bipartitum. *Semina* magnitudine Cari adhuc tenuiora vix curvula: coſtis anguſtiſſimis, valleculis ſtriato-ruguloſis, commiſſurâ lineari concaviuſculâ.

531. BUNIUM *peucedanoides.*

Definitur: B. pinnis decuſſatis: pinnulis linearibus confluentibus, involucri utriusque foliolis ſubulatis, fructibus ſubovatis.

Synonyma adde: *Hoffm. umb. ed. 2. Vol. 1. p. 108.*

Sium peucedanoides. *Spreng. prodr. umb. p. 41. n. 5.*

Fructus cinerascentes breviores quam in congeneribus et argutius coſtati. *Valleculae* evidenter ſtriato-ruguloſae, ſicut *commiſſura* plana feminum. *Spermapodium* bipartitum Forſtaſſis ad *Cnidium* referendum.

533. CONIUM *maculatum.*

Synonyma adde: C. ſeminibus ſtriatis, involucellis umbellulae radiis multo brevioribus lanceolatis. *Willd. enum. hort. berol. p. 305. Spreng. prodr. umb. p. 38. n. 1.*

C. radice fuſiformi, caule maculato laevi, foliis ſuprade-compoſitis: pinnulis pinnatifidis, laciniulis lineari-lanceolatis mucronulatis. *Hoffm. umb. ed. 2. Vol. 1. p. 101. t. 1. f. 3, p. 210. t. 1. B. f. 13 et p. 214. t. 3. f. 2. J.-M.*

146. OREOSELINUM. Fructus compreſſo-planus, marginatus. Semina 5-coſtata: coſtis dorſalibus filiformibus, marginalibus membranaceo-dilatatis; valleculis ſtriatis, commiſſurâ planâ: lineis 2 coloratis. Petala inflexo-emarginata.

534. OREOSELINUM *caucaſicum*.

O. foliolis cuneiformi-ouatis incisis, inuolucro ſubnullo, inuolucellis unilateralibus ſubulatis.

Selinum caucaſicum. *Flor. taur. cauc. n. 534. Hoffm. umb. ed. 2. Vol. 1. p. 155 et praefat. p. 14.*

Imperatoria caucaſica. *Spreng. prodr. umb. p. 17. n. 6.*

Idem in montibus circa Gandſcham nascitur, ex relatione *Steueni in mem. ſoc. nat. cur. moſq. 3. p. 259.*

Inuolucrum uniuerſale non ſemper deficit, verum ſaepe foliolo uno alteroue ſubulato abſoluitur. *Stylopodium* inſigne lobatum. *Styli* breues, demum longitudine ſtylopodii. Eſſe diſtincti generis, ſicut inſequens, cui proximum, monet *Hoffm. loc. cit.*

534*. OREOSELINUM *Chabraei*.

O. foliorum vaginis elongatis flaccidis, pinnulis cuneiformibus furcatis, inuolucro ſubnullo.

O. Chabraei. *Beſſer catal. hort. cremenec. a. 1816. p. 94.*

Selinum (*Chabraei*) caule tereti ſtriato, inuolucro uniuerſali nullo, vaginis foliorum laxis, (foliolis filiformi linearibus).

Linn. ed Willd. 1. p. 1399. Jacq. auſtr. 1. t. 72. Lamarck et Decand. flor. franc. n. 3491.

Selinum caruifolia. *Cranz faſc. 3. p. 22. t. 3. f. 2.*

Imperatoria (*Chabraei*) vaginis foliorum elongatis flaccidis, foliis bipinnatifidis: foliolis linearibus acuminatis, inferioribus ſubdecuſſatis; caule tereti ſtriato. *Spreng. umbell. rar. n. 67 et prodr. umb. p. 17. n. 5.*

Caruifolia. *Chabr. ſtirp. 389. J. Bauh. hiſt. 3. p. 171.*

Occurrit in nemoroſis circa Tiflin, quod inter plantas ſiccas caucaſicas Güldenſtaedtii, quae in herbarium Pallaſianum et deinde in herbarium Gorenkenſe tranſiere nuper etiam vidi.

Stylopodium ſtylique fere praecedentis.

Ad varietatem latifoliam, Ucraniae familiarem videtur referendum O. podolicum (Selinum podolicum *Beſſer galic. 2. app. p. 392. n. 1212. Hoffm. umb. ed. 2. Vol. 1. p. 155*).

535. OREOSELINUM *legitimum.*

Selinum Oreoſelinum. *Flor. taur. cauc. n. 533. (cum ſynonymis) Spreng. prodr. umb. p. 15. n. 4 et ſynon. umb. in mem. ſoc. bot. ratisb. a. 1818. p. 53. Beſſer galic. n. 335.*

Hoc, nec, ut autumant *Hoffmann loc. cit. et Beſſer catal. a. 1816. p. 94*, praecedens, enumeraui in *Flor. taur. caucaſicâ;* quod quidem luculenter ex propoſitâ a me definitione ſpeciei apparere mihi perſuadeo.

Involucrum utrumque polyphyllum: foliolis ſubulatis. *Calycis* denticuli ſubulati patuli admodum conſpicui. *Styli* etiam florentis ſtylopodio longiores. *Seminum* nucleus latior quam reliquorum, unde ſtriae commiſſurales margini contiguae magis inter ſe diſtant.

536. OREOSELINUM *latifolium.*

Selinum latifolium. *Flor. taur. cauc. n. 536. Hoffm. umb. ed. 2. Vol. 1. p. 155. Spreng. prodr. umb. p. 15. n. 5. Willd. enum. hort. berol. p. 307.*

Angelica laeuigata. *Flor. taur. cauc. 1. append. p. 424. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 45.*

Hoc quoque *genere* diſtinguendum eſſe ab Oreoſelino monet *Hoffm. loc. cit.* Conueniunt tamen *fructui* caracteres generici hic a me propoſiti, ſicut O. Chabraei. *Inuolucrum* utrumque polyphyllum et *ſtyli* longi, ut in O. legitimo.

147. ATHAMANTA. Fructus ouato-oblongus, pubescens. Semina 5-coſtata: duabus marginalibus, commiſſurâ planâ: vittis ſubquaternis. Inuolucrum utrumque polyphyllum. (*Calyx proprius denticulis acutis.*)

537. ATHAMANTA *ſibirica.*

A. foliis pinnatis inciſo-angulatis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1401.*

A. Libanotis. *Flor. taur. cauc. n. 537.* (*excluſis ſynonymis.*)

A. foliis pinnatis, pinnis pinnatifidis: radicalium circa coſtam decuſſatis. *Gmel. ſib.* 1 *p. 186. n. 3. t. 40. f. 2.*

Liguſticum ſibiricum. *Spreng. prodr. umb. p. 40. n. 7.*

Non aliter *differt* ab A. Libanoti, quam quod *pinnas primarias* vix unquam vere compoſitas, ſed modo varie pinnatifidas atque inciſas habeat; quare et ipſe *foliorum* ambitus in uniuerſum anguſtior eſt, pinnae vero majores et crebrius in

cisae: lobo baseos decussatim magis elongato. Non cessat apud me *varietatis* suspicio.

147*. CNIDIUM. Fructus ovatus, glaber. Semina 5-costata: costis aequalibus, argutis, duabus marginalibus; commissurâ planâ, vittatâ. Involucella polyphylla. (*Calycis proprii margo obtuse lobatus.*)

538. CNIDIUM *myrrhifolium.*

Athamanta alata. *Flor. taur. cauc. n. 538. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 46. Besser cat. hort. cremenec. a. 1816. p. 20.*

Ligusticum alatum. *Spreng. prodr. umb. p. 40. n. 11.*

Semina eo quoque Athamantae respondent, quod commissura instruatur vittis 4-6 protuberantibus, nec duabus tenuissimis uti Cn. Monnierii. Caeterum videtur cum Cn. apioidi *Spreng.* (Laserpitio filaifolio *auct.*) affinitate naturali proxime conjungi.

538*. CNIDIUM *Silaus.*

Cn. pinnulis pinnatifidis: lacinulis lineari-lanceolatis venosis, involucro paucifolio, seminum commissurâ multistriatâ.

Cn. Silaus. *Sprengel prodr. umb. p. 40. n. 4 et synon. umb. in mem. soc. bot. ratisb. a. 1815. p. 100.*

Peucedanum Silaus. *Flor. taur. cauc. n. 541. (cum synonymis.)*

538**. CNIDIUM *caruifolium.*

Laserpitium caucasicum. *Flor. taur. cauc. n. 555.*

Monſtrant *fructus*, quamuis in noſtris ſpeciminibus immaturi, hoc ad Cnidium potiſſimum amandandum eſſe, ſicut affine Laſerpitium dauricum (Ligusticum *Gmel. ſib. 1. t. 46*, a *Sprengelio* dubie ad Cn. apioides citatum *in ſynon. umb. mem. ſoc. bot. ratisb. a. 1815. p. 99*). *Stylopodium* cum *ſtylis* atropurpureum, ut in daurico. Quaedam etiam cum Mutellinâ affinitas naturalis intercedere videtur.

538***. CNIDIUM *meifolium*.

Cn. pinnulis profunde pinnatifidis: lacinulis lineari-ſubulatis, inuolucro inuolucellisque polyphyllis ſubulatis reflexis.

Habitat in Caucaſi alpeſtribus.

Planta ex paucis ſpeciminibus ſiccis haud ſufficienter mihi nota, *habitu* et *foliis* ad Meum accedens, a quo tamen manifeſte differt *foliorum lacinulis* quamuis peranguſtis tamen haud ita ut in Meo capillaribus, tum praeſentiâ *inuolucri uniuerſalis* ex 6-8 foliolis anguſtis reflexo-patulis foliorum caulinorum lacinulis conſimilibus conflati. *Inuolucella* formâ inuolucri: foliolis radiis longioribus. *Corollae* amoene roſeae *Fructus*, quousque ex immaturis concludere licet, Cnidii ſunt. Praeter tenuitatem foliorum inuolucrorumque, etiam a praecedente non alienum eſt.

148. PEUCEDANUM. Fructus compreſſo-planus, marginatus. Semina 5-coſtata: coſtis dorſalibus filiformibus, marginalibus membranaceo-dilatatis; valleculis ſtriatis, commiſſurâ planâ: lineis 2 coloratis. Petala inflexa, dorſo ſubcanaliculata. (*Cal. denticuli minimi acuti. Stylopodium crenatum. Styli breues.*)

538****. PEUCEDANUM *officinale. Marſch. flor. taur. cauc. I. p. 215.* (*in notâ ad P. ruthenicum.*)

P. foliis quinquies tripartitis filiformibus linearibus. *Linn. ed. Willd. I. p. 1405. Smith brit. I. p. 305. Schkuhr bot. t. 63. Steuen in mem. ſoc. nat. cur. mosq. 3. p. 259. Spreng. prodr. umb. p. 13. n. 1 et ſynon. umb. in mem. ſoc. bot. ratisb. a. 1815. p. 76. Gaertn. fruct. I. p. 89. t. 21.*

Peucedanum. *Tabern. Kraeuterb. p. 163.*

In montoſis circa Gandſcham reperitur. *Steuen loc. cit.* 2

539. PEUCEDANUM *ruthenicum.*

Synonyma adde: P. foliis triternatis, foliolis linearibus nervoſis acuminatis ſubdiuaricatis, innolucro ſubnullo, floſculis luteis, fructibus oblongis ſolidiuſculis. *Spreng. umb. rar. n. 54. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 46.*

Ferula ruthenica. *Spreng. prodr. umb. p. 14. n. 10 et pugill. I. p. 27. n. 46.*

Rami laterales umbelliferi in hoc et P. taurico ſemper alterni, utplurimum oppoſiti in P. officinali.

542 PEUCEDANUM *alſaticum.*

Synonyma adde: Cnidium alſaticum. *Spreng. prodr. umb. p. 40. n. 5 et ſynon. umb. in mem. ſoc. bot. ratisb. a. 1815. p. 100.*

Habitu potius Oreoſelinum refert, quam Peucedanum. Partitate fructus conuenit cum O. Chabraei. A Cnidiis fructus conformatione alienum eſt.

Oreoſelina *Hoffmanni* cum Peucedanis legitimis genere fortaſſis conjungenda ſunt.

543. CRITHMUM *maritimum.*

Synonyma adde: *Hoffm. umb. ed. 2. Vol. 1. p. 176.*

Cachrys maritima. *Spreng. prodr. umb. p. 20. n. 4 et ſynon. umb. in mem. ſoc. bot. ratisb. a. 1815. p. 84.*

Nona hujusce generis ſpecies eſt occurrens in campeſtribus ſalſugineis ſubhumidisque, ad Wolgam inferiorem, circa coloniam Sareptanam et alibi.

* CRITHMUM *mediterraneum.*

Cr. foliis multiplicato-ternatis: pinnulis lineari-ſalcatis baſi confluentibus venoſis, inuolucro uniuerſali monophyllo.

Cr. campeſtre. *Güldenſt. it. 1. p. 190?*

Ligusticum (*longifolium*) foliis biternatis: radicalibus decompoſitis, foliolis lineari-lanceolatis integerrimis. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1428?*

Athamanta denudata. *Hort. gorenk.*

Planta perennis ſaepe orgyalis elongato-ramoſa. *Umbellae umbellulaeque* multiradiatae. *Inuolucella* polyphylla: foliolis ſubulatis. *Semina* duplo minora quam in Cr. maritimo, quocum ſtructurà omnino conueniunt, matura nucleum ſubſiformem liberum ſouentia. Athamanta certe non eſt, Cnidio propius: an ob defectum inuolucri uniuerſalis polyphylli et ob ſtylos longos aetate reflexos a Crithmo etiam genere ſeparandum?

544. CACHRYS *alata.*

Synonyma adde: *Spreng. prodr. umb. p. 20. n. 6. Hoffm. umb. ed. 2. Vol. 1. p. 176.*

545. CACHRYS *odontalgica.*

Synonyma adde: *Hoffm. umb. ed. 2. Vol. 1. p. 176, p. 214. t. 3. f. 2. 4 f et praef. p. 32. Spreng. prodr. umb. p. 20. n. 1.*

C. callofperma. *Pall. it. 3. p. 663.*

546. CACHRYS *alpina.*

Synonymon adde: *Hoffm. umb. ed. 2. V. 1. p. 176.*

Semina non penitus laeuia, fed obiter ftriata: ftriis interrupte-fubcrenulatis, principalibus 5, quarum fingulo pari interponuntur ftriae adhuc tenuiores tres: duabus lateralibus capillaribus.

547. CACHRYS *microcarpa.*

Synonyma adde: *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 46. Hoffm. hort. mosq. a. 1809. n. 602. Vietingh. et Hoffm. hort. fict. cauc. n. 2.*

C. ficula. *Güldenft. it. 1. p. 154 et 190.*

Rumia (*microcarpa*) foliis decompofitis fetaceis, umbellis involucrisque multifidis, fructibus fubrotundis rugofis. *Hoffm. umb. ed. 2. Vol. 1. p. 175. tab. tit. f. 3 et 21.*

Semina jugis 5 obtufis magnis tuberculatis: quorum 3 dorfalia, 2 latuscula efficiunt. *Valleculae* acutangulae tuberculis minoribus inaequales. Haec procul dubio C. ficulae, cujus fpecimen lufitanicum ab *illuftr. Com. Hoffmannsegg* communicatum poffideo, congener eft, caeteris quoque Cachryos fpeciebus multo vicinior, quam Rumiae tauricae atque feseloidi *Hoffmanni*, quae Triniae vel Seseli effent, nifi jugis feminum rugofo-tuberculatis inftruerentur.

548. CACHRYS *taurica.*

Synonyma adde: *Sprengel prodr. umb. p. 20. n. 8. Beſſer natal. hort. crem. a. 1816. p. 26.*

Rumia (*taurica*) foliis decompoſitis linearibus, umbellis ſubtrifidis, fructibus ovatis plicato-ſulcatis. *Hoffm. umb. ed. 2. Vol. 1. p. 173. tab. tit. f. 17.*

Tubercula *feminum* magna, in quinque ſeries diſpoſita, totum feminis dorſum occupant, valleculis exinde obliteratis. Affinitatem naturalem cum Seſeli et Trinià *Hoffm.* cuincunt feminum juga, ſicut in his, canali aroma fovente perfoſſa. Haec cum affinibus exposcunt omnino peculiare genus, et *Rumiae* erunt, ſi adaptato caractere generis, Cachryn microcarpam excludas.

Similes habitu fructuque ſpecies ſunt Sibiriae indigenae

* CACHRYS *ſeſeloides.*

C. fructibus ovatis: coſtis tuberculatis perſoſſis, foliolis cuneiformi-lanceolatis inciſis glabris, involucellis ſetaceis.

Rumia (*ſeſeloides*) foliis decompoſitis cuneiformi-lanceolatis inciſis, fructibus ovalibus ſquamatim tuberculatis. *Hoffm. umb. ed. 2. Vol. 1. p. 174. tab. tit. f. 4. (excluſo loco natali.)*

** CACHRYS *athamantoides.*

C. fructibus ovatis: coſtis tuberculatis perfoſſis, foliolis cuneiformi-ovatis pinnatifidis pubescentibus, involucro utroque polyphyllo: foliolis membranaceo-marginatis.

Hae ſibiricae *umbellis* ſeminiferis multiradiatis et *floribus* hermaphroditis a tauricâ etiam discedunt.

549. CACHRYS *latifolia.*

Synonyma adde: *Hoffm. umb. ed. 2. Vol. 1. p. 176. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 46. Hornem. hort. hafn. a. 1813. p. 960.*

Agafyllis caucafica. *Sprengel prodr. umb. p. 22. n. 1. f. 4.*

Errani, *pinnulas foliorum* terminales petiolatas effe afferens, decurrunt enim bafi et cum proximis confluunt, nec *differt* igitur ab hâc C. decurrens. *Hornem. hort. hafn. loc. cit.*

Vaginae foliorum maximae fcarioſae venoſae; ipſa *folia* glauco-viridia, ſubtus pallidiora leuiter pubescentia. *Umbellae* magnae multiradiatae pubescentes. *Inuolucrum uniuerſale* foliolo uno alteroue caduco, *partiale* breue polyphyllum: foliolis ſetaceis. *Petala* inflexa aequalia alba. *Semina* compreſſa alba: jugis 5 obtuſiſſimis laeuigatis, 3 intermediis inſignioribus approximatis, commiſſurâ planâ laeui. *Indumentum ſeminum* potius membrana corticoſa eſt, quam materies fungoſa, intra quam *nucleus* nigricans ſtriatus formâ ſeminis laxe continetur.

151. FERULA. Fructus compreſſo-planus, marginatus. Semina 5-coſtata: coſtis dorſalibus filiformibus, marginalibus membranaceo-dilatatis; valleculis ſtriato-rugulofis, commiſſurâ margine canaliculatâ, disco planiusculâ: ſtriis 4 coloratis. Petala inflexa, dorſo ſubcanaliculata. *(Calyx denticulis acutiusculis minimis. Stylopodium lobis marginis ſurſum flexis concauiusculum. Umbellae proliferae.)*

550. FERULA *orientalis.*

Synonyma adde: *Sprengel prodr. umb. p. 14. n. 6 et fyn. umb. in mem. foc. bot. ratisb. a. 1815. p. 76.*

551. FERULA *caspica.*

Synonymon adde: F. cachroides. *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 46.*

Per campos apricos aridiores fubfalfos mari nigro adjacentes, ab Odeffâ usque ad ifthmum tauricum porro ad Wolgam inferiorem circa coloniam Sareptanam et in transwolgenfibus auftralioribus paffim reperitur. Semina perficit autumnum verfus, foliis tum penitus emarcidis.

Staturâ et *foliorum* pube atque lacinulis, mox oblongo-linearibus, mox breuiffimis perquam *variat.* Vulgo *caulis* 2-3-pedalis eft, *ramis* elongatis iterum ramofis patentibus paniculatus. *Folia radicalia* et *caulina* inferiora fupradecompofita: coftis dinaricatis, pinnis quinquepartitis vel trifurcis: laciniis oblongis longitudine variantibus, femiunguicularem tamen vix unquam fuperantibus; pilis breuiffimis magis minufue pubescentibus, quandoque glabrinsculis. *Folia ramea* vaginâ oblonga patente abfoluuntur. *Rami umbelliferi* inferiores oppofiti, fuperiores verticillati. *Umbellae* fingulae proliferae: radiis circiter fex. *Umbellulae* radiis gracilibus plus minus decem. *Inuolucra* et *inuolucella* obfoleta. *Fructus* parui in hoc genere, vix magnitudine fructuum Oreoselini legitimi.

551*. FERULA *tatarica.*

F. foliis triplicato-pinnatis: foliolis profunde pinnatifidis, laciniis linearibus cuspidatis margine ferrulatis, caule vaginisque glaucis, umbellis primordialibus feffilibus. *Sprengel pugill. 1. p. 27. n. 47 et prodr. umb. p. 14. n. 9. (excluſo ſynon. flor. taur. cauc.)*

F. orientalis Peucedani folio. *Tournef. cor. p.* 22.

Peucedanum (*ſibiricum*) foliis quadruplicato-pinnatis, foliolis linearibus acutis, caule vaginisque glaucis, umbellis primordialibus ſeſſilibus. *Willd. enum. hort. berol. p.* 308.

Habitat in campis ſalſis atque ſubſalſis, Bessarabiae circa Odeſſam, promontorii Caucaſici ſeptentrionalis circa Stauropolin, ad Wolgam inferiorem circa Sareptanam coloniam. Floret aeſtate. ♃

Planta facie ſlaturâ et foliis Peucedani officinalis, glabra, glauco-viridis. *Foliola* longa ſubfalcata acuta margine ſcabra. *Vaginae* inferiores foliatae anguſtae, ſuperiores latiores laxae aphyllae. *Rami* umbelliferi alterni: *umbellâ* terminali fertili, infra quam, vel nullo, vel paucarum linearum interuallo enascuntur pedunculi 2-3 laterales ipſam ſuperantes, ſinguli ſuſtinentes umbellam ſimilem mere masculam, ad quas igitur fertilis umbella ſeſſilis vel ſubſeſſilis apparet. *Inuolucra* et *inuolucella* ſubnulla. *Radii* umbellarum umbellularumque graciles 3-8. *Fructus* paullo minores fructibus F. nodiflorae.

Affine perquam *Peucedanum ſibiricum Waldſt. et Kit.* *differt* tamen *foliis* magis compoſitis: laciniis multo breuioribus obtuſioribusque, vaginis multo amplioribus et *ſeminum* margine magis incraſſato.

Alia eſt, quoad ſolia quidquam ſimilis, occurrens in collibus circa Sareptam

* FERULA *longifolia.*

F. foliis tripartito-decompoſitis: pinnulis elongatis acutis margine laeuiuſculis, umbellis fertilibus pedunculatis, ſeminibus craſſiuſculis: commiſſurâ pubescente.

F. longifolia. *Catal. hort. gorenk. a.* 1812. *p.* 46. *Spreng. prodr. umb. p.* 14. *n.* 18.

F. cachroides. *Catal. hort. petrop. Orlouienſis. a. 1811. p. 18.*

Rami umbelliferi valde elongati, denuo rämoſi atque diuaricati. *Umbellae umbellulaeque radiis* etiam elongatis atque gracilibus; laterales plerumque ſteriles, quod quidem plerisque Ferulis familiare eſt. *Petala* exalbido virescentia. *Semina* paullo minora quam in F. tataricâ, craſſiora quam congenerum mihi notarum omnium, margine quoque incraſſato cincta: commiſſurae disco utrinque inter marginem et carinam mediam valde depreſſo villis intricatis breuibus fuscescentibus pubescente.

552. FERULA *nodiflora*.

Synonyma adde: *Spreng. prodr. umb. p. 14. n. 8 et ſynon. umb. in mem. ſoc. bot. ratisb. a. 1815. p. 77. Beſſer galic. n. 341.*

Inuolucrum utrumque polyphyllum: foliolis lanceolato-ſubulatis, quo haec ſpecies, praeter alia, ab hactenus recenſitis differt, quae inuolucro vulgo utroque deſtituuntur.

151*. SILER. Fructus oblongus ſubcompreſſus. Semina 5-coſtata: coſtis aequidiſtantibus, duabus marginalibus; valleculis unicoſtatis.

553. SILER *aquilegifolium*. *Sprengel prodr. umb. p. 41 et ſynon. umb. in mem. ſoc. bot. ratisb. a. 1815. p. 103.*

Siler trilobum. *Scop. carn. ed. 2. p. 195. (excluſo ſynonymo Linn. et nonnullis aliis Laſerpitium trilobum ſpectantibus.)*

Laſerpitium aquilegifolium. *Flor. taur. cauc. n. 553. (cum ſynonymis.)*

Angelica aquilegifolia. *Lamarck et Decand. flor. franc. n. 3459 et 6. p. 508.*

554. LASERPITIUM *hiſpidum.*

Synonyma adde: *Sprengel prodr. umb. p. 17. n. 9. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 46. Hoffm. hort. moſq. a. 1808. n. 1836. Beſſer cat. hort. cremenec. a. 1816. p. 77.*

L. prutenicum. *Marſch caſp. app. p. 209.*

„L. (*piloſum*) foliolis cuneiformibus tripartitis dentatis, „caule vaginis petiolis radiisque umbellae piloſiſſimis, inuolucro uniuerſali polyphyllo. *Willd. enum. hort. berol. p. 310.* „*Hornem. hort. hafn. a. 1813. p. 278*„ conuenit cum meo inſigni piloſitate et inuolucro; quod vero a *Hornem. loc. cit.* pro noſtro enumeratur „L. (*hiſpidum*) foliolis cuneiformi-ouatis inciſo-ſerratis neruis ſubtus caule umbellisque pubescenti-„hiſpidis, inuolucro univerſali ſubdiphyllo„, quoad foliolorum formam, ex deſcriptione, meo magis adaequatum, inuolucro oligophyllo diſcrepat, quod in meo ſemper, ſicut inuolucella, ex foliolis pluribus lanceolato-ſubulatis albo-marginatis componitur. An tales *varietates* ex culturâ originem duxere? varietates enim eſſe habet quoque *Sprengel in umb. rar. p. 33 ſub n. 33.*

153. HERACLEUM. Fructus compreſſo-planus, marginatus. Semina 5-ſtriata: 3 dorſalibus, 2 margini dilatato contiguis; vittis dimidiatis, clauatis, coloratis: vallecularum 4, commiſſurae 2. Corollae difformes, ſubradiantes: petalis inflexo-emarginatis.

(Heracleum Hoffm. *Petala ſubaequalia virescentia: lacinulâ apicis latâ crenatâ. Vittae commiſſurales apice carinam non attingentes.* Sphondylium Hoffm. *Petala radiantia alba: lacinulâ apicis acutâ integrâ. Vittae commiſſurales apice ad carinam coeuntes.)*

558. HERACLEUM *ſibiricum.*

Synonyma adde: H. pinnis bijugis, foliolis remotiſculis ſinuato-lobatis obtuſis utrinque fructibusque obcordatis glabris, floſculis uniformibus virentibus. *Sprengel umb. rar. n. 42 et ſynon. umb. in mem. ſoc. bot. ratisb. a. 1818. p. 51.*

Hoc non ſolum in Sibiriâ, ſed et per omnem Roſſiam abundare refert *Gmelinus in praefatione ad Flor. ſib. tom. 2. p. XXIII;* noſtri autem, quod delineata et deſcripta in *Florâ ſibiricâ* ipſiſſima planta eſt, nil niſi *varietas* minus latifolia atque hiſpida videtur H. flauescens (*Beſſer galic. n. 345. Schultes obſ. p. 55. Hoffm. umb. ed. 2. Vol. 1. p. 144. H. anguſtifolium Jacq. auſtr. 2. t. 173. Wahlenberg carp. n. 272*), cui iterum peraffine eſt H. anguſtiſolium *Linnaei*, adhuc minore hiſpiditate, pinnis ſuperioribus admodum elongatis ſubintegerrimis, radiis umbellularum magis elongatis et corollis magis virentibus dignoſcendum. *Fructus* nullam mihi inter haec diagnoſeos conſtantem notam ſuppeditare viſi ſunt; nec delineata et deſcripta apud *Hoffmannum umb. ed. 2. Vol. 1. p. 143. t. 1. B. f. a. b* H. ſibirici ſemina his ullatenus repugnant. Nullum ex dictis eſſe poteſt H. flauescens *Willden. in Linn. ſpec. 1. p. 1421 (excluſo ſynonymo Jacquini)*, ob flores radiantes, ex mente *Sprengelii (prodr. p. 12)* ad H. ſphondylii varietates anguſtiſolias referendum. Aeque diuerſum eſt Heracleum illud, ab incolis Sibiriae maxime orientalis inter cupedines habitum (сладкая трава i. e. herba dulcis Ruſſorum. *Gmel. ſib. 1. p. 213. n. 29 et praefat. ad. 2.*

p. XXIII), cui tribuuntur a *Gmelino* caules saepe orgyales, folia subtus albido-pilosa, inuolucella longitudine umbellulae et corollae albae; planta hucusque haud satis nota, H. Sphondylio affinibusque propior. Ad H. pyrenaicum hanc trahit *Sprengel umb. tar. sub n. 44*, vix tamen recte.

558*. HERACLEUM *asperum.*

H. foliis incisо-lobatis serratis acutis, supra scabris, subtus pubescentibus; umbellis radiantibus, fructibus orbiculato-ellipticis scabriusculis.

Sphondylium asperum. *Hoffm. umb. ed. 2. Vol. 1. p. 134.*

Habitat ad montem Boschtau Caucasi septentrionalis. *D. Wilhelms.*

Planta speciosa orgyalis. *Caulis* profunde sulcatus, praesertim ad angulos setis breuissimis hispidus. *Folia* quoad formam referunt H. Panacen, lata scilicet, basi cordata, in lobos inaequales acutos sinubus angustis obtusis interceptos diuisa, inaequaliter dentato-serrata, supra viridia valde scabra, subtus pube tenui ad neruos copiosiore exasperata et pallescentia. *Umbellae* amplissimae: *radiis* ad 40 elongatis sulcatis asperis. *Inuolucrum* oligophyllum reflexum: foliolis subulatis asperis caducis. *Inuolucella* polyphylla: foliolis subulatis pedicellis breuioribus. *Umbellulae radiis* numerosis tenuibus elongatis asperis. *Corollae* albae cum aliquo virore, ambitus longius pedicellatae eximie radiantes: *petalo radii* ultra medium bipartito, laciniis angustis. *Germen* setulis minimis sparsis, maxime ad lentem discernendis exasperatum. *Semina* minora rotundioraque quam plerorumque congenerum, ad lentem potissimum pubescentia: vittis dorsalibus mediis longioribus subsiliformibus, commissuralibus longitudine lateralium dorsi euidentius clauatis.

558**. HERACLEUM *pubescens.*

H. foliis pubescentibus, caulinis ternatis: foliolis subpalmato-pinnatifidis dentatis, laciniis sinubusque acutis; umbellis radiantibus, fructibus ellipticis disco subuillosis.

H. Panaces? *Steuen in mem. soc. nat. cur. mosq. 3: p. 259.*

H. speciosum *hort Dorpatens.? (ex Hoffmanni conjecturâ.)*

Sphondylium pubescens. *Hoffm. umb. ed. 2. Vol. 1. p. 134, 135.*

Habitat in Tauriâ maxime meridionali locis inumbratis roscidis, circa Nikitam haud rarum; nec non in agris pagi subalpini Chinalúg Caucasi orientalis.

Caulis breuis crassus profunde sulcatus, pilis sparsis e puncto calloso purpureo oriundis praesertim basi et ad angulos hispidus; superne villosus. *Folia* pleraque ternata, *petiolis* sicut caulis piloso-hispidis, *foliolis* breue pedicellatis amplis parum pubescentibus subtus pallidioribus subpalmato-lobatis: sinubus acutissimis, lobis oblongis acutis inaequaliter dentato-serratis subincisis. *Vaginae* foliorum caulinorum superiorum latae cucullatae; summae subaphyllae. *Umbella* ampliffima: *radiis* numerosis villosis. *Inuolucrum* foliolo uno alteroue caduco; *inuolucella* quoque oligophylla breuia atque caduca. *Flosculi* albi radiantes. *Germen* villis copiosis mollibus albis valde hirsutum. *Fructus* majores quam plerorumque congenerum elliptici, juniores in disco praeprimis villosi, maturi villos in totum fere deponunt. *Semina* vittis insignibus: dorsalibus ad duas tertias porrectis valde clauatis, mediis paullo longioribus, commissuralibus breuioribus rectiusculis crassis. *Varietatem* ampliffimis foliis caule petiolisque valde verrucosis ex Caucaso habeo; aliam ex Tauriâ fructibus duplo mino-

ribus. Et hic quidem non abs re erit annotaſſe, *fructuum* in Heracleis formam atque magnitudinem non ita eſſe conſtantes, ut leuioris momenti discrimina diſtinguendis ſpeciebus ſufficere queant.

Huic ſimile „II. (*caucaſicum*) foliis ternatis longe petio„latis dentatis ſupra glabris ſubtus pubescenti-ſcabris: foliolo „intermedio trilobo, floribus ſubradiatis albis. *Steuen in mem.* „*ſoc. nat. cur. moſq. 3. p. 259*„, in alpeſtribus Caucaſi orientalis ad torrentem Jucharibaſch nascens, ipſemet hucusque nec vivum nec ſiccum vidi.

559. HERACLEUM *pyrenaicum*.

Synonyma adde: *Willd. enum. hort. berol. p. 312. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 46. Beſſer catal. hort. crem. a. 1816. p. 136. (ſub Sphondylio.) Spreng. prodr. umb. p. 12? Lamarck et Decand. flor. franc. n. 3477?*

Sphondylium decipiens et marginatum. *Hoffm. umb. ed. 2. Vol. 1. p. 134, 135.*

Flosculi ambitus umbellae, non uti dixi uniformes, ſed radiantes: radio attamen minus inſigni. *Germina* villis longis albis patulis valde hirſuta. *Fructus* orbiculato-elliptici, villorum germinis baſi perſiſtente imprimis margine inſigniter aſperi. *Vittae* dorſales ſubaequales parum clanatae; commiſſurales multo breuiores, tenuiores, rectiusculae. Admodum ſpecioſum atque amplifolium circa thermas Conſtantinomontanas Caucaſi in umbroſis virgultoſis reperitur.

H. pyrenaicum *Lam.* ſedulo cum noſtro caucaſico comparandum eſt, quo utriusque identitas confirmetur. Cum H. gummifero *Willd.* immo cum H. aſpero *Fiſcheri* conjungit *Sprengel umb. rar. ſub n. 44*, me quidem diſſen-

tiente, contra H. villoſum *loc. cit. n. 46* a noſtro non videtur differre. Paſtinacam *Gmel. ſib. 1. t. 50*, et ſub H. ſibirico, quo et ego, et iterum ſub H. pyrenaico, quo non pertinet, citat *Sprengel ſynon. umb. in mem. ſoc. bot. ratisb. a. 1818. p. 51. n. 3.*

Ad H. pyrenaicum noſtrum propius, quam ad H. longifolium *Flor. taur. cauc.* accedit commemorata a *Steueno in mem. ſoc. nat. cur. mosq. 3. p. 259*, tanquam poſterioris varietas, planta, in agris lapidoſis ad riuum Chodjal ſub pago ſubalpino Chinalug ditionis Kubenſis lecta „caule breui vix „pedali ſaepe umbellâ breuiore, pedunculis ſcabris, foliis bi-„jugis crebro denticulatis utrinque pubescentibus ſubtus palli-„dis, floribus maximis radiatis, germine hirſutiſſimo.„ Pro diſtinctâ ſpecie H. grandifloro nuper hanc tradit *Steuen in litt.* Ego vero ex ſpeciminibus ſiccis fructu deſtitutis nil affirmabo: fide apud „auctorem relictâ.

560. HERACLEUM *liguſticifolium.*

Synonyma adde: H. foliis decompoſitis ſubternatis glabriusculis: foliolis cuneatis inciſo-dentatis, floſculis albis radiantibus, fructibus villoſiſſimis. *Sprengel umb. rar. n. 51. Hoffm. umb. ed. 2. Vol. 1. p. 140.*

Germina atque *fructus* conueniunt pube cum Sphondylio pubescente *Hoffm. Seminum* vittae, tam dorſales quam commiſſurales vix clauatae, ſed tenues et pene filiformes, ut in Heracleis *Hoffmanni:* dorſalibus mediis longioribus, commiſſuralibus earum longitudine.

153*. WENDIA. Fructus compreſſo-planus, marginatus. Semina 5-ſtriata: 3 dorſalibus, 2 margini dilatato contiguis; vittis dorſa-

libus vallecularum 4, abbreuiatis, clauatis, coloratis: commiſſurae nullis. Corollae radiantes.

560*. WENDIA *Chorodanum. Hoffm. umb. ed. 2. Vol. 1. p. 139. tab. tit. f. 12, 13. t. 1. B. f. 8 et illuſtr. umb. p. 24.*

Heracleum longifolium. *Flor. taur. cauc. n. 557. (excluſis ſynonymis.) Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 46.*

β. humilior, foliorum ſuperiorum pinnulis minus elongatis, radio minus amplo.

Heracleum anguſtifolium. *Flor. taur. cauc. n. 556. (excluſis ſynonymis.)*

γ? humilior, foliorum ſuperiorum pinnulis vix elongatis, corollis roſeis valde radiantibus.

Heracleum (*roſeum*) foliolis omnibus ouato-lanceolatis ſublobatis ſerratis, umbellis radiantibus. *Steuen in mem. ſoc. nat. cur. moſq. 3. p. 260.*

Radix longa daucina albicans biennis. *Caulis* erectus pedalis ſesquipedalisque ſtriato-angulatus, inferne pilis rigidis pellucidis retroſerſis copioſis hiſpidus, ſuperne minus hirtus: *ramis* umbelliferis alternis. *Folia* pinnata: pinnis plerumque cum impari bijugis, neque tamen conſtanter, quandoque enim loco imi pinnarum paris pedicelli ſibi inuicem opponuntur breues, ſinguli tribus pinnulis diſtinctis inſtructi; porro in ſuperioribus foliis pinnae ternatae ſolum ſunt. *Petioli* ſicut caulis hiſpidi: *vaginis* oblongis ſtriatis ſubuilloſis. *Pinnae* polymorphae ouatae, ſublobatae, inciſo-ſerratae; mox lanceolatae, demum ſuperiorum praeſertim foliorum lineari-lanceolatae acuminatae, baſi ſaepe lobo elongato conſimili decuſſatim auctae; omnes ſupra ſature virides pilis ſparſis hirtae, ſubtus pallidae villisque crebrioribus ſubcanescentes. *Umbellae* radiis 8-15

pubescentibus. *Inuolucrum* foliolo uno alterone caduco. *Inuolucella* breuia, in vulgari paucifolia cito cuanefcunt, in β et γ polyphylla diutius perfiftere videntur. *Flosculi* in vulgari valde difformes, ambitus umbellae eximie radiantes: *petalis* tribus exterioribus bipartitis, intermedio maximo, omnibus nineis, ante explicationem carneis; in β *radius* umbellae minus amplus, in γ perquam fpecioſus: *petalis* radiantibus latioribus. *Germen* leuiter pubescens. *Fructus* formâ Heraclei, omnibus tamen hujus generis minor: vittis latis clauatis plerumque dimidiam fructus longitudinem haud attingentibus, apice ad carinam coeuntibus: dorfalibus omnium varietatum conſtanter nullis. Quoad habitum proxime ad Heracleum auſtriacum, inſigni etiam umbellae radio praeditum accedit. Heracleum anguſtifolium noſtrum hujus etiam loci eſſe ex fructibus agnoui. De Heracleo roſeo *Steueni*, in alpe Kaiſchaur proueniente, haud penitus certus ſum, quum fructus deficiant, habitus tamen id quoque huc referre ſuadet.

153**. ZOSIMIA. Fructus compreſſo-planus, late marginatus: orbitâ incraſſatâ. Semina 5-ſtriata: 3 dorſalibus, 2 margini contiguis; vittis tranſuerſim ſulcatis: dorſalibus 4, magnitudine vallecularum, commiſſuralibus 2, carinae contiguis. Corollae ſubaequales.

561. ZOSIMIA *orientalis*. *Hoffm. umb. ed. 2. Vol. I. p. 148. tab. tit. f. 11. t. 1. B. f. 9. t. 4 et illuſtr. umb. p. 25, 26.*

Heracleum abſynthiſolium. *Flor. taur. cauc. n. 561.* (*cum ſynonymis.*) *Sprengel prodr. umb. p. 12. n. 7.*

154. SIUM. Fructus ouatus. Semina curuula: coſtis 5 aequalibus, obtuſis, duabus marginalibus; valleculis ſtriato-rugulosis. Involucrum utrumque polyphyllum, longum. Calyx acute denticulatus.

562. SIUM *lancifolium.*

S. foliolis lanceolatis aequaliter argute ſerratis. caule erecto ramoſo, umbellis terminalibus, calycis denticulis breuiſſimis, ſeminum coſtis valleculis anguſtioribus.

S. latifolium. *Flor. taur. cauc. n. 562. (excluſis ſynonymis, praeter Pallaſii et Hablitzii.)*

S. latifolium ucranicum. *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 45.*

In paludoſis, inter virgulta ſalicina et Opulum occurrere ſolet, nec uti S. latifolium ex ipſo ſtagnorum profundo emergit; per Roſſiam auſtraliorem, usque in Ucraniam, latifolio multo vulgatius.

Differt a „S. *(latifolio)* foliolis lanceolatis aequaliter ar„gute ſerratis, caule erecto ramoſo, umbellis terminalibus, ca„lycis denticulis elongatis, ſeminum coſtis latitudine vallecula„rum„ *habitu* graciliore, *foliorum* ſerraturis quidquam minus copioſis et majoribus, paruitate denticulorum *calycis*, et praeſertim *ſeminibus* ob coſtas multo tenuiores anguſtioribus, parum aromaticis, quae in latifolio aroma mihi ingratum ſeminibus Nigellae analogum valde ſpirant. Noſtrum intelligere videtur *Cl. Hoffmann*, dum ſibi S. latifolium *Jacquini* a cognomine Botanicorum germanicorum plantâ diuerſum videri, annotat in *illuſtr. umb. p. 22.* Ego vero *Jacquinum* quoque, ob denticulos calycinos quos praedicat eſſe longos, ad vulgare germanicum refero. Culturâ utrumque nuper tentauit *Cl. Beſ-*

ſer, qui in litteris ad me datis, vulgare latifolium fatum folia illico pinnata bipinnataque, tauricum vero cordata ferrata, mox ternata, demum pinnata proferre obſervat.

563. SIUM *anguſtifolium*.

Synonyma adde: *Sprengel prodr. umb. p. 31. n. 2 et ſynon. umb. in mem. ſoc. bot. ratisb. a. 1815. p. 93. Hoffm. umb. ed. 2. Vol. 1. p. 208. t 1. f. 26.*

Denticuli *calycini* in hoc longiusculi.

564. SISON *ſalſum*.

Synonyma adde: Sifon verticillatum, *Pall. it. 3. p. 513.*

Agaſyllis ſalſa. *Spreng. prodr. umb. p. 22. n. 3.*

Inuolucrum univerſale partialeque brene: foliolis ſetaceis, quorum numerus radiorum numero reſpondet. *Flores* formâ Peucedani ſiue Ferulae. *Fructus* Silai fructu paullo major compreſſus. *Semina* coſtis 5 obtuſiusculis albidis: 2 marginalibus paullo latioribus; valleculis nigricantibus: ſtriâ unicâ ſubcrenulatâ; commiſſurâ margine protuberante concauiuſculâ, disco utrinque ſtriis 3 filiformibus ſubtiliſſime crenulatis coloratis; nucleo libero formâ feminis, multiſtriato.

565. OENANTHE *pimpinelloides*.

Synonyma adde: Oe. foliolis radicalibus cuneatis fiſſis: caulinis linearibus integerrimis, inuolucro polyphyllo lineari. *Smith brit. 1. p. 318. Engl. bot. 347. Spreng. prodr. umb. p. 37. n. 7 et ſynon. umb. in mem. ſoc. bot. ratisb. a. 1815. p. 98.*

Filipendula ſecunda. *Tabern. Kraeuterb. p. 419.*

565*. OENANTHE *filaifolia*.

Oe. foliis fubconformibus: laciniis inferiorum lanceolatis, fuperiorum linearibus; inuolucro nullo, tuberibus radicalibus fufiformibus.

Oe. (*peucedanifolia*) foliolis omnibus linearibus, inuolucro nullo, tuberibus radicalibus ellipticis feſſilibus. *Smith brit. 1. p. 318. Engl. bot. 348.*

Habitat in Tauriâ maxime meridionali, circa Nikitam occurrens. ♃

Facies et *ſtatura* Oe. peucedaniſoliae *Pollichii*, a quâ *differt foliorum laciniis* in uniuerſum breuioribus et praeſertim in foliis inferioribus valde abbreuiatis atque dilatatis; *umbellis* 3-6 radiatis, nec 7-10 radiatis, *corollis* aequalibus, denique *radicis* tuberibus non ouatis feſſilibus fibrâ elongatâ terminatis, ſed oblongis utrinque attenuatis. *Inuolucella* polyphylla breuiſſima: foliolis lanceolatis albido-marginatis. *Fructus* ſubſeſſiles obtuſe coſtati. Solet una alteraue *umbellula* vel in totum, vel floſculis ambitus longius pedicellatis ſterilis eſſe.

566. PHELLANDRIUM *aquaticum*.

Synonyma adde: *Hoffm. umb. ed. 2. Vol. 1. p. 72. t. 1. f. 17 et p. 209. t. 1. B. f. 11. Flor. dan. t. 1154.*

Oenanthe Phellandrium. *Lamarck et Decand. flor. franc. n. 3439. Sprengel prodr. umb. p. 37. n. 9 et ſynon. umb. in mem. ſoc. bot. ratisb. a. 1815. p. 98.*

De discrimine generum Oenanthes et Phellandrii conſulendus eſt *Hoffm. l. c. p. 73.*

566*. AETHUSA *Cynapium*.

Ae. inuolucellis lineari-lanceolatis umbellâ longioribus, feminum vittis commiſſuralibus baſi diſtantibus. *Hoffm. umb.*

ed. 2. Vol. 1. p. 97. t. 1. f. 5 et p. 209. t. 1. B. f. 5. c. Sprengel prodr. umb. p. 22. n. 1 et ſynon. umb. in mem. ſoc. bot. ratisb. a. 1815. p. 84. Curt. lond. Engl. bot. 1192. Hall. hiſt. n. 765.

Ae. foliis conformibus. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1446.*

Cynapium. *Riu pent. t. 75.*

Crescit in Tauriâ meridionali ad riuum Almam, circa pagum Kuuſch. ⊙

567. AETHUSA *cynapioides.*

Synonyma adde: *Hoffm. umb. ed. 2. Vol. 1. p. 98 et p. 205. tab. tit. f. 9. Spreng. prodr. umb. p. 22. n. 2.*

In Ucraniae umbroſis ad ſepes minime etiam rara.

Staturâ conuenit cum Ae. elatâ *Friedl.*, ſed tam ab hac, quam a Cynapio (quâcum conjungit *Cl. Treuiranus in repert. ſoc. nat. cur. berol. a. 1813. 2. p. 148*), praeter breuitatem *inuolucellorum, ſemine* duplo fere minore haud aegre dignoſcitur.

159. BIFORA. Fructus didymus, ecoſtatus, rugulosus. Semina globoſa, euittata, intra commiſſuram biforata. Calyx nullus. Inuolucrum utrumque ſubmonophyllum.

568. BIFORA *radians.*

B. umbellis radiantibus, ſtylis demum elongatis.

Coriandrum teſticulatum. *Flor. taur. cauc. n. 568. (excluſis ſynonymis, praeter Pallaſii et Hablitzii.) Schultes obſ. p. 57.*

Coriandrum orientale Chamaemeli folio. *Tournef. cor. p. 22.*

Folia radicalia foliolis latis subtrifidis: lobis cuneatis incisis, lacinulis lineari-oblongis. Adscendendo *foliorum caulinorum* lacinulae euadunt longiores et angustiores: summorum foliorum subfiliformibus. *Umbella* radiis circiter quinque. *Involucrum* uniuersale saepissime nullum, *partiale* foliolo unico setaceo minimo absoluitur. *Flores* ambitus umbellae semper eximie radiant: *petalis* profunde bipartitis, laciniis oblongis angustis. *Styli* initio parui corniculati, demum magis elongantur, *fructusque* maturi albidi (nec qualem erronee dixeram nigri) medio depresso impositi reflectuntur. Perdite foetet, ubi copiosum, etiam e longinquo.

Ab hac bene distincta est Europae occidentalis australioris incola et vulgo in hortis culta

* Bifora (*flosculosa*) umbellis aequalibus, stylis breuissimis.

B. dicocca. *Hoffm. umb. ed. 2. Vol. 1. p. 192. tab. tit. f. 2 et illustr. umb. p. 2-5.*

Coriandrum testiculatum. *Linn. ed. Willd. 1. p. 1448. Spreng. prodr. umb. p. 21. n. 2. Lamarck et Decand. flor. franc. n. 3435.*

Dignoscitur *umbellae* radiis paucioribus saepe 3, nec vulgo 5; *corollis* etiam ambitus umbellae parum inaequalibus haud radiantibus; *stylis*, etiam matureſcentibus seminibus, breuissimis, nec post foecundationem elongatis et seminibus incumbentibus; denique *fructibus* supra raphen acutiusculis, nec depresso-planis.

De *Coriandro satiuo* hic annotasse juuabit, ejus quoque membranam commissuralem margine apicis utrinque rimâ lineari hiare.

569. SCANDIX *Pecten.*

Synonyma adde: Sc. foliis tripinnatis, pinnulis pinnatifidis: laciniis lineari-lanceolatis mucronulatis, involucellis incisis. *Hoffm. umb. ed. 2 Vol. 1. p. 24. t. 1. f. 22. Sprengel prodr. umb. p. 29. n. 1 et synon. umb. in mem. soc. bot. ratisb. a. 1815. p. 92. Smith brit. 1. p. 324. Lamarck et Decand. flor. franc. n. 3432. Poll. pal. n. 296.*

570. SCANDIX *pinnatifida.*

Synonyma adde: *Hoffm. umb. ed. 2. Vol. 1. p. 26. Sprengel prodr. umb. p. 29. n. 5.*

571. SCANDIX *australis.*

Synonyma adde: *Sprengel prodr. umb. p. 29. n. 2 et synon. umb. in mem. soc. bot. ratisb. a. 1815. p. 92. Lamarck et Decand. flor. franc. n. 3433.*

Wylia (*australis*) caule petiolis umbellisque hirsutis, corollis petalisque radiantibus obovatis integris. *Hoffm. umb. ed. 2. Vol. 1. p. 5. t. 2. f. 1.*

ad var. β: Wylia (*radians*) caule petiolisque pilosis, umbellis glabris, corollis petalis fructibusque radiantibus. *Hoffm. umb. ed. 2. Vol. 1. p. 11. t. 2. f. 2.*

572. SCANDIX *grandiflora.*

Synonyma adde: *Spreng. prodr. umb. p. 29. n. 6.*

Polygonatum ſecundum latifolium. *Tabern. Kraeuterb. p. 1137.*

Caulis anceps: lateribus angulatis. *Filamenta* glabra, ſicut tota planta, praeter apicem lacinularum limbi *corollae.*

695. CONUALLARIA *latifolia.*

Synonymon adde: Polygonatum latifolium. *Redouté liliac. t. 243.*

Pedunculi, pedicelli et *filamenta* etiam pubescentia. *Folia* supra glabra, non latiora quam in affinibus. Lacinulae limbi *corollae* apice pubescentes, ut in affinibus.

695*. CONUALLARIA *multiflora.*

C. foliis alternis amplexicaulibus ellipticis acutiusculis glabris, caule tereti, pedunculis axillaribus multifloris, pedicellis flore breuioribus.

C. foliis alternis amplexicaulibus, caule tereti, pedunculis axillaribus multifloris. *Linn. ed Willd. 2. p. 162. Flor. dan. t. 152. Engl. bot. 279. Hall. hist. n. 1243. Gmel. sib. 1. p. 34. sub n. 2. var. II.*

Polygonatum muliflorum. *Redouté liliac t. 229.*

Polygonatum primum latifolium. *Tabern. Kraeuterb. p. 1136.*

In Tauriae sylvis reperitur. ♃

Tota *planta* praeter *filamenta* et lacinularum limbi *corollae* apiculum glabra.

695**. CONUALLARIA *polyanthema.*

C foliis alternis amplexicaulibus elliptico lanceolatis acutis subtus pubescentibus, caule tereti, pedunculis axillaribus multifloris, pedicellis longitudine floris.

Habitat in Caucasi septentionalis nemorosis circa Stauropolin sub arboribus. Floret Majo ♃

Affinis maxime praecedenti. Differt *foliis* angustioribus, apice magis attenuatis, subtus praesertim ad nervos pube

exili veſtitis; *pedunculis pedicellisque* longioribus, *floribus* unâ tertiâ minoribus, ſupra germen magis conſtrictis et *filamentis* ratione antherarum quidquam longioribus. *Corollae* limbi laciniulae apice et *filamenta* pubescentia ut, in praecedente.

696. HYACINTHUS *pallens.*

Synonyma adde: Muscari pallens. *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 9. Beſſer catal. hort. crem. a. 1816. p. 89.*

Corollae laciniae ouatae: alternae interiores breuiores. *Genitalia* intra tubum corollae aequalia.

Huic ſimillimus, *corollâ* triplo majore ſaturatiore diſtinctus, in collibus ad riuum Belajam inter fluuios Donez et Don (*Tanain minorem et majorem*) occurrit, qui forte genuinus H. amethyſtinus *Linnaei* eſt. Alium, bracteis pedicellos aequantibus discrepantem, ſub pari nomine proponit *Flora francica n. 1923.*

200*. HEMEROCALLIS. Cor. campanulata: tubo cylindrico. Stamina declinata.

699*. HEMEROCALLIS *flaua.*

H. foliis linearibus carinatis, petalis planis acutis: neruis indiuiſis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 197. Jacq. hort. vind. 2. t. 139. Redouté liliac. t. 15. Botan. magaz. 19. Gmel. ſib. 1. p. 37. n. 5.*

Circa acidulam Nortſana, etiam in Iberiâ occurrit rarior noſtrae Florae ciuis. 2

800**. ACORUS. Spadix cylindricus, tectus flosculis. Cor. 6-petalae, nudae. Stylus 0. Capf. 3-locularis.

699**. ACORUS *Calamus.*

A. fcapi mucrone longiffimo foliaceo. *Linn. ed. Willd. 2. p. 199. Engl. bot. 356. Gaertn. fruct 2. p. 27. t. 84. Hall. hiſt. n. 1307. Gmel. ſib. 1. p. 1. n. 1.*

Verſus oſtia Cyri fluminis, circa oppidulum Sallian reperitur. ♃

699***. JUNCUS *maritimus.*

J. culmo nudo tereti, paniculâ terminali proliferâ, involucro diphyllo ſpinoſo erecto, capſulis oblongis. *Smith brit. 1. p. 375. Lamarck et Decand. ſlor. franc. n. 1830. Hoſt. gram. auſtr. 3. t. 80.*

J. acutus capitulis Sorghi. *Moris. hiſt. 3. p. 232. ſect. 8. t. 10. f. 15. Scheuchz. agroſt. p. 338.*

In paludoſis mari finitimis circa Tauriae maxime meridionalis pagum Alupkam occurrit. ♃

Culmus paniculam vaginans ultra eam longe extenditur, cui opponitur *bractea* altera brevis ſtricta. *Panicula* laxa valde ramoſa: ramis nonnullis elongatis, ſingulis paniculam partialem principali ſimilem ſuſtinentibus. *Floſculi* ſubſeſſiles fasciculati. *Capſula* triquetro-ovata, ſtyli baſi minimâ perſiſtente mucronulata, longitudine perigonii, ſimilis capſulae J. glauci.

701*. JUNCUS *filiformis.*

J. culmo nudo filiformi nutante, paniculâ laterali bracteatâ ſubſimplici, capſulis ſubrotundis. *Smith brit. 1. p. 372. Hoſt. gram. auſtr. 3. t. 84. Leers herborn. n. 264. t. 13. f.*

4. Hall. hiſt. n. 1313. Gmel. ſib. 1. p. 71. n. 35. Scheuchz. agroſt. p. 347. t. 7. f. 11.

In paludoſis ad riuum Kalaus Caucaſi ſeptentrionalis, circa pagum Sergiewskoe hunc obſeruaui. 2

702. JUNCUS *articulatus.*

Noſter, ob *calycem* acutum et *capſulam* apicem verſus attenuatam acutam, potiſſimum ad J. ſylvaticum auctorum referendus eſt, ſub quo *Cl. Wahlenberg carpat. n. 331* tam J. ſylvaticum quam adſcendentem *Hoſt. gram. auſtr. 3. t. 86 et 87* citat. Equidem poſſideo J. adſcendentis *Hoſtii* ſpecimen, cum meo taurico-caucaſico plane conueniens. *Varietatem* proliferam in littore maris nigri circa Tauriae meridionalis pagum Nikitam legi.

703. JUNCUS *bulboſus.*

Synonymon Gmelini flor. ſibir. hic excludit et ad affinem J. bothnicum, capſulis acutis calyce longioribus praecipue diſcrepantem trahit *Wahlenb. lappon. n. 157.* Ad hunc fortaſſis ſpectat obſeruata a me in paluſtribus mari nigro vicinis haud procul Odeſſa J. ſpecies facie bulboſi, ſed elatior paniculâque minus ramoſâ totâ atro-ſpadiceâ praedita, cujus capſulam non vidi.

708. FRANKENIA *hirſuta.*

Icones *Buxbaumii cent. 1. t. 47* erronee eſſe ſignata olim monui. Pertinent autem *f. 1* ad Salicariam minimam tenuifoliam *Buxb.*, quae Fr. laeuis *Linn.*, *f 2* ad Salicariam humifuſam foliis anguſtis *Buxb.*, quae Fr. hirſuta *Linn.*, de-

nique *f. 3* ad Salicariam erectam minimam Nummulariae folio *Buxb.*, ignotam mihi plantam.

709*. FRANKENIA *mollis*.

Fr. villosa, ramis floriferis alternis paniculatis, floribus alternis axillaribus pedicellatis, foliis ouato-lanceolatis acutis.

Habitat circa oppidulum Sallian, versus ostia Cyri fluminis. *D. Steuen.*

Tota *pilis* mollibus patulis vestita subcanescit. *Caules* ramosissimi: *ramis* alternis denuo ramosis adscendendo breuioribus. *Folia* ouato-lanceolata basi latiora plana alterna sessilia. *Flores* in ramulis alterni axillares solitarii breuissime pedicellati *racemos* paniculatos elongatos foliatos constituunt. A congeneribus nostratibus inflorescentiâ paniculato-racemosâ nec dichotomâ, floribusque pedicellatis axillaribus, nec sessilibus ad bifurcaturas et dichotomiae apices distinctissima.

203*. PEPLIS. Cal. campanulatus, 12-fidus.

Petala 6, calyci inserta. Caps. 2-locularis, polysperma.

709**. PEPLIS *Portula*.

P. floribus hexandris axillaribus; foliis petiolatis subrotundo-ouatis (opposiis). *Linn. ed. Wilid. 2. p. 243. Flor. dan. t. 64. Engl. bot. 1211. Curt. lond. Schultes obs. p. 70. Gaertner fruct. 1. p. 237. t. 51. Hall. hist. n. 856. Vaill. paris. 80. t. 15. f. 5.*

In Iberiae udis occurrit. ⊙

Distincta ab hac est in udis circa coloniam Sareptanam, cum Lythro Thymifoliâ crescens

* PEPLIS *alternifolia.*

P. floribus axillaribus solitariis, foliis petiolatis linearispathulatis alternis.

P. alternifolia. *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 63.*

Statura P. Portulac, cui etiam *flores* non absimiles sunt. *Folia* multo angustiora semper alterna. *Semina* semiglobosa testacea, ad fortiorem tantum lentem vitream punctis minimis inaequalia.

** Mentionem hic faciam, quamuis non suo fortassis loco, de Plantulâ maxime singulari, incerti sed cum nullo ex notis combinandi forte potius Myriophyllo subjungendi generis, in salsuginosis deserti Cumani circa riuum Gorkajam nascente; ubi semel, sed copiose, vetula tamen atque matura semina spargens ab *amiciss. Steueno* lecta est, semina vero terrae mandata non germinauere.

Radix tenuis simplex cinerascens annua. *Caules* nonnulli tenues circiter digitales alterne ramosi patuli, sicut tota plantula glabri. *Folia* alterna sessilia, infima vix unguicularia in lacinulas angustas instar cornu cerui diuisa, adscendendo in caule diminuta. *Flores* axillares sessiles ad ramulorum extremitates glomerato spicati. *Perigonium* tetraphyllum persistens: *foliolis* subrotundo-ouatis obtusis scariosis fuscescentibus oppositam capsulam obtegentibus. *Capsulae* quatuor sessiles magnitudine grani Sinapi uniloculares biualues monospermae: *valuulis* caducis orbicularibus fuscescentibus reticulato-venosis lucidis, grano dorsali globoso barbato nigro pene totum discum occupante. *Receptaculum* centrale filiformi-columnare valuulis breuius. *Semen* receptaculi apici adhaerens minutissimum, ut nudos oculos fugiat, oblongum utrinque acutiusculum testaceum. Quod *capsulae* constanter

monoſpermae ſint, pro certo affirmare vix aufim, tales ſaltim mihi in planâ vetulâ, ob caducas undique partes fructificationis examinatu difficillimâ, apparuere; oligoſpermas vero eſſe plane mihi conſtitit.

HEXANDRIA.

DIGYNIA.

710. ATRAPHAXIS *ſpinoſa.*

Synonyma adde: *Ammann in comm. acad. ſcient. petrop. 13. p. 400.*

Polygonum frutescens. *S. G. Gmel. it. 2. p. 196 et 4. p. 8, 9.*

HEXANDRIA.

TRIGYNIA.

711. RUMEX *condylodes.*

Synonyma adde: *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 16. Beſſer. cat hort. cremenec. a. 1816. p. 120.*

Hanc in ſylvis circa Kubam frequentem pro ♀, ſaltim ♂ habet *Steven in mem. ſoc. nat. cur. moſq. 3. p. 261.* Mihi, in

vicinià praedii mei Mereſſiani diſtrictus Charcovienſis, ad vias ſylvaticas roscidas etiam occurrit. Cum R. exſangui Kitaib. conjungit *Cl. Beſſer loc. cit.*

714*. RUMEX *obtuſifolius.*

R. valvulis dentatis: unicâ praecipue graniferâ, foliis radicalibus cordatis obtuſis, caule ſcabriusculo. *Smith brit. 1. p. 391. Curt. lond. Poll. pal. n. 358. Hall. hiſt. n. 1592.*

R. floribus hermaphroditis: valvulis dentatis graniferis, foliis cordato-oblongis obtuſiusculis crenulatis. *Linn. ed. Vill. 2. p. 254.*

Hippolapathum ſylveſtre ſecundum. *Tabern. Kraeuterb. p. 823.*

Per Tauriam meridionalem circa pagos, ad ſepes et in hortis paſſim reperitur. ♃

Folia radicalia et inferiora caulina magna lato-cordata obtuſiuscula. *Calycis* feminiferi valvulae disco baſeos reticulato-venoſae: dentibus marginis mox parvis immo obſoletis, mox evidentioribus acutis, grano unius valvulae majore ſubglobоſo. Icon *Florae danicae t. 1335*, fructum non exhibet, habituque tenuiore fere R. Nemolapathi recedit.

715*. RUMEX *divaricatus.*

R. floribus hermaphroditis, valvulis dentatis pedicello longioribus: unicâ praecipue graniferâ, foliis inferioribus cordato-oblongis obtuſis pubescentibus.

R. floribus hermaphroditis, valvulis dentatis graniferis, foliis cordato-oblongis obtuſis pubescentibus. *Linn. ed. Willd. 2. p. 253. Tilli hort. pis. t. 37. f. 2. Schultes obſ. p. 71.*

R. pulcher β. *Lamarck et Decand. flor. franc. ſub n. 2225.*

Crescit in maritimis Tauriae maxime meridionalis, circa Nikitam, Kuruufen etc. ♂

Affinis quidem R. pulchro, fed diftinctus *ramis* fructiferis longiffimis rigidis patentiffimis, *foliis* radicalibus cordato-ellipticis obtufis pubescentibus: *petiolo* valde hirfuto, *pedicellis* breuiffimis, *valuulis* calycis fructiferi latioribus obtufioribusque: denticulis minus elongatis. *Granum valuularum* principale quándoque valde gibbum et tuberculis inaequale eft.

Synonymon horti pifani in *fpec. plant.* bis, fcilicet fub hoc et iterum fub R. pulchro adductum, fub poftiore expungatur.

717. RUMEX *haftifolius.*

Synonyma adde: *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 17. Hoffm. hort. mosq. a. 1808. n. 2743. Beffer cat. hort. cremenec. a. 1816. p. 120.*

Flores diclini, masculis femineisque mixtis in eodem verticillo. Sic etiam in affini nimis et *foliorum* formâ praefertim diverfo R. luxuriante.

718. RUMEX *alpinus.*

Juxta niuem in fummâ alpe Tyfendagh Caucafi orientalis hunc fefe obferuaffe refert *Steuen in mem. foc. nat. cur. mofq. 3. p. 261.*

719*. RUMEX *tuberofus.*

R. floribus dioicis: valuulis integerrimis graniferis, foliis lanceolato-fagittatis, radice filipendulaceâ.

R. floribus dioicis, foliis lanceolato-fagittatis: hamis patentibus. *Linn. ed. Willd. 2. p. 259. Lamarck et Decand. flor. franc. n. 2230 et 6. fuppl. p. 368.*

Acetosa tuberosâ radice. *C. Bauh. pin. p. 114.*

Oxalis tuberosa. *Dod. pempt. p. 649. Tabern. Kraeuterb. p. 826.*

Lapathum radice multicipiti. *Dalech. hist. 1. p. 513.*

Provenit in pratis montanis Caucasi, etiam in Iberiâ. Floret Majo, Junio. 2

Demiâ radice adeo similis vulgari Acetosae, ut vix dignoscas. Quoad *folia* nullum discrimen video, quorum hami haud magis diuergunt quam in vulgari. *Granum* baseos omnium valuularum in hoc nonnihil majus quam in Acetosâ, quicum et *sapore* grato conuenit, et in usum culinarem trahitur.

723 COLCHICUM *autumnale.*

Stoli a basi fere ad medium usque membranâ vaginante distinctâ haud aegre ab iis separabili in unum colliguntur in meo caucaseo, quod nuper in campis fluuio Terek finitimis, autumno ineunte faciens, magnâ copiâ obseruaui. An sic et in europaeo?

Varietas aut distincta species: *floribus* vulgo pluribus simul erumpentibus duplo minoribus, *staminibus pistilla* subaequantibus in Tauriâ meridionali occurrit, ulterius examinanda et comparanda cum C. arenario *Kitaib.*

724. COLCHICUM *bulbocodioides.*

Synonymon adde: *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 8.*

725. MERENDERA *caucasica.*

Synonyma adde: *Marsch. cent. plant. rar. rossic. 1. t. 50. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 8.*

OCTANDRIA.

MONOGYNIA.

726*. EPILOBIUM *anguſtifolium.*

E. foliis ſparſis lineari-lanceolatis integerrimis venoſis, floribus inaequalibus. *Linn. ed. Willd. 2. p. 313. Flor. dan. t. 289. Curt. lond. Botan. magaz. 76. Hall. hiſt. n. 1000. Gmel. ſib. 3. p. 164. n. 35.*

E. ſpicatum. *Lam. dict. enc. bot. 2. p. 347. n. 1. Lam. et Decand. flor. franc. n. 3665.*

E. Gesneri. *Allion. pedem. n. 1015.*

Lyſimachia ſpecioſa quibusdam Onagra dicta ſiliquoſa. *J. Bauh. hiſt. 2. p. 907.*

Occurrit in monte Beſchtau ad margines ſyluarum et in Tauriâ verſus fontes riui Salgir. Floret aeſtate. ♃

727. EPILOBIUM *anguſtiſſimum.*

Obſervantibus *Lamarck et Decand. flor. franc. n. 3666* video et in meis *bracteas* pedicello ſupra baſin inſiſtentes in plantâ elatiore α, ſed pedicello ad exortum adnatas in varietate depreſſâ pauciflorâ alpinâ β. Licebit ſane utramque ſpecie diſtinguere, quum habitus et ſitus bractearum diuerſus in diſſitis adeo regionibus ſibi conſtet.

731. EPILOBIUM *algidum.*

Colitur pro E. obſcuro in *horto madritenſi*, unde in *hortum Paulowskianum* tranſiit, ubi florens vidi ſpontaneo

Caucafico elatiori fimillimum. Secundum iconem E. obfcuri *Flor. dan. t. 1267*, hoc, nimis E tetragono affine, a noftro paruitate floris aliisque notis omnino discrepat.

732. EPILOBIUM *tetragonum.*

Circa caftellum Wladi-Kawkas quoque crescit.

Stigma huic clauatum, praecedenti urceolatum feu patellaeforme.

735. VACCINIUM *Arctoftaphylos.*

Id, quod apud *Andrews repofit. loc. cit. et in Repertorio botanico anglico t. 974* delineatur, infulae Maderae incola, ab orientali noftro fpecie differre videtur. Habet enim *flores* albos puros, nec venofos et *calycis* lobos acutiusculos, nec ut in noftro apice rotundatos.

737. DAPHNE *glomerata.*

In alpeftribus Caucafi orientalis etiam obuia, fecundum *Steuen in mem. foc. nat. cur. mosq. 3. p. 246 et 261.*

738. DAPHNE *oleoides.*

Synonymon adde: D. Caucafica? *Marfch. caf p. 78.*

Circa Tiflin etiam reperitur et D. falicifoliae utique nimis eft affinis.

OCTANDRIA.

TRIGYNIA.

214*. TRAGOPYRUM Cal. 2-phyllus. Petala 3, perſiſtentia, circa fructum conniuentia. Semen nudum, triquetrum.

741. TRAGOPYRUM *buxifolium.*

Tr foliis ſubrotundis margine undulato-crispis, ochreis ſubulatis internodio breuioribus.

Polygonum buxifolium. *Flor. taur. cauc. n. 741. (cum ſynonymi.) Hoffm. hort. moſq. a. 1808. n. 2250.*

Polygonum (*caucaſicum*) caule fruticoſo, foliis obouatis crispis, ochreâ lanceolatâ internodiis breuiore, petalis binis exterioribus minoribus reflexis. *Hoffm. in comment. ſoc. phys. med. mosq. I. Pars I. p. 10.*

Polygonum (*crispulum*) caule fruticoſo, foliis petiolatis glabris obouatis mucronulatis: margine crispato reuoluto, ſtipulis biariſtatis. *Bot. magaz. 1065.* (*excluſâ varietate β, quae Atraphaxis ſpinoſa.*)

Polygonum frutescens. *Güldenſt. it. I. p. 224.*

Tragopyra ſunt ſuffrutices habitu *Atraphaxidis*, genitalibus fructuque *Polygoni*, perigonio *Rumicis*, proprium genus omnino ſibi vindicantes. Hujusce generis ſunt:

* TRAGOPYRUM (*grandiflorum*) foliis ouato-oblongis acutis margine reuolutis, ockreis lanceolatis internodium aequantibus.

Polygonum (*grandiflorum*) caule fruticoſo, foliis ouato-oblongis acutis, ochrea lanceolatâ internodiorum longitudine, petalis aequalibus erectis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 440.*

Polygonum orientale fruticoſum latifolium minimum, flore maximo. *Tournef. cor. p. 39.*

** TRAGOPYRUM (*lanceolatum*) foliis lanceolatis in petiolum attenuatis acutis, ochreis ſubulatis internodio breuioribus, ſtylis diſtinctis.

Polygonum (*frutescens*) caule fruticoſo, foliis lanceolatis utrinque attenuatis, ochreâ lanceolatâ internodiis breuiore, petalis binis exterioribus minoribus reflexis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 440. Pall. it. 3. p. 314.*

Polygonum fruticoſum, floribus pentapetalis octandris trigynis, duobus externis petalis reflexis, ramis in extremo inermibus. *Gmel. ſib. 3. p. 60. n. 46. t. 12. f. 2.*

Lapathum orientale, frutex humilis, flore pulchro. *Tournef. cor. p. 38. Ammann in comment. acad. ſcient. petrop. 13. p. 400. t. 13.*

Lapathum dauricum montanum fruticans, ramis late ſparſis, folio oblongo anguſto plano rigidiuſculo arrecto, ſemine in longis flagellis magno. *Amm. ruth. n. 227.*

*** TRAGOPYRUM (*pungens*) foliis oblongo-lanceolatis baſi attenuatis acutiuſculis, ochreis ſubulatis internodio breuioribus, ſtylis baſi coalitis.

Polygnoni frutescentis varietas ſpinoſa. *Pall. it. 3. p. 314.*

Polygnoum fruticosum, floribus pentapetalis octandris trigynis: duobus extimis petalis reflexis, ramis subulatis acutis. *Gmel. sib. 3. p. 59. n. 45. t. 12. f. 1.*

Differt ab affini Tr. lanceolato *staturâ* majore, *ramis* rigescentibus veluti spinosis, *foliis* apice latioribus cum acumine brevi, *floribus seminibusque* majoribus, *stigmatibus* a germine *stylo* remotis. *Gmelin loc. cit.*

742. POLYGONUM *Bistorta.*

Occurrit in montibus altioribus Tauriae meridionalis. et teste *Steueno in mem. soc. nat. cur. mosq. 3. p. 261* cum P. viviparo etiam in alpestribus Caucasi orientalis.

752. POLYGONUM *acetosum.*

Varietatem latifoliam robustiorem, plantae alias Astrachaniae fabulosis peculiaris, ex Iberiâ habeo.

754. POLYGONUM *undulatum.*

Synonyma adde: P. acidum. *Pall. it. 2. p. 93, 522 et 3. p. 316. Georgi it. 2. p. 584, 720.*

Persicaria floribus 8-andris 3-gynis. foliorum lanceolatorum vaginis hirsutis. *Krascheninn. in nou. comment. acad. scient. petrop. 1. p. 375.*

Bracteae minutae squamaeformes obtusae hyalinae absque ciliis paniculae interspersae.

Facile crediderim cum *Cl. Decandolle flor. franc. n. 2215* hanc speciem non differre a P. alpino.

OCTANDRIA.

TETRAGYNIA.

757. PARIS *incompleta.*

Synonyma adde: *Marſch. cent. plant. rar. roſſic. f. 2. t. 74.*

P. (*apetala*) foliis octonis, corollâ nullâ. *Hoffm. in comment. ſoc. phys. med. mosq. 1. P. 1. p. 5.*

P. octophylla. *Hoffm. hort. moſq. a. 1808. n. 2326.*

Demidouia polyphylla. *Hoffm. hort. mosq. a. 1808. introduct. f. 2. a-f.*

Cum hâc foliis et innolucro, ſed genitalium ſtructurâ cum P. quadrifoliâ conuenit Sibiriae ulterioris incola

* PARIS (*verticillata*) foliis octonis, innolucro flore petaloideo triplo longiore.

In *P. quadrifoliâ* innolucrum flore paullo, nec duplo longius eſt: foliolis minoribus anguſtioribusque.

DECANDRIA.

MONOGYNIA.

221*. LAGONYCHIUM. Cal. breuiſſimus, 5-dentatus. Cor. 5-petala, regularis. Stamina receptaculo inſerta. Stylus apice tortus. Lomentum farctum: feminibus innidulantibus, duplici ſerie. (*Flores plurimi abortientes.*)

762*. LAGONYCHIUM *Stephanianum.*

Acacia Stephaniana. *Flor. taur. cauc. n. 1997.* (*cum ſynonymis.*) *Steuen in mem. ſoc. nat. cur. mosq. 3. p. 248 et 4 p. 72.*

Tofschandrnaq. *Cornelius le Bruyn it. Tom. 1. cum icone.*

Hunc ſuffruticem, campis auſtralioribus caspicis usque ad Cyrum fluuium familiarem, collatis recenter ſpecimnibus fructiferis ab *amiciſſ. Steueno* ex itinere per Caucaſum orientalem facto relatis, genere ab Acaciâ ſeparandum et in ſyſtemate tam naturali quam ſexuali Caſſiae ſubjungendum eſſe cognoui. Nomen generis ſumſi a voce populari Tofschandrnaq, *leporis unguem* ſignificante. *Flores* plurimi abortum patiuntur caſu vel nutrimenti defectu, partes vero fructificationis conformes ſunt in omnibus. *Foliorum* coſta media quandoque aculeolo uno alteroue minuto armata. *Legumen* thecapodio ſemunciali ſultum.

765. RUTA *linifolia.*

In Beſſarabiâ circa Tiraspolin locis apricis paſſim reperitur.

768. TRIBULUS *terreſtris.*

In campis auſtralioribus caspicis ad Cyrum frequens, ex relatione *Steueni in mem. ſoc. nat. cur. moſq. 3. p. 248.*

225*. MONOTROPA. Cal. 4-5-phyllus, coloratus: foliolis baſi excauatis. Cor. 4-5-petala. Capſ. 4-5-locularis, 4-5-valuis, polyſperma.

768*. MONOTROPA *Hypopithys.*

M. floribus lateralibus octandris, terminali decandro. *Linn. ed. Willd. 2. p. 573. Flor. dan. t. 232. Engl. bot. t. 69. Saui cent. plant. etrusc. p. 105. Hall. hiſt. n. 1002. Gmel. ſib. 4. n. 177.*

Occurrit in ſyluis elatis Tauriae. ♃

769. RHODODENDRON *caucaſicum.*

Synonyma adde: Rh. foliis oblongis ſubtus ferrugineo-tomentoſis, umbellis terminalibus, corollis rotatis: laciniis limbi ſubrotundis. *Willd. enum. hort. berol. p. 451. Botan. magaz. 1145. Güldenſt. it. 1. p. 296, 422 et 427.*

772. PYROLA *minor.*

In ſyluis ad montem Beſchtau etiam prouenit.

* P. rotundifoliam, quam in montofis circa Gándfcham et in monte Befchtau fefe inueniffe teftatur *Steuen in mem. mofq. 3. p. 261*, equidem hucusque inter caucaficas nec vivam nec ficcam vidi.

773. PYROLA *fecunda*.

Occurrit quoque in Tauriae meridionalis fyluis, ad latera montis Tfchaturdag et alibi.

DECANDRIA.

DIGYNIA.

775. SAXIFRAGA *Cotyledon*.

Synonyma adde: S. Aizoon. *Steuen de Saxifr. cauc. in mem. foc. nat. cur. mosq. 4. p. 74. n. 1. Hoffm. hort. mofq. a. 1808. n. 2841.*

S. cartilaginea. *Willd. apud Sternberg monogr. p. 5. n. 4. t. 3. C.*

Noftra caucafica quoad *habitum* S. Aizoo magis omnino refpondet quam Cotyledoni, quae elatior robuftior atque magis multiflora eft; fed quoad formam *foliorum*, quae equidem nunquam apice rotundata acumineque medio penitus deftituta vidi, tum quoad pubem viscidulam in *calyce* nunquam defidentem, propius ad Cotyledonem auctorum accedit. *Calycis* laciniae oblongae obtufae minus quam tubus fiue germen pubescentes. *Varietates* quoad ftaturam, folia, corollae colorem,

et pubem recenfet *Steuen loc. cit.* Conferatur etiam huc *Schranck in mem. foc. bot. ratisb. a. 1818. p. 21.*

776. SAXIFRAGA *flagellaris.*

S. foliis oblongis feffilibus oppofitis alternisque: inferioribus ciliato-ferratis, farmentis filiformibus. *Willd. apud Sternberg monogr. p. 25. n. 39. t. 6. Steuen de Saxifr. cauc. in mem. foc. nat. cur. mosq. 4. p. 79. n. 5.*

S. afpera. *Flor. taur. cauc. n. 776. (excluſis ſynonymis.)*

777. SAXIFRAGA *laeuis.*

Synonymon adde: *Steuen de Saxifr. cauc. in mem. moſq. 4. p. 79. n. 6.*

De hujus a S. autumnali diſcrimine dubitat *ill. C. Sternberg*, nec ſe dubium ſoluere poſſe teſtatur *amiciſſ. Steuen loc. cit.* Equidem de utriusque diuerſitate, quamuis caucaſicam ex paucis tantum ſpeciminibus ſiccis nouerim, perſuaſum mihi habeo; quum et *color* herbae glaucus, et *foliorum* ſuperiorum quoque latitudo, et *florum* in capitellum terminale coactorum paruitas S. autumnali, cujus ſpecimina auſtriaca, ſalisburgenſia et heluetica coram habeo, minime ſint adaequata.

778. SAXIFRAGA *juniperina.*

Synonyma adde: *Willd. apud Sternberg monogr. p. 31. n. 48. t. 10. icon media. Steuen de Saxifr. cauc. in mem. moſq. 4. p. 79. n. 7. Hoffm. hort. mosq. a. 1808. n. 2845.*

In alpe Schadagh Caucaſi orientalis ad rupes nini vicinas etiam inuenitur, referente *Steueno in mem. moſq. 3. p. 245.*

Foliola 2 minima ad basin *pedicellorum*, praeter folium florale. *Genitalia* aequalia corollâ longiora. *Germen* superum. *Steuen loc. cit.*

779. SAXIFRAGA *rotundifolia*.

Synonyma adde: *Sternberg monogr. p. 17. n. 25. Steuen de Saxifr. cauc. in mem. mosq. 4. p. 76. n. 2. Güldenst. it. 1. p. 288 et 426.*

S. (*repanda*) foliis caulinis repandis: dentibus obtusis, caule paniculato pedunculisque glanduloso-viscosis. *Willd. ap. Sternb. monogr. p. 17. n. 24. t. 5.*

S. repandam *Sternbergii* non differre a S. rotundifoliâ *Linn.* demonstrauit *Steuen loc. cit.*

780. SAXIFRAGA *Cymbalaria*.

S. foliis reniformibus lobatis: floralibus palmatis indivisisque, caule debili pedunculisque villoso-viscosis, radice granulatâ, pistillo supero.

S. granulata. *Steuen de Saxifr. cauc. in mem. soc. nat. cur. mosq. 4. p. 77. n. 3. (excluso synonymo Sternb. monogr. n. 23.)*

α. Pumila, digitalis vel palmaris, 3-4-flora.

S. granulata. b. *Steuen loc. cit.*

S. granulata. *Marsch. flor. taur. cauc. n. 780. (exclusis synonymis.)*

β. elongata, flaccida, succulenta, glabra.

S. (*Cymbalaria*) foliis caulinis cordatis trilobis integrisque, caulibus procumbentibus. *Linn. ed. Willd. 2. p. 657. (excluso synonymo Buxbaumii.)*

S. granulata. a. *Steuen loc. cit.*

S. grandiflora. *Sternb. monogr. t. 12. f. 4.*

S. fibirica Stephani. *Sternb. monogr. app. p. 57. t. 25. f. 1.*

S. foliis reniformibus obtufe crenatis, caule ramofo foliofo paucifloro. *Gmel. fib. 4. p. 162. n. 73?*

Geum orientale Cymbalariae folio molli et glabro, flore magno albo. *Tournef. cor. p. 18 et it. ed. orig. gallic. 2. p. 148. cum icone.*

Crescit α in alpium Caucaficarum faxofis praeruptis, β in cryptis inter faxa Cancafi orientalis alpium Schadagh et Tyfendagh. *Steuen in mem. mofq. 3. p. 261.*

In α *petioli caulesque* cum *pedunculis* hirfuti, *folia* quoque fubuilloſa; in β *pedunculi* tantum cum *calycibus* pilis glanduliferis pubescunt, *petioli* autem cum *foliis* et *caulibus* glabri funt. *Petala* trineruia: neruis undulatis non ramofis. *Germen* plane fuperum (nec ut in S. granulatâ inferum aut fubinferum), hinc ad Geum a Tournefortio relata. *Varietatem* utramque ex Sibiriâ etiam habeo, a caucaficis non discrepantes. Diftincta vero fpecies eft S. fibirica Bergii *Sternb. monogr. t. 25. f. 1*, cujus pluscula fpecimina ex Sibiriâ orientali poſſideo. Haec eft omnibus partibus minor atque gracilior, radice non granulatâ, caule nudiusculo filiformi attamen firmo, floribus quadruplo minoribus. Utrum vero haec vel S. Cymbalariae varietas noftra β, S. fibirica *Linnaei* fit, ex breui defcriptione in *Speciebus plantarum* propoſitâ non liquet; S. fibirica *Wahlenbergii* (*carpat. n. 399*) autem, radice granulatâ conueniens cum noftrâ, capſulâ ad unam tertiam inferâ ab eâ differt, potius S. granulatam fpectans.

781. SAXIFRAGA *tridactylites.*

Synonyma adde: *Steuen de Saxifr. cauc. in mem. mofq. 4. p. 81. n. 11. Sternberg monogr. p. 44. n. 64. t. 17. icon media. Wahlenb. lappon. n. 218. carpat. n. 400.*

Non differre ſpecie S. controuerſam *Sternberg monogr. p. 43. n. 63. t. 17 icones laterales*, nec. S. petraeam *auctorum* monet *Steuen loc. cit.*

782. SAXIFRAGA *neruoſa.*

Synonyma adde: *Sternb. monogr. p. 52. n. 77. Steuen de Saxifr. cauc. in mem. moſq. 4. p. 81. n. 10.*

Styli fructus clauati diuergentes laciniis calycinis duplo longiores.

783. SAXIFRAGA *mixta.*

S. muscoides et mixta. *Flor. taur. cauc. n. 783 et 2005. (excluſis ſub n. 783 ſynonymis.)*

S. pubescens. *Sternberg monogr. p. 53. n. 78. Steuen de Saxifr. cauc. in mem. moſq. 4. p. 81. n. 9.*

783*. SAXIFRAGA *muscoides.*

S. foliis radicalibus aggregatis linearibus obtuſis integris trifidisque, ſcapo paucifloro, floribus ſubcapitatis, petalis oblongis obtuſis citrinis. *Sternberg monogr. p. 39. n. 58. t. 11. f. 2. Steuen de Saxifr. cauc. in mem. moſq. 4. p. 80. n. 8.*

S. cespitoſa. *Flor. taur. cauc. 2. p. 460. n. 2006. (excluſis ſynonymis.)*

Hanc et praecedentem recenſui olim ex ſpeciminibus ficcis, quas nunc ex nouiſſimis *amiciſſ. Steueni* ad vivas factis obſeruationibus repeto. In utraque *calycis* laciniae oblongae obtuſae, *petala* oblonga obtuſa trineruia, *antherae* ſubgloboſo-didymae, *ſtyli* breuiſſimi, *ſtigmata* incraſſata.

Difficilem inter has et affines *Synonymiam* extricare ego non aggredior, quam hic, quoad noſtrates, propono ſecundum

Steuenum loc. cit., qui vivas obſeruauit; fateor quoque S. caeſpitoſam *Linn* nullam ex noſtris eſſe Specimen ſiccum S. muscoidis auſtriacae, quod coram habeo, meae S. mixtae potiſſimum reſpondet, cui nec *icon Halleri opuſc.* loco ſub muscoide a me citato, nec deſcriptio *Flor. franc. n. 3588* reputant; ſed S. muscoidea *Wahlenb. carpat. n. 402* petalis acutis a noſtris omnino discrepat.

784. SAXIFRAGA *irrigua.*

Synonyma adde: *Marſch. cent. plant. rar. roſſic. 2. t. 73. Steuen de Saxifr. cauc. in mem. moſq. 4. p. 82. n. 12. Sternberg monogr. p. 60.*

Petala apice obſolete tridentata, non perfecte inter ſe aequalia.

785. SAXIFRAGA *hederacea.*

Synonyma adde: S. orientalis. *Steuen de Saxifr. cauc. in mem. moſq. 4. p. 78. n. 4. Hoffm. hort. moſq. a. 1808. n. 2846.*

S. *(reticulata)* foliis cordatis repando-dentatis reticulato-venoſis, caule foliofo (erecto). *Willd. ap. Sternb. monogr. p. 21. n. 32. t. 13.*

S. orientalem et hederaceam *Sternb. loc. cit. n. 31 et 34*, ſicut S. orientalem *Jacq. obs. t. 34* hujus loci eſſe, ſed S. hederaceam *Linnaei* fortaſſis propriam ſiſtere ſpeciem cenſet *Steuen loc. cit.* Mihi vero *icon citata Jacquini* magis a noſtrâ aliena eſſe videtur, quam definitio S. hederaceae in *Linnaei ſpeciebus plantarum.* Quapropter priſtinam meam de his plantis ſententiam non muto.

787. GYPSOPHILA *repens.*

Discrimina, quibus caucaſica noſtra a vulgari aberrat, olim indicaui. His addi poteſt *flos* quidquam minor et *corolla* ra-

tione *calycis* breuior. Pro peculiari ſpecie G. Steueni colitur nunc in hortis Gorenkenſi et Cremenecenſi. (*conf. Beſſer cat. hort. cremen. a. 1816. p. 64.*)

788. GYPSOPHILA *tenuifolia.*

Crescit etiam in rupeſtribus ſubalpinis Caucaſi orientalis, ex relatione *Steueni in mem. ſoc. nat. cur. mosq. 3. p. 262.*

Corolla omnium congenerum facile maxima, ſaepe elegánter purpureo-venoſa.

789. GYPSOPHILA *elegans.*

Synonyma adde: *Steuen in mem. ſoc. nat. cur. moſq. 3. p. 262. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 19. Beſſer catal. hort. cremenec. a. 1816. p. 64.*

Arenaria pulchella Adami. *Hoffm. hort. moſq. a. 1808. n. 321.*

Petala ſemper elegánter purpureo-venoſa. *Varietatem* angustifoliam ex Iberiâ habeo.

790. GYPSOPHILA *acutifolia.*

G. foliis lineari-lanceolatis acuminatis planis obſcure trineruiis, paniculâ trichotomo-corymboſâ villoſo-viscoſâ, petalis emarginatis calyce duplo longioribus genitalia ſuperantibus.

G. acutifolia. *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 59. Beſſer cat. hort. cremen. a. 1816. p. 64.*

G. altiſſima. *Flor. taur. cauc. n. 790. (excluſis ſynonymis.)*

Diſtincta a G. altiſſimâ *foliis* longioribus acutioribusque, *paniculae* ramis et *calycibus* pilis confertis abbreuiatis glanduliferis magis pubescentibus et *floribus* duplo majoribus. Po-

fterior, fecundum fpecimina fibirica herbarii mei, quoad inflorescentiam floresque propius ad G. arenariam *Waldft. et Kit* accedit, a quâ magnitudine et latitudine foliorum potisfimum discrepat. Verum ipfa G. arenaria forte a G. faftigiatâ *Linn* non vere differt; fcilicet excluſâ plantâ fibiricâ Gmelini (*flor. fib. 4. p. 144. n. 41. t. 61 icon a finiſtrâ*), quae longe alia eft, nempe G. dichotoma *Beſſer galic.* feu G. dubia *aliorum.*

793. GYPSOPHILA *glomerata.*

Synonyma adde: *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 59. Hoffm. hort. mofq. a. 1808. n. 1516. Beſſer cat. hort. cremenec. a. 1816. p. 64.*

798. SAPONARIA *Vaccaria.*

Calycis dentes violacei.

799 SAPONARIA *glutinoſa.*

Synonymon adde: *Marſch. cent. plant. rar. roſſic. 2. t. 66.*

800. DIANTHUS *Pſeudarmeria.*

Synonyma adde: *Marſch. cent. plant. rar. roſſic. 2. t. 70. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 59.*

In inferiore regione fluuii Tanais eundem legit *D. Henning.*

Folia caulina in adultioribus vegetioribusque ad angulum acutum patent.

801. DIANTHUS *Armeria.*

In fyluis montium altiorum Tauriae etiam reperitur. Videtur bienuis eſſe, ſic etiam praecedens. Annuum pronunciant *Smith* et *auctores florae francicae.*

802. DIANTHUS *atrorubens.*

Synonymon adde: D. carthuſianorum. *Marſch. caſp. app. p. 209.*

803. DIANTHUS *polymorphus.*

Synonyma adde: *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 59. Beſſer catal. hort. cremenec. a. 1816. p. 50.*

D. deltoides? *Marſch. caſp. app. p. 209.*

Ob *petala* ex deſcriptione immaculata hujus etiam loci eſſe videtur Dianthus *Gmel. ſib. 4. p. 134. n. 24. (excluſo ſynonymo Linnaei, ad D. Carthuſianorum pertinente.)*

805. DIANTHUS *pallens.*

Synonyma adde: *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 59.*

D. paniculatus. *Güldenſt. it. 1. p. 68 et 110?*

Crescit etiam in campis apricis elatioribus Tanai inferiori adjacentibus.

806. DIANTHUS *rigidus.*

Synonyma adde: D. floribus ſolitariis, ſquamis calycinis ouatis acutis breuiſſimis, caule ramoſiſſimo ſuffruticoſo, foliis lineari-ſubulatis margine ſcabris, petalis cuneiformibus apice dentatis. *Willd. enum. hort. berol. p. 469. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 59. Hoffm. hort. moſq. a. 1808. n. 1190.*

808. DIANTHUS *campeſtris.*

Synonyma adde: D. floribus ſolitariis, ſquamis calycinis ouato-lanceolatis tubo breuioribus, caule paniculato foliisque ſcabris, petalis dentatis. *Willd. enum. hort. berol. p. 468.*

Marſch. cent. plant. rar. roſſic. I. t. 8. Botan. magaz. 1876. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 59.

D. bicolor Adami. *Hoffm. hort. moſq. a. 1808. n. 1174.*

809. DIANTHUS *caucaſicus.*

Synonyma plantae cultae ſunt: D. floribus ſolitariis, ſquamis calycinis ouato-acuminatis adpreſſis tubo duplo breuioribus, foliis margine ſcabris, caule ramoſo laeui, petalis inciſo-dentatis. *Willd. enum. hort. berol. p. 468. Aiton kew. ed. 2. P. 3. p. 80. Hoffm. hort. moſq. a. 1808. n. 1178. Beſſer cat. hort. cremenec. a. 1816. p. 49.*

810. DIANTHUS *montanus.*

Synonyma adde: *Beſſer catal. hort. cremenec. a. 1816. p. 50.*

D. collinus caucaſicus. *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 59.*

D. *(discolor)* floribus ſolitariis, ſquamis calycinis ſubſonis ouato-acuminatis patentibus, corollis inaequaliter ferratis discoloribus, foliis lanceolatis ſcabris internodio longioribus. *Bot. magaz. 1162. Aiton kew. ed. 2. P. 3. p. 81.*

In campeſtribus Poloniae auſtralis et Beſſarabiae D. collinus *Waldſt. et Kit.* minime quoque rarus eſt, cujus *varietas* ſparſiflora, mediante D. Fiſcheri *Sprengel.* (D. collino ruthenico *Catal. hort. gorenk.*), per Roſſiam mediam Mosquam usque et in Sibiriâ obuio, cum *varietate* aggregatâ D. montani cohaeret. An hi ſpecies ſint, vel varietates, iterata docebit cultura.

811. DIANTHUS *guttatus.*

Synonyma adde: *Willd. enum. hort. berol. p. 468. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 59.*

Magis affinis eſt D. campeſtri, qui petalis albo-punctulatis etiam variat, quam praecedenti. *Dignoſcitur* a D. campeſtri defectu *hirſutiei* in baſi caulis et foliis inferioribus, *calycibus* latioribus: ſquamis baſeos majoribus et longius acuminatis.

Suae manifeſte ſpeciei eſt crescens in pratis ad Wolgam inferiorem, flumini adjacentibus

* DIANTHUS *pratenſis.*

D. floribus ſolitariis: ſquamis calycinis foliaceo-acuminatis, exterioribus lanceolatis tubum ſubaequantibus, interioribus baſi ouatis breuioribus; caule foliisque glabris.

Pedalem altitudinem haud attingit, inde a baſi *caulis* ſubligneſcente paniculato-ramoſus, totus glaber laete viridis: ramis ſubcorymboſis. *Folia* obſcure trineruia, margine quoque vix aſpera: inferiora breuiora obtuſiuscula, ſuperiora ſubulato-lanceolata. *Flores* ſolitarii magnitudine D. montani, *calyce* paullo turgidiore: dentibus aeque breuibus. *Squamae calycinae* exteriores lanceolatae, mox calycis tubum aequantes, mox paullo breuiores, laxiusculae et ſummum par foliorum diminutorum referentes; interiores baſi duplo latiores, acumine foliaceo breuiore. *Petala* antice acute dentata: formâ D. montani, purpurea faucem verſus piloſiuscula.

812. DIANTHUS *petraeus.*

Squamis calycinis tubo duplo fere breuioribus variat. *Flores* fragrantes.

Circa Gandſcham in montoſis occurrit, teſte *Steueno in mem. ſoc. nat. car. moſq. 3. p. 262.*

813. DIANTHUS *bicolor.*

Synonyma adde: *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 59. Beſſer catal. hort. crem. a. 1816. p. 49.*

Varietatem minorem, *foliis* breuioribus, *floribus* minoribus, *calycibus* etiam breuioribus baſi turgidioribus, in aridis lapidoſis Tauriae meridionalis obſeruaui.

814. DIANTHUS *pomeridianus.*

Synonyma adde: D. pomeridianus leptopetalus et idem pubescens. *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 59.*

D. (*leptopetalus*) floribus ſolitariis, ſquamis calycinis ouatis acutis breuiſſimis, caule paucifloro, foliis ſubulatis, petalis lanceolatis integerrimis. *Willd. enum. hort. berol. p. 468. Botan. magaz. 1739.*

D. cretaceus Adami. *Hoffm. hort. moſq. a. 1808. n. 1181.*

D. bicolor. *Hornem. hort. hafn. a. 1813. p. 407. (excluſo ſynonymo noſtro.)*

Dianthi ſpecies ſingularis. *S. G. Gmelin it. 4. p. 9.*

Calyx ſtriis verſus ejus baſin obliteratis exaratus; quod quidem in aliis quoque D. ſpeciebus obtinet.

817. DIANTHUS *fragrans.*

Synonyma adde: D. caule ſubunifloro, petalis inciſis, calycinis ſquamis quaternis ouatis acuminato-mucronatis: interioribus externis anguſtioribus. *Schultes obſ. p. 79. Catal.*

hort. gorenk. a. 1812 p. 59. Hoffm. hort. mosq. a. 1808. n. 1183. Hornem. hort. hafn. a. 1813. p. 409.

818. DIANTHUS *squarrosus.*

Synonyma adde: *Marsch. cent. plant. rar. ross. 1. t. 33. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 59.*

D. arenarius. *Pall. it. 3. p. 600.*

Hujus loci videtur esse: D. (*Mussini*) squamis ovalibus mucronatis tubo triplo brevioribus, petalis multifidis imberbibus, caulibus procumbentibus, foliis subulatis reflexis. *Hornem. hort. hafn. a. 1813. p. 408.*

819. DIANTHUS *fimbriatus.*

Synonyma adde: *Willd. enum. hort. berol. p. 470.*

D. orientalis. *Botan. magaz. 1069. Aiton kew. ed. 2. P. 3. p. 83. Schultes. obs. p. 78. Hoffm. hort. mosq. a. 1808. n. 1186.*

Circa urbem Gandscham etiam occurrit, teste *Steveno in mem. mosq. 3. p. 262.*

DECANDRIA.

TRIGYNIA.

821. CUCUBALUS *fimbriatus.*

Synonyma adde: *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 60.*

C. multifidus. *Hoffm. hort. mosq. a. 1808. n. 1082.*

Silene *(fimbriata)* floribus dichotome paniculatis, petalis semibifidis inciso-fimbriatis: coronâ bipartitâ, calycibus inflatis venosis pubescentibus. *Botan. magaz. 980. Aiton kew. ed. 2. P. 3. p. 93. Besser cat. hort. cremenec. a. 1816. p. 131.*

821*. CUCUBALUS *lacerus.*

C. petalis multifidis, calycibus campanulatis, foliis spathulato-ovatis, caule adscendente. *Steuen in act. societ. linn. londin. et in mem. soc. nat. cur. mosq. 3. p. 262. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 60.*

Habitat inter fragmina schisti, in alpestribus Caucasi orientalis, ad riuum Chodjal, circa pagum Chinalug. ⊙ f. ♂.

Connenit cum praecedente formâ magnitudineque *florum;* sed differt *staturâ* palmari seu dodrantali, *habitu* diffuso, *foliis* minoribus magis hirtis: radicalibus et inferioribus caulinis spathulatis, floralibus tantum cordato-lanceolatis acutis.

822. CUCUBALUS *viscosus.*

Synonymon adde: *Flor. dan. t. 1209.*

823. CUCUBALUS *italicus.*

Paniculae rami non omni carent viscositate. *Calyx* parum pubescit: denticulis dorso viridibus late albo-marginatis. Dubito an Silene nemorosa *Waldst. et Kit.* vere a nostro differat.

824. CUCUBALUS *molliſſimus.*

Planta a me olim in itinere Schirvanensi negligentius obseruata atque collecta, ita ut nunc ex speciminibus quae superſunt, nil nisi *diuersitatem* a C. molliſſimo auctorum affirmare possim, quae quidem et ex breui descriptione, quam olim exhibui, satis superque elucet. Peregrinatorum per Caucasum diligentiae speciem hanc, ut videtur nouam, commendamus. C. molliſſimum *Linn.* varietatem magis canescentem. C. italici esse suspicatur *Decand. in flor. franc. 6. suppl. p. 605.*

827. SILENE *iberica.*

Calycis angulis pubescentibus variat, quae *varietas* nimis S. dichotomae affinis est.

828. SILENE *supina.*

Synonyma adde: *Marsch. cent. plant. rar. rossic. 1. t. 3. Willd. enum. hort. berol. p. 473. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 59. Besser catal. hort. crem. a. 1816. p. 132.*

Planta polymorpha praesertim quoad *folia* et pubem *calycis.* *Nostra icon loc. cit.* exprimit *varietatem* latifoliam minus pubescentem, culturâ sic mutatam. *Varietas* angustifolia

semper canescit, ejusque *calyces* fructiferi eleganter purpurascunt. Huic anologam: *caulibus* magis elongatis, *calycibus* valde villoso-viscosis in inferiore Tanais regione legit *D. Henning.*

830. SILENE *angustifolia.*

Synonymon adde: S. petraea. *Hoffm. hort. mosq. a. 1808. n. 3047.*

834. SILENE *saxatilis.*

Synonyma adde: *Aiton kew. ed. 2: P. 3. p. 89. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 60. Hoffm. hort. mosq a. 1808. n. 3053. Besser cat. hort. cremenec. a. 1816. p. 132.*

Aegre ab hac differt S. tenuis *Willd. enum. hort. berol. p. 474*, nam et nostrae *bracteae* margine membranaceo ciliatae sunt, *floresque* haud ita ut in S. nutante cernui.

Varietas elatior *paniculâ* admodum multiflorâ, habitu propius ad S. nutantem accedens, ad fluvium Tyram propè Bender reperitur.

835. SILENE *spergulifolia.*

S. polyphylla. *Flor. taur. cauc. n. 835. (exclusis synonymis.)*

Cucubalus (*spergulifolius*) caulibus procumbentibus diffusis, foliis subulatis, calycibus inflatis sulcatis villoso-viscidis, floribus pedunculatis aggregatis, petalis bifidis. *Desfont. in annal. mus. paris. 6. fasc. 66. p. 44. t. 43. Linn. ed. Willd. 2. p. 690.*

Lychnis orientalis Caryophylli holostei folio. *Tournef. cor. p. 24.*

Huic affinis et proximus videtur Cucubalus fruticulosus *Pallasii.*

837. SILENE *compacta.*

S. petalis integris, calycibus clauatis glaberrimis fasciculatis: pedicellis omnibus breuissimis, pedunculo summo laterali terminali breuiore, foliis glaberrimis: superioribus cordatis, radice bienni.

S. (*compacta*) floribus fasciculatis, petalis integris, foliis acutis glabris: superioribus ouato-lanceolatis. *Hornem. hort. hafn. a. 1813. p. 415. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 60.*

S. Armeria. *Flor. taur. cauc. n. 837.* (*exclusis synonymis.*)

Lychnis orientalis multiflora, folio Valerianae rubrae. *Tournef. cor. p. 24.*

Summopere quidem affinis est „S (*Armeriae*) petalis subemarginatis, calycibus clauatis glaberrimis, paniculâ dichotomâ confertâ: pedicellis infimis calyci subaequalibus, pedunculo summo laterali terminalem subaequante, foliis glaberrimis: superioribus cordatis, radice annuâ„; sed culturâ decente, notis constantibus in definitionibus expressis, vere discrepat.

837*. SILENE *caespitosa.*

S. caespitosa glabra, caulibus simpliciſſimis elongatis, (paniculâ subcapitatâ), petalis bifidis, calycibus clauatis tomentosis, foliis subulatis carnosis. *Steuen in mem. soc. nat. cur. mosq. 3. p. 262.*

Habitat in alpestribus Caucasi orientalis, circa pagum Sudur ditionis Kubensis. Floret Junio. ♃

Caespites e caulium annosiorum basi multifidâ persistente humoque obrutâ ampliusculi, e quibus *foliorum* fasciculi co-

pioſi et *caules* annotini graciles ſimpliciſſimi palmares, ad ſummum pedales, teretes, pube vix viſibili praediti. *Folia* ſubulata breuia carnoſula glabriuscula, caulina pauca remota breuiſſima recurvo-patentia. *Flores* in apice caulis ad 10, plerumque pauciores, per arctiſſimam dichotomiam ſubcapitati, magnitudine et formâ florum S. ſaxatilis. *Bracteae* breviſſimae acutae virides. *Pedicelli* lateralis floriferi rudimentum quandoque ad axillas ſummi foliorum pariſ. *Calyx* ſubcampanulatus tomentoſus: ſtriis tomento occultatis, dentibus breuibus margine membranaceis obtuſiusculis. *Petala* bipartita, albida? *Genitalia* florentis inclusa. *Capſula* ſphaeroidea longitudine thecapodii.

841. SILENE *ſpathulata.*

Synonymon adde: S. pygmaea. *Hoffm. hort. mosq. a. 1808. n. 3050.*

845. STELLARIA *viscida.*

Varietatem glabriusculam, quoad reliqua non diuerſam, circa Gandſcham legit *amiciſſ. Steuen.*

848. ARENARIA *ſerpyllifolia.*

Synonyma adde: *Flor. dan. t. 977. Gmel. ſib. 4. p. 159. n. 67.*

850. ARENARIA *marina.*

Semina compreſſa hyalino-marginata in hac et in A. rubrâ, per Roſſiam ſeptentrionalem et mediam vulgari. A. rubra aliorum (*Smith brit. Lamarck et Decand. flor. franc. Wahlenb. lapp. et carpat.*), feminibus angulatis praedita, diuerſa mihique ignota planta eſt.

851. ARENARIA *imbricata.*

Rariſſime in alpeſtribus Caucaſi orientalis obuia, ſecundum *Steuen in mem. ſoc. nat. cur. moſq. 3. p. 263.*

852. ARENARIA *graminifolia.*

A. filifolia. *Flor. taur. cauc. n. 852.* (*cum ſynonymis.*)

A. (*filifolia*) foliis ſubulato-filiformibus ferrulato-ſcabris, caule ſimplici ſtricto, paniculâ pubescente trichotomâ, calyce obtuſiſſimo petalis breuiori. *Spreng. pugill. 1. p. 32. n. 59.*

β. Paniculâ glabrâ minus multiflorâ, floribus majoribus.

A. (*graminifolia*) foliis lineari-filiformibus ſtrictis, caulibus ſimplicibus erectis trichotomo-paniculatis, calycibus obtuſis eneruiis membranaceo-marginatis petalis obouatis breuioribus. *Willd. enum. hort. berol. p. 481. Hornem. hort. hafn. a. 1813. p. 423. Beſſer. galic. n. 532 et catal. hort. cremen. a. 1816. p. 15. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 58.*

Variat quam maxime *ramorum paniculae* pube viscidâ copioſiore vel rariore, in varietate β penitus deficiente, porro *petalorum* longitudine; limites vero inter has varietates fruſtra quaeſiueris. Omnibus *panicula* trifida dichotoma: *pedunculo* unifloro elongato ex bifurcaturis. *Calyx* glaberrimus: ſub margine ſcariioſo apice maculâ violaceâ. *Capſula* calyce longior ſubconica primum ore ſexdentato dehiscit, demum in totidem ſegmenta ſcinditur. *Varietas* grandiflora pauciſſimis videtur ab A. cucubaloide *Smithii* differre.

853. ARENARIA *longifolia.*

Synonymon adde: *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 58.*

Folia radicalia omnium longiſſima, quandoque pedalia. *Paniculae* rami intermedii, ſicut laterales, per iteratam tricho-

tomiam fubdiuiduntur, unde haec magis quam praecedentis conferta eſt atque multiflora.

855. ARENARIA *cephalotes.*

Sicut A. graminifolia A. cucubaloidi, ita haec A. dianthoidi *Smithii* proxima eſt.

856. ARENARIA *rigida.*

Frequens in campis vaſtis inter Tyrae et Boryſthenis oſtia.

Folia radicalia ſaepe aeque elongata ac in affinibus. *Panicula* oblonga, ob ramos laterales per trichotomiam intermedio minus ſubdiuiſos atque breuiores. *Bracteae* multo majores quam in graminifoliâ et longifoliâ.

Huic ſimilis in Sibiriâ ulteriore naſcitur.

* ARENARIA *juncea.*

A. foliis lineari-ſetaceis ciliato-ſcabris, caulibus erectis ſimplicibus, paniculâ dichotomâ pubeſcente, calycibus acutis villoſis: foliolis obſcure trineruiis corollam ſubaequantibus.

857. ARENARIA *lychnidea.*

Variat pedicellis lateralibus ultra intermedium elatis, tunc *bracteâ* minutâ cum rudimento floris lateralis inſtructis.

858. ARENARIA *laricifolia.*

Variare hanc, per Caucaſi orientalis alpeſtria etiam obuiam, *foliis radicalibus* mox longioribus laxis, mox breuioribus rigidis teſtatur *Steuen in mem. ſoc. nat. cur. moſq. 3. p.*

263; quae *varietas* iterum comparanda eſt cum A. pinifolià *Flor. taur. cauc. n. 859.*

860. ARENARIA *auſtriaca.*

Conuenit omnino caucaſica noſtra cum auſtriacis ſpecimínibus, quae coram habeo, et a quibus non differt A. auſtriaca β glabra *Lamarck et Decand. flor. franc. ſub n. 4421* (A. triflora *Villars delph. 4. p. 123. t. 47*); ſed a *loc. cit.* hirſutie caulicolorum atque foliorum, foliis breuioribus et pedunculis minus elongatis recedit. *Gmelinus in flor. ſib. 4. p. 153. ſub. n. 60* plures affines confuſas habere videtur, icon vero *t. 63. f. 1* ad A. auſtriacam referenda erit.

861. ARENARIA *recurua.*

Synonyma adde: A. ſtriata. *Marſch. caſp. app. p. 209.*

In alpeſtribus Caucaſi orientalis etiam creſcit, referente *Steueno in mem. ſoc. nat. cur. mosq. 3. p. 263.*

Caracteres diſtinctiui certiores, inter A. vernam (caeſpitoſam *Ehrh.*), recurnam *Allion. Jacq.* et ſtriatam, me quidem judice, hucusque deſiderantur. Arenaria *Gerard gallopr. p. 405. n. 7. t. 15. f. 1* aperte ad dictas, potiſſimum vero ad A. recuruam noſtram, nec ad A. limiflοram *Jacquini* pertinet, quo ſub A. Gerardi retulere *Lamarck et Decand. flor. franc. n. 4424, Willdenouius ſpec. plant. 2. p. 729* et *Wahlenb. carpat. n. 132;* ſed plantam *Wahlenbergii* noſtram omnino eſſe, ex ſpecimine ſicco Carpatico, nuper ab *experientiſſ. Roehel* mihi communicato agnoui.

863. ARENARIA *tenuifolia.*

Variat pube viscidulâ omnium partium copioſiore vel parciore, tum *petalis* calycem ſubaequantibus et duplo breuiori-

bus; nunquam vero penitus glabram vidi. Equidem Alſinen viscoſam. *Schreberi* et A. viscidulam *Thuillier*, pro meris noſtrae *varietatibus* habeo; quum, praeter *ſtaminum* numerum inconſtantem et *pubem* variabilem, nulla plane differentia intercedat.

864. ARENARIA *heteromalla.*

Synonyma adde: *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 58. Beſſer. cat. hort. cremenec. a. 1816. p. 15.*

A. (*ſetacea*) caule proſtrato baſi ramoſo: ramis ſubſimplicibus, foliis ſetaceis faſciculatis ſtrictis, floribus paniculatis terminalibus, petalis ouatis calyce acutiſſimo longioribus *Loiſeleur flor. franc. 1. p. 262. Lam. et Decand. flor. franc. n. 4429.*

865. ARENARIA *glomerata.*

Synonymon adde: A. faſciculata. *Marſch. caſp. app. p. 209.*

Varietas elatior: *paniculâ* paullo laxiore, *pedicellis* ſcilicet longioribus, in ſaxoſis circa Odeſſam reperitur.

DECANDRIA.

PENTAGYNIA.

868. SEDUM *involucratum.*

Folia oppoſita. *Flores* S. ſpurii floribus quidquam majores.

869. SEDUM *ſpurium.*

Synonyma adde: S. foliis ſubrotundo-obouatis planis baſi cuneatis margine cartilagineo-muricatis, caulibus repentibus: ramis floriferis erectis, cymâ diuaricatâ. *Willd. enum. hort. berol. p. 484. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 61. Beſſer cat. hort. cremen. a. 1816. p. 127.*

Huic ſimillima eſt Craſſula crenata. *Desfont. in annal. mus. paris. 6. faſc. 66. p. 455. t. 46.* Anacampſeros orientalis folio ſubrotundo minore eleganter crenato. *Tournef. cor. p. 19.*

869*. SEDUM *ibericum.*

S. foliis cuneiformi-obouatis repando-crenatis petiolatis margine ſcabris, cymâ folioſâ dichotomâ: floribus ſubſeſſilibus, petalis ſubulatis.

S. ibericum. *Steuen manuſcr.*

Habitat in Iberiae ſeptentrionalis ſubalpinis, ad fluuium Kſani, circa monaſterium Largwi. 2

Statura et *habitus* diffuſus atque ramoſus S. ſpurii. *Folia* nonnihil minora rotundioraque in petiolum longiorem attenuata, margine tantum ſcabriuscula nec ciliata, juniora utrinque punctis albis adſperſa, quae aetate euanescunt; *caulina* oppoſita, *floralia* alterna oblonga ſubſeſſilia. *Caules* apice floriferi dichotomi: *floribus* ſolitariis diſtantibus ad bifurcaturas ſubſeſſilibus, floribus S. ſpurii nonnihil minoribus, *bracteâ* foliaceâ ipſis longiore ſuffultis. *Calyx* corollâ plus duplo breuior; foliolis lanceolatis acutis. *Corolla* pentapetala rubicunda. *Stamina* corollâ breuiora: *filamentis* ſetaceis, *antheris* ſubrotundis badiis.

869**. SEDUM *ſemperuiuoides.*

S. foliis ſpathulato-ouatis acutis integerrimis pubescentibus conſertis, corymbo hemiſphaerico.

S. ſemperuiuoides. *Fiſcher in herb. gorenk.*

Habitat in Iberiâ. *D. Wilhelms.*

Facies et *folia* Semperuiui. *Radix* obliqua fibroſa. *Caulis* circiter palmaris ſeu ſpithamaeus ſimplex erectus firmus, ſicut tota planta pube exili conſertâ ſubtomentoſus, totus foliis conſertis obtectus. *Folia* formâ magnitudineque foliorum Semperuiui tectorum, minus craſſa, tota pubescentia: margine ſubciliata, baſi latâ ſemiamplexicaulia. *Corymbus* ſpecioſus valde compoſitus et multiflorus: ramis omnibus ſicut caulis pubescenti-tomentoſis. *Pedicelli* circiter floris longitudine. *Bracteae* lanceolatae pedicello breuiores. *Flores* magnitudine florum S. ſpurii. *Calycina* foliola triangulari-lanceolata pubeſcentia corollâ triplo breuiora. *Corolla* ſplendide purpurea: *petalis* lanceolato-ſubulatis ſubpubescentibus. *Genitalia* corollâ paullo breuiora.

870. SEDUM *piloſum.*

Synonymon adde: S. foliis oblongis obtuſis compreſſo-planiusculis hirſutis, propaginibus globoſis, corymbo compoſito pubescenti-viscido, petalis lanceolatis. *Marſch. cent. plant. rar. roſſ. 1. t. 40.*

870*. SEDUM *roſeum.*

S. foliis oppoſitis ſpathulato-obovatis carnoſis, caulibus ramoſiſſimis laxis repentibus glabris, cymis terminalibus. *Steven in mem. ſoc. nat. cur. moſq. 3. p. 263.*

Anacampſeros orientalis Portulacae folio. *Tourneſ. cor. p. 19?*

Creſcit in alpeſtribus Caucaſi orientalis, in rupibus circa Buduch rariſſimum. Floret Junio. ♃

Caules numeroſi elongati ramoſi, baſi longe proſtrati et ex omnibus axillis radicelas agentes, craſſitie fili emporetici, apicibus adſcendentes. *Folia* copioſa omnia oppoſita ad apices furculorum imbricata, formâ et ſubſtantiâ foliorum Portulacae oleraceae multo vero minora, juniora punctis albis adſperſa, caeterum glaberrima. *Cymae* terminales pauciflorae: *pedicellis* propriis circiter calycis longitudine. *Flores* in humili plantâ majusculi, utpote magnitudine florum S. ſpurii, eleganter roſei. *Calycis* foliola lanceolata corollâ triplo breviora. *Petala* ſubulato-lanceolata acuta. *Stamina* corollâ breviora: *filamentis* albidis, *antheris* badiis.

873. SEDUM *pallidum*

Synonyma adde: *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 61. Beſſer cat. hort. cremenec. a. 1816. p. 127.*

Praeter numerum conſtanter denarium *ſtaminum* vix ullum diſcrimen animaduerto inter hoc et Craſſulam rubentem,

ſed et huic ſtamina 10 tribuit *Hallerus hiſt. n. 560;* ſpecie ergo non videntur differre.

874. SEDUM *ſexfidum.*

Synonyma adde: S. foliis teretiuſculis glaucescentibus, caule diuiſo, cymis bipartitis, floribus 12-andris 6-petalis mucronatis trineruiis. *Willd. enum. hort. berol. p. 487. Catal. hort. gorenk a. 1812. p. 61. Hoffm. hort. moſq. a. 1808. n. 2950. Beſſer catal. hort. crem. a. 1816. p. 127.*

S. ſtellatum annuum longiore folio. *Tournef. cor. p. 19.*

S. minus longifolium ſtellatum. *Buxb. cent. 2. p. 40. t. 45. f. 1?*

Reperitur etiam in lapidoſis Tauriae meridionalis.

Sub hoc excludendum eſt *ſynonymon* S. glauci *Waldſt. et Kit.*, quod ſecundum *Willdenouium loc. cit.* discrepat *caule* ſimplici, *foliis* breuioribus et *petalis* uniueruiis; poſterius attamen discrimen ambiguum videtur, ob neruos utrinque laterales *petalorum* in noſtro valde obliteratos.

874*. SEDUM *tenellum.*

S. foliis oblongis obtuſis teretiuſculis baſi ſolutis ſparſis, caulibus adſcendentibus ſimplicibus, corymbo ſimplici pauciflоro, petalis lanceolato-ſubulatis calyce duplo longioribus.

Habitat in Caucaſi alpeſtribus, in aditu ad portas Caucaſicas circa Lars lectum.

Radix exilis fibroſa, forte annua. *Cauliculi* vix pollicares nonnulli, rectaſcendentes tenues, praetereaque *foliorum radicalium* roſulae aliquot. *Folia* caulina ſparſa erecta oblonga haud craſſa, ſicut tota plantula glabra, ſaepe purpurascentia. *Cyma* terminalis circiter 8-flora: *pedicellis* foliоſis vix longitudine florum. *Flores* paullo minores floribus S. albi. *Calycis*

foliola subulato-lanceolata. *Corollae* color ex ficcâ ignotus. *Capsulae* purpureo-striatae, stylo breui mucronatae.

880. LYCHNIS *alba*.

Synonyma adde: L. (*dioica*) petalis bifidis, floribus dioicis, capsulis conicis, caule foliisque pubescentibus. *Willd. enum. hort. berol. p. 491. Lam. et Decand. flor. franc. n. 4366.*

L. (*vespertina*) floribus dioicis, capsulis unilocularibus conicis: apicibus rectis. *Hoffm. germ. a. 1800. p. 211. Besser galic. n. 543.*

L. aruensis. *Hornem. hort. hafn. a. 1813. p. 433.*

L. dioica β. *Smith brit. 1. p. 495. Wahlenb. carpat. sub n. 444.*

881. CERASTIUM *perfoliatum*.

Synonyma adde: *Kniph. ectyp.! Hornem. hort. hafn. a. 1813. p. 433.*

C. connatum. *S. G. Gmel. it. 2. p. 196.*

881*. CERASTIUM *elongatum*.

C. caule erecto dichotomo: ramis elongatis, foliis caulinis lanceolatis glabris margine scabris, petalis longitudine calycis glabri, capsulis pedicello pubescente breuioribus: denticulis reuolutis.

Habitat ad Caucasum. *D. Wilhelms.*

Planta inter maximas congenerum, cujus summitates tantum floriferas herbarii pagina capit, unde basis caulis cum foliis radicalibus mihi ignotae. *Folia* superiora lanceolata acuta semiamplexicaulia obscure multineruia, praeter marginem ciliato-scabrum glabra, laete viridia; floralia adscendendo dimi-

nuta. *Paniculae* dichotomae rami maxime elongati patentissimi bifariam pilosi. *Pedicelli* filiformes multoties flore longiores villosi; fructiferi mox patentes, mox reflexi, interdum etiam erectiusculi. *Flos* magnitudine floris Stellariae Holosteae. *Calyx* glaberrimus nitidus: *foliolis* lanceolatis acuminatis cæruliis margine vix membranaceis. *Petala* obcordata alba calycis longitudine. *Capsula* subcylindrica lata calyce paullo longior: denticulis reuolutis.

881**. CERASTIUM *nemorale.*

C. caule erecto superne dichotomo, foliis caulinis lanceolatis acutis hirsutis, petalis longitudine calycis, capsulis patentibus pedicello breuioribus calyce hirsuto longioribus: denticulis reuolutis.

Habitat in nemoribus promontorii Caucasi septentionalis, circa oppida Stauropolin, Alexandrow et alibi. ⊙

C. dichotomo, vulgato et ejus affinibus majus, totum hirsutum neque vero viscosum. *Radix* tenuis annua. *Caulis* dodrantalis pedalisque profunde sulcatus, basi simplex, superne per elongatam dichotomiam ramosus. *Folia radicalia* parua obouato-spathulata; *caulina* longiora acuta obscure neruosa ad dichotomiam caulis usque adscendendo majora, ultra inter flores decrescentia. *Pedunculi* graciles multoties flore longiores, demum patentissimi subreflexi. *Flos* C. vulgato duplo major. *Calyx* hirsutus: foliolis acutis margine scarioso anguste cinctis. *Petala* late obcordata calycem aequantia alba. *Capsula* subcylindrica lata calyce longior, nec duplo: denticulis reuolutis. Proximum est C. ruderali, a quo *differt* staturâ altiore, foliis majoribus acutioribus, ramis pedicellisque longioribus, floribus majoribus, capsulis breuioribus latioribusque: denticulis reuolutis nec rectis.

882. CERASTIUM *ruderale.*

Synonymon adde: *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 58.*

Caules apice femel vel bis tantum vere bifurcantur, ultra rami dichotomiae adeo abbreuiati funt, ut flores fubumbellati appareant. *Capfulae* florum primum fefe pandentium ad caulem usque reflecti folent; ferotinorum vero mox patent tantum, mox eriguntur.

883. CERASTIUM *vulgatum.*

Synonyma adde: *Schultes obs. p. 87. Wahlenb. carpat. n. 447. Beſſer galic. n. 544.*

C. viscofum. *Engl. bot. 790. Lamarck et Decand. flor. franc. ſub n. 4396. Wahlenb. lapp. n. 274.*

Elatius, hirfutum, vix viscidum. *Folia* oblonga. *Pedicelli* capfulae aut aequales aut longiores. *Calyx* pilis fubadpreſſis: foliolis exterioribus anguſte, interioribus late albo-marginatis. *Semina* rufo-fusca ad lentem undique euidenter tuberculata.

884. CERASTIUM *viscoſum.*

Synonyma adde: C. vulgatum. *Engl. bot. 798. Lamarck et Decand. flor. franc. n. 4395.*

C. *(barbulatum)* caulibus proſtratis pedunculisque articulato-villoſis, foliis ſubovalibus, calycibus acutiusculis apicibus concoloribus barbatis petala ſuperantibus. *Wahlenb. carpat. n. 446.*

C. (*rotundifolium*) pilofo-viscofum, foliis radicalibus obouatis, caulinis ouatibus; caule ſimplici erecto, floribus congeſtis ſubumbellatis, corollis calyce minoribus. *Sternb. et Hoppe in mem. ſoc. bot. ratisb. a. 1818. p. 113. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 58. Beſſer catal. hort. cremonec. a. 1816. p. 35.*

Erectiusculum hirsutum superne imprimis viscidulum. *Folia* lata obtusa. *Pedicelli* capsulâ semper breuiores. *Calyx* pilis longis patentiusculis: summis foliola exsuperantibus; foliolis exterioribus margine scarioso vix ullo. *Semina* dilute rufa compressiuscula, ad lentem margine tantum euidenter tuberculata.

885. CERASTIUM *semidecandrum.*

Synonyma adde: *Lamarck et Decand. flor. franc. n. 4398. Besser galic. n. 546.*

C. (*viscosum*) caulibus prostratis pedunculisque glanduloso-pubescentibus, foliis subouatibus, calycibus apice diaphanis glabris petala aequantibus. *Wahlenb. carpat. n, 448. Flor. dan. t. 1212.*

Diffusum, *caule paniculâque* imprimis viscosum, saepe pygmaeum. *Folia* elliptica. *Pedicelli* capsulâ longiores. *Flores* minores. *Calyx* pilis patentiusculis villoso-viscosus: foliolis albo-marginatis et omnibus in apiculum album longum eductis. *Semina* rufa: tuberculis ad lentem quoque vix conspicuis. Videtur hoc C. viscosum multorum, an etiam *Linnaei?*

886. CERASTIUM *pentandrum.*

Visciditas minor quam praecedentis. *Folia* in uniuersum latiora. *Panicula* post primam dichotomiam magis conferta, ut *flores* veluti fasciculati. *Pedicelli* aeque longi et *calycis* foliola aeque longe scarioso-apiculata. *Varietas* prioris esse videtur, ad quam referendum C. ouale. *Persoon enchirid. 1. p. 521. Besser galic. n. 545.*

Petala calycem in hoc et affinibus vix unquam superant, quoad reliquum eorum ad calycem ratio, sicut *staminum*

fertilium inconſtans et inter quinarium atque denarium varians numerus parum ad dignoscendas ſpecies valent.

887. CERASTIUM *aruenſe.*

Hujus fane loci eſt C. Kasbek *Engelhardt et Parrot it. cauc. tab tinl.*, quamuis *folia* quidquam ſiſtantur breuiora. Prouenire hoc ad radices alpis Kesbek olim notaui; nec mirum, quod feminibus minutis ope procellarum per aëra dispersis, idoneis alpium, etiam ſummarum, a niue vacuis plagis germinet vegetetque.

888. CERASTIUM *repens.*

Caucaſicum noſtrum conuenire cum C. tomentoſo *herbarii Linnaeani* nuper in litteris *amiciſſ. Steueno* nunciauit *Clar. Smith.* Immutandum igitur eſt apud nos nomen triuiale et Synonyma *Linnaei* atque *Royeni* excludenda; caetera vero ſic ſe habebunt.

889. CERASTIUM *argenteum.*

Synonyma adde: *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 58.*

C. incanum. *Hoffm. hort. moſq. a. 1808. n. 805.*

Cum hoc comparandum eſt C. piloſum. *Hornem. hort. hafn. a. 1813. p. 965.*

A C. grandiflore *Waldſt. et Kit.*, in omnibus ſimillimo, foliâ *labe* omnium partium molliore atque lanuginoſâ discrepat, quae in grandiflore ex pilis minus intricatis, in caulibus atque pedunculis reuerſis componitur. An tamen varietas?

891. CERASTIUM *frigidum.*

Synonymon adde: C. purpurascens. *Hoffm. hort. moſq. a. 1808. n. 809.*

In Caucaſo orientali ad torrentem Jucharibaſchi etiam prouenit.

Caules baſi procumbentes, radicantes. *Folia* radicalia ſpathulata. *Flores* omnium congenerum facile ſpecioſiſſimi. *Calyx*, imprimis verſus apicem, ſaepius ſpadiceo-purpurascens. *Petala* calycem bis ſuperant.

DODECANDRIA.

MONOGYNIA.

899. LYTHRUM *Salicaria.*

Totum glabrum, foliis anguſtioribus ſaepe ternis quaternisque in Septentrionalioribus, e. g. circa Petropolin, conſtanter occurrit; foliis latioribus oppoſitis caule calyceque ſubhirſutis in Roſſiâ mediâ et auſtraliore commune eſt (*conf. Treuiranus in repert. ſoc. nat. cur. berol. a. 1813. 2. p. 149*); denique totum pube copioſâ canescens et ſubtomentoſum in Tauriâ maxime meridionali reperitur.

902. LYTHRUM *Thymifolia.*

Excludendum eſt *Synonymon Buxbaumii*, ad Frankeniam laeuem ſpectans. (*conf. obſervationem noſtram ad n. 708.*)

903. LYTHRUM *theſioides.*

Synonymon adde: *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 62.*

DODECANDRIA.

TRIGYNIA.

909. EUPHORBIA *Chamaesyce.*

Synonymon adde: Tithymalus orientalis minimus Nummulariae folio. *Buxb. cent. 5. p. 48. append. n. 40.*

Capsulae non ut dixi laeues, sed corii granulati instar minutissime punctulatae: pilis elongatis raris sparsis, in hâc et in E. canescente. Conferenda E. massiliensis *Decand. flor. franc. suppl. 6. p. 357. n. 2144a.*

912. EUPHORBIA *acuminata.*

Varietas E. falcatae secundum *Lamarck et Decand. flor. franc. sub n. 2147 et Loisel. flor. franc. 1. p. 279.*

Semina quadrilatera: lateribus rugis transuersalibus parallelis profunde exaratis, in hâc et in E. falcatâ.

914*. EUPHORBIA *condensata. Fischer in herb. gorenk.*

E. umbellâ capitato-glomeratâ, foliis subulatis confertis sursum imbricatis, inuolucris lineari-lanceolatis, inuolucellis cordato-ouatis mucronatis, capsulis glabris.

Habitat in Iberiâ, circa Tiflin. *D. Wilhelms.* ⊙

Radix exilis annua albicans. *Caulis* plerumque unicus erectus digitalis seu spithamaeus simplex, accedente quando-

que uno alterone secundario laterali. *Folia* E. Cyparyssiae, confertissima sursum dense imbricata subulata caduca, sicut tota planta glauca; ea quae floribus loco *inuolucri* subsunt latiora lineari-lanceolata mucronata. *Flores* in apice caulis, ob *umbellae* aeque ac *umbellularum* radios breuissimos, vix ullos lineam longos, obliteratâ dichotomiâ, capitato-glomerati, formâ et magnitudine florum E. falcatae ejusque affinium. *Involucella* etiam E. falcatae involucellis similia, apicem versus obscure crenulata. *Semina* subglobosa albicantia punctis plurimis minimis inaequalia. Sicut in E. falcatae varietate acuminatâ umbellulae, ita in hac tota umbella conglomerata est.

915. EUPHORBIA *undulata.*

Synonymon adde: *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 65.*

Semina globosa laeuia ochroleuca.

916. EUPHORBIA *tenuifolia.*

Synonyma adde: *Besser catal. hort. cremenec. a. 1816. p. 57.*

E. praecox. *Catal. hort. görenk. a. 1812. p. 65.*

E. longifolia. *Güldenst. it. 1. p. 192.*

Similem obseruaui in campestribus apricis argillosis, inter Hypanis et Tyrae ostia, quae sub Maji finem vix florere incipiebat, tauricâ multo tardiorem foliisque et involucris adhuc angustioribus discrepantem et forte specie diuersam. Nec de tauricae atque gallicae identitate mihi penitus constat; tanto quidem minus, quod capsulam laeuem huic tribuunt *Cl. Decandolle flor. franc. n. 2149 et Loiseleur flor. franc. 1. p. 280.*

Peraffinis his etiam est, tamen, ut videtur, specie diuersa.

* EUPHORBIA *gracilis.*

E. umbellâ ſubquinquefidâ bifidâ, foliis lineari-ellipticis mucronatis remotis, inuolucris conſimilibus: foliolis ſubaequalibus, inuolucellis lato-cordatis acutis, capſulis punctulato-ſcabris.

E. gracilis. *Beſſer cat. hort. cremenec. a. 1816. p. 56.*

E. ſegetalis. *Beſſer galic. n. 565. (ex autopſiâ ſpeciminis ab auctore communicati.)*

Altius haec in Septentrionem excurrit, in Poloniâ auſtraliore a *Beſſero*, ad Tanain inferiorem a *Henningio*, in Ucraniâ usque ad Belgorod a *me* lecta; ſed E. tenuifolia auſtralioribus ad Wolgam inferiorem, atque Tauriae adſcripta eſt.

Folia in uniuerſum, quam in E. tenuifoliâ breuiora latioraque, obtuſiuscula cum mucrone, nec lineari-lanceolata acuminata. *Inuolucri foliola* ſummis caulinis conſimilia paullo minora: omnia ſubaequalia; in E. tenuifoliâ vero valde inaequalia: majoribus tantum folia caulina ſumma longitudine aequantibus. *Umbella* in gracili ſaepius 5-radiata, in tenuifoliâ vix unquam radiis ultra 4. *Inuolucella, flores fructusque* utrique ſimillima.

917. EUPHORBIA *amygdaloides.*

Caulis foliaque ſubpiloſa. *Folia* et *inuolucri utriusque foliola* obtuſiſſima ſubemarginata minime mucronata. Eſt E. ſylvatica plurimorum auctorum, locus enim natalis ſyluae ſunt.

918. EUPHORBIA *glareoſa.*

Definiatur: E. umbellâ quinquefidâ bifidâ, foliis ſpathulato-lanceolatis mucronatis coriaceis, inuolucris ouatis, inuolu-

cellis reniformibus, calycinis segmentis subemarginatis, capsulis seminibusque laeuibus.

Synonymon adde: *Besser cat. hort. cremenec. a. 1816. p. 56.*

Staturâ admodum variat, sicut *foliorum* latitudine. In elatioribus *rami umbelluliferi* accessorii ita sunt copiosi et sub *umbellâ* terminali coacernati, ut haec multifida appareat. *Capsula* tota punctis eleuatis parum conspicuis obsita. E. nicaeensi nimis sane affinis est, quàcum conjungit *Cl. Treuiranus in repert. soc. nat. cur. berol. a. 1813. 2. p. 149.* Quaeritur etiam anne huc potissimum spectet E. lucida *Schultes obs. p. 91.*

Varietas elatior in campestribus Rossiae meridionalis, ad Borysthenem, Hypanin atque Tyram ubique frequens est.

919. EUPHORBIA *saxatilis.*

Definiatur: E. umbellâ 5-fidâ 2-fidâ, foliis inferioribus spathulato-lanceolatis mucronatis coriaceis, superioribus spathulato-ellipticis, inuolucris ouatis, inuolucellis reniformibus, calycinis segmentis lunatis, capsulis laeuibus, seminibus scrobiculatis.

Hanc in collibus cretaceis Ucraniae ad Tanain minorem (Donez), prope oppidum Isjum etiam obseruaui.

Semina quasi calce illinita ut in praecedente, sed non maculis tantum obscurioribus, uti hujus, picta, sed scrobiculis sparsis excauata. *Folia* margine scabriuscula in hâc et in praecedente.

920. EUPHORBIA *Esula.*

Tauricam *varietatem*, a vulgari *foliis* acutis mucronatis et *inuolucris* latioribus discrepantem recenset *Besser in Catal. hort. cremenec. a. 1816. p. 56.*

Huic affinis etiam eſt, varietatem humiliorem breviſoliam: depauperatâ umbeleâ referens, primum a me ad vias agrorumque verſuras inter Penſa et Saratow lecta, nuper in Poloniâ auſtraliora reperta

* EUPHORBIA *triſtis.*

E. umbellâ 5-fidâ dichotomâ, foliis oblongo-ellipticis glabris, inuolucellis lato-cordatis, ſegmentis calycinis lunatis, capſulis glabris.

E. triſtis. *Beſſer Catal. hort. cremen. a. 1811. ſuppl. 4. p. 27 et cat. a. 1816. p. 57.*

Differt ab E. Eſulâ *ſiaturâ* minore, *foliis* brevioribus latioribusque, *ramis* ſterilibus vix ullis, *umbellâ* tantum quinquefidiatâ nec multiradiatâ et colore triſti *petalorum* obſcure bicornium.

921. EUPHORBIA *agraria.*

Synonyma adde: *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 65. Beſſer. cat. hort. cremen. a 1816. p. 56.*

E (*nitens*) petalis lunatis, umbellâ multifidâ, capſulis glabris, caule ſimplici, foliis inuolucriſque ouatis obtuſis integerrimis lucidis coriaceis. *Treviranus in repert. ſoc. nat. cur. berol. a. 1813. 2. p. 149.* (*ad ſpecimina juvenilia definita.*)

Addatur porro *varietas* β major, ſuperne ramis ſterilibus luxurians, in depreſſis ad radices Caucaſi ciſalpini inter Stauropolin et Georgiewſk minime rara, E. lucidae *Waldſt. et Kit.* perquam affinis. Differre lucidem *calycinis ſegmentis* truncatis biroſtratis, quae lunata in agrariâ, monet *Cl. Beſſer in litteris*; certe ſic ſe res habet in omnibus noſtrae varietatibus, et in E. lucidâ ſecundum ſpecimina culta horti Cremenenſis. An vero haec unica nota, alias enim quas indicauit

vir eximius, conſtantes non drepehendo, dirimendis ſpeciebus ſufficiat, nondum extra omne dubium poſitum eſſe judico. *Foliorum* margo anguſtiſſime cortiliganens in elatiore noſtrae varietate minus exaſperatus eſt, ſcabrities attamen apicis foliorum ſuperiorum vix unquam penitus deſiderabitur. *Capſulae* angulorum aſperitas in omnibus varietatibus *punctis* elevatis minutis abſolvitur, parum igitur in oculos incurrit.

Planta humilior tauricae reſpondens in Beſſarabiae collibus apricis inter Eliſabethgrad et Nikolaef abundat.

922. EUPHORBIA *rigida*.

Synonyma adde: *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 65.* Huic E. biglandulosa *Desfont. annal. mus. paris. a. 1808. vol. 12. p. 114. t. 14* admodum quidem affinis eſt, *differre* tamen videtur *foliis* minus rigidis atque confertis et *floribus* pulcre luteis, nec ſegmentis calycinis fusco-purpureis.

924. EUPHORBIA *micrantha*.

Synonyma adde: *Perſoon enchir. 2. p. 15. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 65. Hoffm. cat. hort. moſq. a. 1808. n. 1335.*

In nemoroſis circa caſtellum Georgopolitanum et alibi per promontorium Caucaſi ſeptentrionale etiam obuia, in ſyluis circa Kubam frequens, teſte *Steueno in mem. ſoc. nat. cur. moſq. 3. p. 263.*

Semina matura fuscescunt.

925. EUPHORBIA *platyphyllos*.

Notabilis *varietas* circa Sympheropolin Taurine occurrit, villis *germinum* etiam in *fructu* perſiſtentibus.

926. EUPHORBIA *condylocarpa.*

Synonymon adde: *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 65.*

In herbidis ad montem thermis Conſtantinomontanis imminentem abundat.

Radix tuber ſimplex globoſum nodis inaequale, circiter Juglandis magnitudine, extus nigricans, intus album.

927. EUPHORBIA *aſpera.*

Synonymon adde: *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 65.*

Communis in nemoroſis per totum Caucaſi promontorium ſeptentrionale.

Radix tuberoſa; tubere magnitudine mali ſylueſtris, ſuperficie nodoſâ, veluti ex pluribus tuberibus minoribus compacto. E. muricata *flor. taur. cauc n. 928* eſt tantum *varietas* hujus: *fructuum* verrucis magis elongatis, pilis vero obliteratis.

927* EUPHORBIA *pilosa.*

E. umbellâ 5-fidâ, 3-fidâ, 2-fidâ; foliis ferrulatis piloſis: imis oblongis obtuſiuſculis, ſuperioribus lanceolatis, involucellis ouatis, capſulis aſperis piloſis.

E. umbellâ 5-fidâ, 3-fida, 2-fidâ; inuolucris ouatis, petalis integris, foliis lanceolatis ſubpiloſis apice ferrulatis. *Linn. ed. Wild. 2. p. 917. Gmel. ſib. 2. p. 226. n. 1. t. 93. Lamarck et Decand. flor. franc. n. 2166.*

Crescit in Tauriâ, circa Sympheropolin, nec non in montibus ſyluoſis circa Kogkos. ♃

Caulis pedalis ſeu bipedalis ſulcatus ſimplex, proiectiore aetate quandoque uno alterou ramo laterali ſterili auctus. *Folia* ſeſſilia utrinque anguſtiora; inferiora breuiora

latioraque obtuſiuscula, undique, magis tamen ſubtus piloſa; ſuperiora lanceolata acutiuscula diſtincte ferrulata, pube adſcendendo parciore. *Umbella* nudiuscula lutescens. *Involucrum* ſummis foliis conſimile. *Involucella* primae dichotomiae onata baſi ſubcordata ferrulata, ulteriora minora fere orbicularia. *Calycina ſegmenta* integra truncata. *Capſula* tuberculis minutis rufescentibus undique exaſperata, praetereaque pilis albis rectis longis pubescens. *Rami ſoriferi* axillares ſub umbellâ principali 3-fidi, 2-fidi.

Planta ſibirica altior vegetiorque, praeter *fructus* magis quoque quam in tauricâ verrucoſos, ſimillima eſt E. procerae.

930. EUPHORBIA *procera.*

Synonymon adde: E. *(villoſa)* umbellâ 4-7-fidâ bifidâ, involucellis ellipticis ferrulatis, nectariis integris, foliis lato-lanceolatis ferrulatis ſubtus villoſiuſculis, capſulis laeuibus. *Beſſer galic. n. 568. (ex autopſiâ ſpecimin. ab auctore communicati.)*

Species late per imperii Rutheni auſtraliora diſſeminata, in Wolgenſibus, in Poloniâ auſtraliore et in Ucraniâ paſſim obuia, ubi *foliis* anguſtioribus parum pubescentibus variat.

E. villoſa *Willd. in Linn. ſpec. plant. 2. p. 909,* ob *fructus* verrucoſos, ad E. piloſam ablegauda eſſe videtur.

DODECANDRIA.

PENTAGYNIA.

256* GLINUS. Cal. 5-phyllus. Cor. o. Nectaria fetis bifidis. Caps. 5-locularis, 5-ualuis, polyſperma.

932*. GLINUS *lotoides.*

Gl. caule pilofo, foliis obouatis. *Linn. ed. Willd. 2. P. 929.*

Alſino lotoides ſicula *Bocc. ſic. p. 21. t. 11.*

In inferiore regione Cyri fluuii, circa oppidulum Sallian occurrit. ⊙

Comparaui ſpecimina aegyptiaca cum caſpicis nullumque discrimen inueni.

ICOSANDRIA.

MONOGYNIA.

936. PUNICA *Granatum.*

Synonymon adde: *Marſch. caſp. p. 76.*

938. AMYGDALUS *nana.*

Calycis ſegmenta oblonga obtuſiuscula obscure glandulofo-ſerrata. *Petala* carnea oblonga, baſi attenuata, apice rotundata.

Drupa ſeſſilis Auellanâ major ſubrotunda compreſſa acutiuſcula exſucca tota tomento denſo ſordide albicante tecta. *Nux* formâ drupae, minime poroſa, ſubrugoſa: coſtâ prominulâ obtuſâ utrinque ſuturae parallelâ, ut in Pruno.

939. AMYGDALUS *incana*.

Flores ſubſeſſiles, *fructus* vero glabri *pedicello* lineam circiter longo ſulti. Ad Prunum eſſe referendam, ob nucem lacuem, monet *Steuen in mem. ſoc. nat. moſq. 3. p. 263.*

941. PRUNUS *Lauro-Ceraſus*.

Synonymon adde: Pr. luſitanica. *Güldenſt. it. 1. p. 296. 312. 425.*

Glandulae baſeos *foliorum* deſunt et *baccae* nigrae ſapidae ſecundum *Güldenſtaedtium loc. cit.* impune comeduntur. Videtur ergo ſpecie a ſimillimâ caeterum Lauro-Ceraſo ſeparanda.

942. PRUNUS *Mahaleb*.

In Iberiâ quoque obuia.

943. PRUNUS *auium*.

In ſyluis Caucaſi orientalis circa Kubam frequens, ex relatione *Steueni in mem. ſoc. nat. cur. mosq. 3. p. 263.*

ICOSANDRIA.

DIGYNIA.

949. CRATAEGUS *melanocarpa.*

Synonymon adde: *Beſſer catal. hort. cremenec. a. 1816. p. 88.* (*ſub Meſpilo.*)

950. CRATAEGUS *orientalis.*

Icon Tournefortii, ad hanc citata, videtur excludenda; eſt enim, ſecundum deſcriptionem, arboris non ſpinoſae foliis leuiter tantum villoſis fructibusque luteſcentibus praeditae. Quare potiſſimum ad noſtram ſpectat „Azaroli ſpecies ramis „ſpineſcentibus, foliis utrinque albido-lanatis, fructibus ru„bris *Tournef. itin. edit. orig. gallic. 2. p. 172.*„

ICOSANDRIA.

PENTAGYNIA.

954. MESPILUS *Pyracantha.*

Longe ab hac aliena eſt M. Pyracantha *Scop. carn. ed. 2. n. 596*: varietas forte M. germanicae.

955. MESPILUS *Cotoneaſter.*

Varietas tota ſubtomentoſa, etiam *germinibus calycibusque*, forteſſis ad M. tomentoſam *Aitoni* (M. eriocarpam *Decand.*) referenda, paſſim per Caucaſum, praeſertim vero circa thermas Conſtantinomontanas in ſaxoſis reperitur. *Folia* omnium varietatum apud nos obtuſa, ſeu obtuſiuscula cum mucrone minimo; inferiora interdum emarginata.

958. PYRUS *elaeagrifolia.*

Synonymon Tournefortii ſub ſubſequente a nobis adductum huc transferendum eſt, ſecundum *Pallas in nou. act. acad. ſcient. petrop. 7. p. 355.*

Diagnoſis hujus a P. ſalicifoliâ, a *ſtylorum* ad *ſtamina* ratione deſumta fallit, ſunt enim in utrâque genitalia ſubaequalia et *pedicelli* longe quam in P. communi breviores, adeoque *corymbi* confertiores. *Calycis ſegmenta* elaeagrifoliae triangularia acuta, ſalicifoliae breuiora oblonga obtuſiuscula. Conferenda P. amygdaliformis *Decand. flor. franc. 6. ſuppl. p. 531. n. 3679 b.*

964. SPIRAEA *hypericifolia.*

Non perſpicio, cur apud *Linnaeum ſpec. plant.* et ex eo a recentioribus huic locus natalis excluſiue adſcribatur Canada, quum tamen ex ſpecimínibus roſſicis *herbarii Demidouiani* primum ſit determinata in *Linn. amoenit. 2. p. 337* et repetita inter ruthenas apud *Karamiſchew diſſert. in Linn. amoenit. 7. p. 23.*

Inter copioſas *foliorum* venas unum par, lineae circiter interuallo a petioli apice remotum, caeteris magis conſpicuum eſſe ſolet, quapropter *folia* ſubtriplineruia dici poſſunt, licet

quandoque venae hae principales fimilium aeque validarum ex carinali folii nervo originem trahentium copiâ obliterentur.

De conftanti Sp. acutifoliae et obouatae *Willdenouii enum. hort. berol. p. 541*, inter fe et a noftrâ difcrimine fpecifico, valdopere dubito, *foliorum* hujus ficuti Sp. crenatae et thalictroidis polymorphiam probe noícens. In uno eodemque indiuiduo *folia* alia oblongo-obouata integerrima, alia apice incifo-dentata faepe vidi. Conferatur *Decand. flor. franc. 6. fuppl. p. 645. n. 3777*.

ICOSANDRIA.

POLYGYNIA.

969. ROSA *cinnamomea.*

Synonyma adde: R. tubo calycis globofo, pedunculis ramulisque glabris, aculeis ftipularibus fubbinis, petiolis inermibus villofis, foliolis oblongo-lanceolatis ferratis, bafi attenuatis integerrimis, fubtus cinereo-glaucis pubefcentibus. *Wallroth flor halens. fuppl. 3. p. 60. Flor. dan. t. 1214. Lam. et Decand. flor. franc. n. 3699. Beffer gallic. n. 590.*

R. (*majalis β. cinerea*) germinibus globofis pedunculisque glaberrimis, caule aculeis ftipularibus rectis, foliolis oblongo-ellipticis subtus incano-cinereis. *Wahlenb. lapp. n. 256.*

R. fpinofiffima. *Gort. ingr. p. 78. Sobolewfki petrop. p. 328.*

Altius congeneribus in ſeptentrionaliora aſcendit, circa Moſquam Petropolinque haud rara.

Caucaſica noſtra, in rupeſtribus ſubalpinis circa aciduleam Nartſana nascens, pro more fruticum per montoſa aprica arida creſcentium, vulgari humilior eſt, *ramis* brevioribus, *villoſitate* omnium partium herbacearum praeſertim paginae inferioris foliorum inſigniore, *aculeis* tenerioribus rectiuſculis in ramis annoſioribus magis copioſis, *foliolis* quidquam minoribus. *Pedunculi* ſubſolitarii vix *germinis* longitudine cum hoc et baſi dorſali *laciniarum calycis* rubicundi. *Hae* intus margineque tomento glauco pubeſcunt: appendicibus elongatis lineari-lanceolatis indiuiſis irregulariter ſerratis viridibus pubeſcentibus, ſupra *fructum* globoſo-ouatum (nec ut in ſeptentrionali depreſſo-globoſum) conniuentibus. Septentrionalis grandifolia ſphaerico fructu R. cinnamomeam *Swarzii* conſtituere, auſtralior vero noſtra, quae R. cinnamomea β *Decand. flor franc 6. ſuppl. p. 534*, ad R. cineream *Swarzii* potiſſimum referenda eſſe videtur. Hujus quoque loci erit: R. (*daurica*) germinibus pedunculisque glabris, aculeis ſtipularibus, petiolis ſubuilloſis, foliolis semiſerratis. *Pall. roſſ. 2. p. 61*, ſicut R. cinnomomea receptaculo oblongo. *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 66.*

970. ROSA *taurica.*

Synonymon adde: *Beſſer catal. hort. cremenec. a. 1816. p. 119.*

Ulterioribus haec obſervationibus confirmanda eſt in nuperrimis meis iteneribus tauricis non visa ſpecies. Poſſet ad R. collinae variet. β pertinere.

971. ROSA *pimpinellifolia.*

Definiatur: R. germinibus globoſis pedunculisque glabris, caule aculeis copioſis ſparſis rectiuſculis: majorum baſi

lineari-ellipticâ, petiolis aculeatis, foliolis obtuſiusculis ſimpliciter ſerratis glabris, calycinis ſegmentis indiuiſis.

Synonyma adde: R. *(altaica)* germinibus globoſis pedunculisque glabris, caule aculeis ſetaceis ſparſis rectis, petiolis aculeatis, foliolis ſubrotundo-ellipticis. *Willd. enum. hort. berol. p. 543. Beſſer catal. hort. cremenec. a. 1816. p. 117.*

R. ſpinoſiſſima. *Poll. pal. n. 487.* (*ſecundum descriptionem*)

Foliolorum magnitudine perquam variat, et quidem varietates elatiores foliolis latioribus praeditae *R. altaicam Willdenouii* potiſſimum conſtituere videntur. Talem *varietatem* obſeruaui imprimis in dumetis circa caſtellum Severnaja promontorii Caucaſici ſeptentrionalis. Paruifolia, aculeis validis ſpadiceo-rubentibus baſi valde compreſſo-dilatatis per Caucaſi orientalis colles lapidoſos et in Iberiâ reperitur. *Flos* conſtanter albus. Caute diſtinguenda a R pimpinellifoliâ aliorum, quae eſt inſequentis *varietas* albiflora: pedunculis germinibusque glabris.

972. ROSA *ſpinoſiſſima.*

Definiatur: R. germinibus globoſis baſi pedunculisque hiſpidis glabriſue, caule aculeis confertiſſimis ſetaceis: baſi elliptico-orbiculari, petiolis aculeatis, foliolis obtuſiuſculis ſimpliciter ferratis glabris, calycinis ſegmentis indiviſis.

Synonyma adde: R. fructibus globoſis pedunculisque glabris, aculeis caulinis numeroſiſſimis rectis ſetaceis, foliolis ſubrotundis glabris. *Smith brit. 1. p. 537. Flor. dan. t. 398. Beſſer cat. hort. cremenec. a. 1816. p. 118.*

R. pimpinellifolia. *Lam. et Decand. flor. franc. n. 3697. Wahlenb. carpat. n. 495.*

Aculei caulini rameique copioſiores, in uniuerſum tenuiores et praecipue baſi minus quam in praecedente dilatato-compreſſi, in annoſioribus, poſtquam euanuere, relinquunt totam ſuperficiem cicatricibus albidis copioſiſſimis obſitam. *Floribus* albis et carneis variat. Apud nos hispiditas in *pedunculis* atque *germinis* baſi vix unquam penitus deficit.

Huic omnium proxima eſt, occurrens in Volhyniae faxoſis circa Cremenecium „R. (*microcarpa*) calycis tubo globoſo „pedunculis cauleque ſetoſo-aculeatis, aculeis ſubulatis rectis „ſubdeflexis *Beſſer cat. hort. cremenec a. 1811. ſuppl. 4. p. „20 et cat. a. 1816. p. 118*„. Discedit tantum *petiolis* ſubinermibus, *germine* toto nec baſi tantum hispido et *fructu* paruo mole Piſi majoris.

972*. ROSA *myriacantha*.

R. germinibus globoſis pedunculisque hispidis, raro glabris; caule aculeis copioſis ſparſis rectiuſculis: majorum baſi oblongo-elliptică, petiolis aculeatis foliolisque obtuſiuſculis biserratis ſubtus et margine glanduloſis, calycinis ſegmentis indiviſis.

R. myriacantha. *Lam. et Decand. flor. franc. n. 3698. Beſſer cat. hort. cremen. a. 1816. p. 118.*

In Tauriae collibus ſiccis occurrit cum praecedente, a quă olim non diſtinxeram. ♄

Facies praecedentium, *aculeorum* caulinorum forma ſitusque potiſſimum penultimae. Ab utrâque pube *petiolorum* et *foliolorum* biserratorum diſtincta. *Pedunculi* vulgo, cum baſi *germinis* et *laciniis calyciis* valde glanduloſo-hispidi. Vidi tamen *varietatem* pedunculis germinibusque glaberrimis, pube etiam foliolorum petiolorumque parciore. *Flos* conſtanter albus. *Foliolorum* magnitudine variat ſicut praecedens. Ad vă-

rietatem parnifoliam valde hispidam referenda eft „R. (*par-*
„*uifolia*) germinibus pedunculisque hifpidis, caule petiolisque
„fpinofiffimis. *Pall. roff. 2. p. 62. (alpium Offetiae incola, ex*
„*Güldenftaedtio.*)„

Mox recenfitis aeque affinis, iterum vero ab iis diftincta eft fibirica

* ROSA *oxyacantha.*

R. germinibus globofis glabris, pedunculis villofo-glandulofis, caule aculeis confertis fetaceis: bafi orbiculato-elliptică, petiolis aculeatis, foliolis obtufiusculis fimpliciter ferratis glabris, pedunculis fructus reflexo-patulis, calycinis fegmentis indivifis.

R. fylueftris fpinofiffima, foliis Pimpinellae glabris, flore incarnato odoro. *Gmel. fib. 3. p. 177. n. 16?*

Facies et *foliola* fere R. fpinofiffimae parua. *Aculei* caulini bafi aeque anguſti, fed quidquam majores minusque conferti. Praecipua *diagnofis* ab affinibus ex *pedunculo* longiore, in quo *fructus* fphaeroideus atro-fanguineus nutat. *Calycis laciniae* in hac et praecedentibus demum in fructu maturascente furfum conniuere folent.

973. ROSA *villofa.*

Definiatur: R. germinibus globofis pedunculisque aculeatis, calycis fegmentis muricato-hispidis, aculeis caulinis fparfis validis rectiusculis: bafi orbiculato-elliptică, petiolis villofis aculeatis; foliolis (magnis) biserratis utrinque villofis, margine glandulofis.

Synonyma adde: *Smith brit. 1. p. 538. Lamarck et Decand. flor. franc. n. 3700. Wahlenb. carpat. n. 494. Beſſer galic. n. 591. Wallroth flor. halens. ſuppl. 3. p. 61.*

Calycis ſegmenta non longa pilis copioſis glandulosis ſpadiceis veſtita: interiora appendiculata, ſupra *fructum* magnum globoſum ſanguineum conniuentia. *Aculei caulini* rari baſi parum dilatati.

Proxima huic et nimis affinis eſt, in Volhyniâ crescens „R. (*Andrzejowscii* Steuen) calycis tubo globoſo pedunculisque ſetoſo-aculeatis, laciniis glandulosо-muricatis in fructu „erectis, foliolis ellipticis ſubrotundo-ouatisue ſubglandulosо-biſerratis utrinque villoſis parualis, petiolis cauleque aculeatis: aculeis rectis confertis baſi compreſſis, fructibus coccineis. *Beſſer in litt. et catal. hort. cremen. a. 1811. ſuppl. 3. p. 19. cat. a. 1816. p. 117.*, *Differt* praecipue *aculeis* caulinis pluribus, principalibus compreſſis magis dilatatis: baſi longe ellipticâ; *foliolis* minoribus, *corollis* pallidioribus.

974. ROSA *ferox.*

R. germinibus ſubglobosis pedunculis petiolisque hispidis, caule hispido: aculeis copioſis ſparſis, primariis validis crassis baſi dilatato-incraſſatis, foliolis ſubrotundo-ouatis ſubtus glandulosо rubiginoſis, groſſe ſerratis: ſerraturis glandulosо-ſerrulatis. *Marſch. cent. plant. rar roſſic. 1. t. 37. Laurent. Roſac 42. Aiton kew. ed. 2. P. 3. p. 268.*

R. prouincialis. *Flor. taur. cauc. n. 974.* (*excluſis ſynonymis.*)

R. horrida. *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 66. Beſſer catal. hort. crem. a. 1816. p. 117.*

975. ROSA *cuspidata.*

Definiatur: R. germinibus ouatis pedunculis calycibusque hispidis, aculeis caulinis validis recurvis, petiolis glan-

duloſo-villoſis aculeatis, foliolis (majusculis) ouato-lanceolatis acutis argute glanduloſo-biserratis, utrinque villoſis ſubtus glanduloſo-ſcabris; floribus corymboſis.

Aculei baseos petiolorum confertiores craſſi. *Foliorum* villoſitas utriusque paginae mox inſignis, mox parca imprimis paginae ſuperioris; ſcabrities ex glandulis ſtipitatis paginae inferioris conſtans, in fructiferis ramulis, detritis aetate villis, magis conſpicua. *Germina* ouata, ſic quoque *fructus* atro-ſanguinei, nec uti eos olim immaturos deſcripſi, globoſi atro-coerulei. *Pili* glanduliferi pedunculi, germinis, atque calycis parui.

975*. ROSA *dimorpha*.

R. germinibus ouatis pedunculisque hispidis, aculeis caulinis ſubdeflexis, petiolis villoſis aculeatis, foliolis (majusculis) ouato-lanceolatis scutiusculis biserratis utrinque villoſis, floribus ſubcorymboſis.

R. calycis tubo elliptico pedunculisque ſetoſo-aculeatis: laciniis glanduloſo-hispidis, petiolis cauleque ſparſe aculeatis: aculeis ſubdeflexis rectiusculis, foliolis ellipticis acutis villoſiuſculis biserratis, fructibus globoſis (coccineis). *Beſſer cat. hort. cremen. a. 1811. ſuppl. 3. p. 19. cat. a. 1816 p. 117.*

Ad latera montium per Caucaſum paſſim reperitur. ♄

Media quaſi inter R. cuspidatam et tomentoſam. A priore differt defectu *glandularum* in paginâ inferiore foliolorum minus acuminatorum haud ita argute ferratorum et *aculeis caulinis* minus craſſis atque aduncis; a poſteriore vero villoſitate in foliis minus denſâ, *foliolis* in uniuerſum majoribus et *floribus* longius pedunculatis corymboſis. *Variat* ſetis *pedunculorum* atque *germinum* rarioribus confertioribusque et hiſpiditate laciniarum *calycis* mox inſigni mox vix ullâ. *Foliolorum* marginem eglanduloſum praedicat *Cl. Beſſer loc. cit.*;

ego tamen ferraturas paſſim glandulâ terminatas video in ſpecimine ſicco ab auctore accepto. „*Flos* non magnus pallidiſſi„me carneus: odore ſpecifico balſameo. *Fructus* magnus glo„boſus. *Beſſer loc. cit.*„

975**. ROSA *tomentoſa.*

R. germinibus ouatis pedunculisque hispidis, aculeis caulinis ſubaduncis, petiolis villoſis aculeatis, foliolis (mediocribus) ouatis acutiusculis glanduloſo-biserratis utrinque villoſotomentoſis, floribus ſolitariis geminisve.

R. fructibus ouatis pedunculisque hispidis, aculeis caulinis aduncis, foliolis ouatis utrinque tomentoſis. *Smith brit. I. p. 539. Beſſer galic. n. 592.*

In montoſis Caucaſi paſſim obuia. ♄

Hujus *ſpecimen* ſeruo, mihi a *b. Willdenouio* pro R. villoſâ communicatum.

* Commemoranda hic eſt „R. (*mollis*) germinibus ouatis pedunculisque aculeolatis, caule inermi, foliolis oualibus „duplicato-ſerratis petiolisque pubescenti-mollibus. *Ledebour in „mem acad. ſcient. petrop. 5. p. 541. n. 29„*, ſecundum *Cl. auctorem* in Caucaſi monte Kaiſchaur crescens, mihi vero nondum viſa, quam, utut affinem R. dimorphae et tomentoſae, cum nullâ tamen noſtrate combinare poſſum. „*Caulis* „inermis glaber viridis. *Petioli* inermes pubescentes leuiter „canaliculati. Folia inferiora: *foliolis* 7-nis, ſuperiora 5-nis, „ſumma floralia ternis: lateralibus breuiſſime, terminali longe „petiolatis; omnibus oualibus obtuſis duplicato-ſerratis: ſerraturis glanduloſis, utrinque, ſubtus tamen paullo magis pube „molliſſimâ obductis. *Flos* terminalis ſolitarius, *pedunculo* ger„mine longiori inſidens. *Calycis* laciniae pubescentes, aculeo„lis glandulisque pedicellatis praeſertim ad carinam obſitae, „margine tomentoſae, in apicem foliaceum lineari-ſpathulatum

„ferrato-glandulosum productae. *Germen* ouatum fuscum colore „glauco nebulosum, uti *pedunculus* aculeolis raris adspersum. „*Ledebour loc. cit.*„

977. ROSA *pumila.*

Definiatur: R. germinibus ouatis pedunculisque hispidis, ramulis petiolisque hispido-aculetis, aculeis caulinis raris caducis, foliolis subrotundo-ouatis (magnis) obtuse glandulosobiserratis, subtus pallidioribus villosis; fructibus subpyriformibus.

Synonyma adde: *Wahlenb. carpat. n. 491. Besser galic. n. 595. Wallroth flor. halens. suppl. 3. p. 62.*

Caules ramique annosiores aculeorum validorum euanidorum basi cicatrisati. *Ramuli* hornotini hispedi et aculeis confertis setaceis armati. *Petioli* glandulosо-villosi: aculeis paruis paucis. *Foliola* magna rotundata: acumine medio minuto, supra sature viridia aetate nitida, subtus villis copiosis pallescentia. *Pedunculi* solitarii cum basi germinis aculeolis glanduliferis hispidati. *Calycina* segmenta latiuscula non longa, extus glandulis rubiginosa, intus tomentosa: duo vulgo apice incisо-appendiculata. *Flos* speciosus laete roseus. *Fructus* magnus sanguineus utplurimum pyriformi-obouatus, interdum subglobosus. Pro *varietate* R. gallicae γ recensetur apud *Lamarck et Decand. flor. franc. sub n. 3709*, cui non repugno.

978. ROSA *pygmaea.*

Definiatur: R. germinibus ouatis pedunculisque hispidis, ramulis petiolisque hispido-aculeatis, caulibus subinermibus, foliolis (mediocribus) ouatis acutis argute glandulosо-biserratis glabriusculis, subtus glaucescentibus; fructibus subouatis.

Synonyma adde: *Marſch. cent. plant. rar. roſſic. 1. t. 2. Beſſer catal. hort. crem. a. 1816. p. 118.*

Praeter notas diagnoſticas a praecedente, olim indicatas, nunc adjicio hispiditatem *ramulorum* in uniuerſum minorem, *aculeos* caulinos pauciores ſed validiores et paſſim in anno-ſioribus quoque caulibus atque ramis ſuperſtitibus, villoſitatem in *foliolis* minoribus vix ullam, denique *calycina ſegmenta* longius apiculata et frequentius appendiculata.

Aberrat *germinibus* magis oblongis, *ramulorum* hispiditate adhuc parciore, *aculeis* econtra caulinis validioribus conſtantius perſiſtentibus, denique *floribus* quidquam minoribus, vix attamen ſpecie differt occurrens in Poloniâ auſtraliore, paſſim etiam in Beſſarabiae campeſtribus elatioribus a me lecta, nec Tauriae peregrina „R. (*liuescens*) calycis tubo elli„ptico gracili utrinque attenuato baſi, lacinis, pedunculis pe„tiolisque glanduloſo-hispidis, caule pruinoſo petiolisque re„mote aculeatis: aculeis ſubteretibus ſubrectis, foliolis ellipti„cis acutis glabris ſubtus glaucis biserratis. *Beſſer cat. hort. „cremen. a. 1811. ſuppl. 4. p. 19. catal. a. 1816. p. 118.*„

Quaero an hujus etiam loci ſint: R. auſtriaca *Cranz faſc. 2. p. 36. Poll. pal. n. 484.* R. Crantzii. *Schultes obs. p. 94.* Cum R. liuescente *Beſſeri* autem conferenda eſt R. glauca *Schottii.*

979. ROSA *floribunda.*

R. germinibus ouatis baſi pedunculisque hispidis: fetulis glanduliferis, aculeis caulinis validis baſi compreſſo-dilatatis recuruis, petiolis villoſis aculeatis, foliolis (minoribus) ellipticis acutis argute biserratis: ſerraturis glanduloſis, ſupra villoſis ſubtus glanduloſo-rubiginoſis.

R. floribunda. *Steuen manuſcr. Beſſer catal. hort. crem. a. 1816. ſuppl. 4. p. 19. (in notâ.)*

R. rubignoſa. *Flor. taur. cauc. n. 979. (excluſis ſynonymis.)*

Differt ab affini „R. (*rubiginoſâ*) germinibus ouatis pe„dunculisque fetoſo-hispidis: fetis ſubeglandulosis, aculeis cau„linis validis baſi compreſſo-dilatatis recuruis, petiolis villosis „aculeatis, foliolis (minoribus) lato-ouatis groſſe ſerratis: ſer„raturis glandulosis ſubſerrulatis, ſupra villosis ſubtus glandu„loſo-rubiginosis„ colore *foliorum* inodororum magis glauco, *foliolorum* formâ, *pedunculis* quidquam longioribus cum baſi *germinis* fetulis exilibus ſemper glanduliferis parum exasperatis, quandoque ſubinermibus, nec fetis majusculis ſaepius eglandulosis, fere ut in R. villoſâ armatis, denique *floribus* pallidioribus quandoque albis.

Varietas humilior incondita: *foliolis* paruis, *floribus* quoque minoribus albis, ad latera collium lapidoſorum circa Tauriae oppidum Bachtſchiſarai et paſſim in montibus peninſulae maxime meridionalibus occurrit.

980. ROSA *puluerulenta.*

Synonymon adde: R. germinibus ouatis pedunculisque hispidis, caule aculeis inaequalibus caducis: aliis raris baſi dilatatis recuruis, aliis confertis ſetaceis; petiolis glandulosovillosis aculeatis, foliolis (mediocribus) lato-ouatis glandulosobiserratis utrinque villosis glandulosisque. *Marſch. cent. plant. rar. roſſ. 2. t. 62.*

Deſcripſi olim et definiui hanc, ad ſpecimina fructifera pygmaea montium Nartſaneuſium, quam poſtea pedalem, immo bipedalem ad latera montis Beſchtau florentem legi. Elatioris hujus fruticis *caules* atque *rami* annoſiores: euanidis aculeis inermes apparent, baſi tantum delapſorum aculeorum veſtigiis cicatriſati; quorum tamen validiores paſſim conſpiciuntur perſiſtentes. *Petioli* villis ſimplicibus glandulisque ſtipitatis ve-

ſtiti et praeterea aculeolis aduncis armati. *Foliola* lata, tempore florescentiae utrinque villoſa, deinde caluescunt: glandulis utriusque paginae tunc magis in conſpectum venientibus. *Flores* ſolitarii breuiter pedunculati: magnitudine florum R. rubiginoſae, carnei. *Pedunculi* breues cum *germine* ſetis paruis glanduliferis undique hiſpidi. *Calyx* glandulis confertis et ſetis ſparſis muricatus, demum ſupra fructum conniuens.

980*. ROSA *iberica*.

R. germinibus ouatis pedunculisque glabris ſetuliſue perpaucis hispidulis, aculeis caulinis ſparſis baſi dilatatis aduncis petiolis glanduloſis aculeatis, foliolis (mediocribus) lato-ouatis glanduloſo-biserratis, utrinque glanduloſis.

R. germinibus ſubgloboſis pedunculisque hiſpidis glabrisve, caule petiolisque aculeis aduncis, foliolis ouatis obtuſiuscule ſerratis utrinque glanduloſis, petiolis haud pubescentibus. *Steuen manuſcr.*

Habitat circa oppidum Krzchinval Iberiae occidentalis. ♄

Maxime quidem affinis praecedenti, tamen differre videtur *ſtaturâ* altiore, defectu *aculeorum* caulinorum ſecundariorum et primariis copioſioribus perſiſtentibus, defectu *villorum* ſimplicium in omnibus partibus herbaceis et hiſpiditate tam *pedunculorum* quam *germinum* longe parciore. *Foliola* praeter glandulas nuda utrinque quaſi glutine illinita apparent.

Huic perquam affinis et fortaſſis ſpecie haud vere diſtincta eſt occurrens in Poloniae auſtralioris frutetis „R. (*caryo-*„*phyllacea*) calycis tubo ouato pedunculisque glabris, calycum „laciniis pinnatis, petiolis pubescentibus, foliolis ellipticis ſub-„tus incanis et ſerraturis duplicatis glanduloſo-ſcabris, aculeis

„infraſtipularibus et petiolorum recurvis baſi compreſſis. *Beſ-*
„*ſer catal. hort. cremenec. a. 1811. ſuppl. 4. p. 18 et catal. a.*
„*1816. p. 117.*„ Conuenit villoſitate et praeterea glandulis foliolorum cum R. puluerulentâ, caeteris potius cum R. iberică. *Foliola* non ſolum ſubtus et margine, ſed utrinque glanduloſa video in ſpecimine mihi a *Cl. auctore* communicato. *Villoſitas* mox parca; mox inſignis, ut in juniore R. puluerulentâ *viscoſitatem* abscondens.

980**. ROSA *Klukii.*

R. germinibus ouatis pedunculisque glabris, aculeis caulinis raris baſi dilatatis compreſſis recuruis, petiolis glanduloſo-villoſis aculeatis, foliolis (majusculis) lato-ouatis glanduloſo-biserratis, ſupra ſubuilloſis, ſubtus glanduloſo-ſcabris, floribus ſubcorymboſis.

R. Klukii. *Beſſer cat. hort. crem. a. 1816. p. 118.*

R. (*balſamica*) calycis tubo elliptico pedunculisque glabris, petiolis pubescentibus cauleque remote aculeatis: aculeis compreſſis recuruis, foliolis ſubrotundo-ellipticis biserratis ſubtus glanduloſo-ſcabris, fructu globoſo. *Beſſer cat. hort. crem. a. 1811. ſuppl. 4. p. 18.*

R. (*rubiginoſa*) germinibus oblongis pedunculisque glabris, petioli caulisque aculeis recuruato-aduncis compreſſis, foliolis ouatis ſubtus glanduloſo-ſcabris. *Wahlenb. carpat. n. 489. (non ſynonyma.)*

In Tauriâ paſſim inter affines occurrit. ♄

Facies R. collinae latifoliae, pubes potius R. rubiginoſae. *Aculei* infra ſtipulas vulgo 2-3 alterni majusculi, juniores liuescentes apice albidi. *Petioli* aculeis raris curuulis armati, villoſi: interſperſis glandulis ſtipitatis. *Foliola* majuscula argute biserrata, ſupra parum villoſa, ſubtus vix discoloria glanduloſo-ſcabra. *Flores* vulgo corymboſi: formâ et colore

florum R. collinae, *calycis* quoque segmentis valde pinnato-appendiculatis. *Styli* apprime villosi, ut in affinibus. *Fructus* globoso-ouati rubri.

980***. ROSA *Jundzilli*.

R. germinibus ouatis basi pedunculisque hispidis, aculeis caulinis raris basi dilatatis compressis recurviusculis, petiolis glanduloso-villosis aculeatis, foliolis (majusculis) ouatis argute glanduloso-biserratis, subtus glaucescentibus subvillosis: venis glandulosis, floribus subcorymbosis.

R. Jundzilli. *Besser cat. hort. crem. a. 1816. p. 117.*

R. (*glandulosa*) calycis tubo elliptico, laciniis, pedunculis, petiolis costisque foliorum glanduloso-hispidis; foliolis elliptico-ouatis biserratis subtus glaucescentibus, aculeis subreflexis sparsis. *Besser cat. hort. cremenec. a. 1811. suppl. 3. p. 20.*

R. umbellata. *Decand. flor. franc. 6. suppl. p. 532. n. 3695a?*

Inter affines per Tauriam et Caucasum reperitur. ♄

Habitu et haec cum R. collinâ conuenit. Villositas in *foliolis* parca. *Petioli* villosi cum rubigine ex glandulis inspersis: aculeolis raris, hinc inde nullis. *Aculei* caulini ut in praecedente. *Flores* corymbosi majusculi. Setulae *pedunculorum* et basis *germinum* minutae glanduliferae. *Calycis* laciniae glanduloso-rubiginosae pinnatim appendiculatae. „*Fructus* „ouati coccinei. *Besser loc. cit.*„

980****. ROSA *nititula*.

R germinibus ouatis basi pedunculisque hispidulis, aculeis caulinis sparsis validis compressis recurvis, petiolis glanduloso-villosis aculeatis, foliolis (mediocribus) elliptico-ouatis

acutis argute-biserratis glabriusculis utrinque concoloribus, floribus subsolitariis.

R. calycis tubo subgloboso glabro, pedunculis setosis, petiolis cauleque aculeatis: aculeis compressis aduncis, foliolis lucidis ouato-ellipticis acutis biserratis glabris. *Besser catal. hort. crem. a. 1811. suppl. 4. p. 30. cat. a. 1816. p. 118.*

R. arguta. *Steuen manuscr.*

Cum affinibus in Tauriae nemoribus atque dumetis passim occurrit. ♄

Facies praecedentis. *Foliola* quidquam acutiora et argutius biserrata subtus quoque glabriuscula laetius viridia. *Pedunculi* setulae glanduliferae paruae passim et in *germinis* basin ascendunt; rarius plane desiderantur. *Calycis segmenta* valde pinnato-appendiculata, dorso rubiginosa. *Fructus* sphaeroideus ruber.

980*****. ROSA *saxatilis.*

R germinibus ouatis pedunculisque undique hispidis, aculeis caulinis sparsis validis compressis recuruis, petiolis villoso-glandulosis aculeatis, foliolis (majusculis) ouatis inaequaliter argute ferratis: ferraturis subduplicatis, utrinque glabriusculis subtus pallidioribus; floribus subcorymbosis.

R. saxatilis. *Steuen manuscr.*

In Tauriâ inter frequentiores congenerum est. ♄

Affinis proxime praecedentibus. *Foliola* in universum nonnihil latiora: ferraturis haud ita subtiliter serrulatis, saepe simplicibus. Hispiditas *germinum* atque *pedunculorum* insignis per totam germinum superficiem extenditur. *Flores* saepissime plures aggregati mediocres. *Styli* hirsuti. *Fructus* R. collinae, cui, praeter glabritiem foliolorum, haec etiam valde est affinis.

980******. ROSA *calycina.*

R. germinibus ouatis pedunculisque glabris, aculeis caulinis rariſ compreſſis recurnis, petiolis glabriusculis aculeatis, foliolis (majusculis) ouatis acutiusculis ſubſimpliciter ſerratis utrinque glaberrimis, floribus corymboſis, ſegmentis calycinis dilatatis ſubbipinnatifidis.

In dumetis conuallium portui Odeſſano vicinis reperitur. Floret Junio. ♄

Frutex elatus habitu R. collinae, ſed praeter arma caulis atque petiolorum glaberrimus. *Foliola* quoad formam et ſerraturas utplurimum ſimplices foliolis R. collinae ſimilia laete viridia, ſubtus vix diſcoloria. *Pedunculi* aggregati germine paullo longiores. *Flores* magnitudine R. collinae: *germine* oblongo-ouato, *ſegmentis calycinis* tribus glabris valde folioſo-appendiculatis ſubbipinnatifidis, duobus margine dilatato pubescentibus: appendice minore inciſo ſerratâ; *petalis* dilutiſſime carneis, *ſtylis* ſparſim piloſis. *Fructum* non vidi. Pro varietate ſubſequentis habet *Cl. Beſſer in litteris.*

980*******. ROSA *uncinella.*

R. germinibus ouatis pedunculisque glabris, aculeis caulinis compreſſis recuruis, petiolis pubescentibus aculeatis, foliolis (majusculis) lato-ouatis acutiusculis ſubſimpliciter ſerratis ſupra glabriusculis ſubtus villoſis, floribus corymboſis, ſegmentis calycinis dilatatis ſubbipinnatifidis.

R. calycis tubo elliptico, laciniis ſubbipinnatifidis pedunculisque glabris, caulis aculeis fortibus recuruis, foliolis ellipticis acutiusculis biserratis coſtâ petiolisque pubescentibus. *Beſſer cat. hort. cremenec. a. 1811. ſuppl. 4. p. 21 et cat. a. 1816. p. 119.*

Per Tauriam inter congeneres minime rara. ♄

Foliola non vere ſunt biserrata, ſed potius inaequaliter ſerrata, ut majores ſerraturae minoribus quandoque inhaereant, quod quidem et in R. collinâ atque ipſâ caninâ ſic paſſim obtinet. Villoſitate variat, ita quidem ut *foliolorum* ſubtus mox tantum coſta venaeque, mox tota inferior pagina pubeſcat. Caeterum *habitu*, *floribus* et ampliudine *ſegmentorum calycinorum* praecedenti proxima eſt. Utraque, ſecundum ſpecimen R. venoſae *Swarzii* authenticum, mihi ab *amiciſſ. Steueno* communicatum, huic perquam etiam affinis eſt et ulteriori indiget cum hac comparatione.

981. ROSA *collina*.

Definiatur: R. germinibus ouatis baſi pedunculisque ſubhispidis, aculeis caulinis compreſſis recurvis, petiolis villoſis aculeatis, foliolis (mediocribus) ſubſimpliciter-ſerratis villoſis ſubtus ſubtomentoſis, floribus ſubcorymboſis.

α. Germinibus baſi pedunculisque hispidis.

Synonyma adde: R fructibus ouatis ſubglabris, pedunculis glanduloſo-hispidis, aculeis caulinis recurvis, foliolis ouatis ſubtus venis villoſis. *Beſſer galic. n. 598. Wahlenb. carpat. n. 492.*

β. Germinibus pedunculisque glabris.

Synonyma adde: R. collina. *Lamarck et Decand. flor. franc. n. 3702. (ubi varietas noſtra α ſub R. tomentoſâ comprehendi videtur.)*

R. (*ſolſtitialis*) fructibus ouatis pedunculisque glabris, aculeis ſtipularibus aduncis, foliolis ouatis ſubtus tomentoſis. *Beſſer galic. n. 596 et Catal. hort. crem. a. 1811. jul. pl. 3. p. 29. Cat. a. 1816. p. 119.*

Foliolorum villoſitate valde variat, et quidem *variatas* minus villoſa R. collinam *Jacquini* et *Beſſeri*, magis villoſa au-

tem R. folſtitialem *Beſſeri* conſtituit. Utramque ex autopſiâ ſpeciminum *Beſſerianorum* conjungo, in quibus ſubinde et in ſolſtitiali *pedunculos* ſetulis ſparſis video hispidatos. A R. ſolſtitiali *Beſſeri* fortaſſe non differt R. **campeſtris** *Swartzii*, cujus ſpecimen authenticum ab *amiciſſ. Steueno* communicatum comparaui, ſimillimumque huic habeo, mihi olim Berolini a *b. Willdenouio* pro R. collinâ dono datum.

982. ROSA *canina*.

Definiatur: R. germinibus ouatis pedunculisque glabris, aculeis caulinis ſparſis compreſſis aduncis, petiolis glabriuſculis aculeatis, foliolis (mediocribus) ouatis acutis glabriuſculis ſubtus glaucescentibus argute ſimpliciter ſerratis, floribus ſubſolitariis.

Synonyma adde: *Smith brit. 1. p. 540. Lamarck et Decand. flor. franc. n. 3716.* (*excluſâ var. β et γ*) *et 6. ſuppl. p. 538. Beſſer galic. n. 597. Wahlenb. carpat. n. 493. Wallroth flor. halens. ſuppl. 3. p. 67. Poll. pal. n. 486.*

Altius congeneribus ascendit in ſubalpina Tauriae et in notabilem altitudinem, congeneres ſi reſpicias, attollitur. *Dignoscitur* ſolenni *pubis* defectu, ut attamen regula non ſine exceptione ſit, *foliolis* minus latis: ſerraturis crebris argutis, ſubtus praeſertim glaucescentibus; *pedunculis germinibusque* vix unquam hiſpidis, *ſtylorum* pilis parcis, *fructibus* vulgo utrinque attenuatis laete ſanguineis.

983. ROSA *caucaſica*.

Synonymon adde: *Aiton kew. ed. 2. P. 3. p. 298. n. 33.*

Ex fructibus Roſae, a me per Caucaſi montoſa iter faciendo, ante tredecim annos lectis, in horto academico Charkovienſi enatus et paſſim per alios hortos botanicos diuulga-

tus eſt *frutex* ſpectabilis, quem modo pro R. caucaſicâ agnoſco, culturâ tamen mutatâ, *villoſitatem* enim pene exuit magisque cuaſi glaucescens, *foliola* minus euidenter ſunt biserrata, *petioli* inſiguius aculeati: aculeolis vulgo et in ſupremi ſolioli coſtam adſcenden ibus. *Calycis ſegmenta* magna valde appendiculata, ut in R. uncinellâ. *Fructus* magni globoſo-ouati coccinei.

983*. ROSA *leucantha*.

R. germinibus ouatis baſi pedunculisque hiſpidis, aculeis caulinis recuruis, petiolis glanduloſis coſtâque ſolioli imparis aculeatis, foliolis (majusculis) argute biserratis glabriusculis, floribus corymboſis.

Fructus legi in alpe Kaiſchaur Caucaſi occidentici; ex ſeminibus in horto academico Charkovienſi ſatis enati ſunt frutices, ad quos ſpeciem determinaui. ♄

Simillima praecedenti cultae et forte varietas. *Villoſitas* in foliolis vix ulla, ſed loco ejus in petiolis et paſſim in foliolorum paginâ inferiore glandulae reſiniferae. Setae glanduliferae *pedunculorum* atque baſeos *germinum* minime copioſae parnae. *Petala* clauſa dilutiſſime rubella, evoluta alba (roſea in praecedente). *Styli* pilis raris veſtiti. *Inflorescentia* et *fructus* praecedentis.

983**. ROSA *alba*.

R. germinibus ouatis ſubglabris, pedunculis elongatis hiſpidis, aculeis caulinis ſparſis recuruis, petiolis villoſis aculeatis, foliolis (magnis) lato-ouatis groſſe ſimpliciter ferratis ſubtus villoſioribus, floribus corymboſis.

R. germinibus ouatis glabris, pedunculis hiſpidis, caule petiolisque aculeatis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1080. Flor. dan. t. 1215. Lamarck et Decand. flor. franc. n. 3717.*

Occurrit in Iberiâ. *D. Wilhelms in herb. gorenkenſi.*

Dignoscitur magnitudine latitudineque *foliolorum, florum* corymbo multifloro, *pedunculis germine* oblongo multo longioribus, *corollis* albis. *Pedunculorum* ſetae paſſim et in baſin *germinis* adſcendunt. *Segmentorum calycis* magnorum laciniae latera-les lanceolato-ſubulatae angustae indiuiſae irregulariter ſub-ſerratae.

Vix ab hac ſpecie differt, in Tauriâ meridionali, ad la-tera montis Tſchaturdag obſeruata, albiflora etiam R. montana *Steueni manuſcr.*

Rhodologiae clauis, me quidem judice, hucusque deſi-deratur; cui reperiundae me imparem eſſe ingenue fateor. Re-cenſui hic ſpecies complures, imprimis ſub R. rubiginoſâ, to-mentoſâ et collinâ auctorum delitescentes, magis peregrinae autoritati, quam propriis obſernationibus inhaerens, ſedulo attamen comparatis noſtratibus. Afferet denique lucem et huic intricatiſſimo generi dies.

991*. POTENTILLA *multifida.*

P. foliis bipinnatifidis ſupra ſubnilloſis ſubtus ſericeo-tomentoſis: laciniis linearibus diſtantibus, caulibus declinatis.

P. foliis bipinnatifidis quadrijugis ſuperne glabris ſubtus tomentoſis: ſegmentis diſtantibus, caule decumbente. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1096. Hall. hiſt. n. 1125.* (*excluſo ſynonymo Buxbaumii.*) *Steuen in mem. ſoc. nat. cur. moſq. 3. p. 263. Lamarck et Decand. flor. franc. n. 3754. Kniph. ecſyp.*

Quinquefolium orientale tenuiſſime laciniatum humiſuſum. *Tournef. cor. p. 21?*

Occurrit in alpe Schadagh Caucaſi orientalis, aeſtate flo-rens. ♃

Planta alpina caucasica pumila atque pube denfiore candicans caeterum a vulgari non videtur differre; nam haec quoque *foliorum* paginâ fuperiore, faltim ad coftam laciniarum mediam, villis nunquam penitus deftitnitur. Quum in *foliis*, proportione totius plantae etiam diminutis, *foliola* omnia fere ex eodem puncto originem trahere videantur, potuit a *Tournefortio* fub Quinquefolio, nec fub Pentaphylloide recenferi. Sed Pentaphylloides *Amm. ruth. n. 117*, apud *Linnaeum* huc excitatum, rectius a *Gmelino fib. 3. p. 182* et a *Pallafio it 3. p. 194* ad P. bifurcam trahitur.

992. POTENTILLA *agrimonioides.*

Definiatur: P. foliis pinnatis, foliolis ouato-oblongis obtufis pinnatifidis villofis fubtus fubfericeo-tomentofis: inferioribus remotioribus diminutis, ftipulis fubbipartitis, caulibus adfcendentibus.

Synonyma adde: P. foliis pinnatis: laciniis pinnatifidis, fegmentis linearibus integerrimis villofis fubtus fericeo-tomentofis caule adfcendente. *Steuen in mem. foc. nat. cur. mofq. 3. p. 264. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 67. Beffer catal. hort. crem. a. 1816. p. 109.*

Varietatem alpinam valde villofam atque canescentem: *foliolis* profundius incifis, in faxofis Caucafi orientalis ad torrentem Kuffartfchai lectam defcripfit *Steuen loc. cit.*, ex quâ affinitas hujus fpeciei cum P. fericeâ elucet. Mea definitio et defcriptio ad fpecimina iberica, multo minus villofa, vix canescentia: *foliolorum* fegmentis brevibus atque latioribus concinnata olim fuit. *Pubes foliolorum* proftrata, *caulium* vero et *pedunculorum* patens. *Stipulae* plerumque profunde bipartitae: laciniis falcato-fubulatis; rarius dente brevi ad bafin auctae, aut indivifae. *Flores* P. argenteâ duplo fere majores: *petalis* aureis fubemarginatis *calyce* paullo longioribus.

Iconem Florae ſibiricae 3. t. 38 in textu operis non commemorari annotaui, quam nunc in erratis, ad calcem voluminis, ſpeciei *n. 39* adſcribi animaduerto; ſed hoc iterum per errorem, quum *n. 39* ſit ſpecies foliis digitatis, nec pinnatis praedita, forte P. *opaca Linn.*

993. POTENTILLA *geoides.*

Synonyma adde: *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 67. Beſſer cat. hort. crem. a. 1816. p. 109.*

996. POTENTILLA *recta.*

Hujus duae *varietates* notabiles occurrunt; *altera* vegetior, pilis magis ſparſis, caule viridi, calycis foliolis quidquam magis acuminatis, corollis pallidioribus; *altera* minus elata, pilis omnium partium confertioribus, caule baſi ſpadiceo-rubente, floribus tantillum minoribus, corollis ſaturatioribus. *Priorem* ipſe legi in vicinià Vindobonae, porro a *Willdenouio* pro P. rectâ L. communicatam habeo, denique per Ucraniae campos ſpontaneam obſeruaui; *poſterior* per Tauriam atque Caucaſum vulgaris eſt; *utraque* petalis ſubtus ſaturatius luteis, ſupra dilutioribus gaudet. Notant has varietates *Scopoli carn. ed. 2. ſub n. 618 et Beſſer cat. hort. cremenec. a. 1816. p. 110;* quas equidem non ſolum ſpecie haud eſſe ſeparandas cenſeo, ſed et legitimum ab his discrimen P. obſcurae et piloſae *Willdenouii*, quas, praeter petalorum ad calycem rationem, a poſteriore P. rectae varietate nullâ conſtanti notâ differre video, ulterius confirmandum. Quod de P. rectâ *Linnaei* a cognomine *Jacquini* plantâ ſpecie diſtinguendâ habet *Schultes obs. p. 94 et 95*, id ad discrimen inter P. rectam et P. intermediam (P. canescentem *Beſſeri*) pertinet.

997*. POTENTILLA *pilosa*.

P. foliis quinatis, foliolis obouatis groſſe dentatis, petalis ſubretuſis calyce minoribus, caule erecto. *Linn. ed. Wilid. 2. p. 1100. Decand. flor. franc. 6. ſuppl. p. 540. n. 3736a.*

Legi hanc in cacumine montis thermas Conſtantinomontanas fundentis. Eadem circa coloniam Sareptanam etiam occurrit. Floret aeſtate. ♃

P. obſcurae proxima, *differt habitu* graciliore, *pilis* ubique parcioribus, *foliolis* praeſertim foliorum radicalium latioribus altius inciſis et *corollâ* vulgo breuiore; haec vero differimina ambigua eſſe, et ſupra notaui, et ex ſpecimine hujus Potentillae mihi a *Wildenouio* olim communicato agnosco.

998. POTENTILLA *aſtracanica*.

Per Tauriam quoque obuia.

Adultae *foliola* puſtulis per paginam inferiorem ſparſis ſaepe inaequalia. Huc forte referendum eſt: Quinquefolium orientale montanum erectum hirſutum luteum. *Tournef. cor. p. 21.*

999. POTENTILLA *hirta*.

Variat altitudine, *foliolisque* majoribus: ſerraturis lateralibus pluribus et denſitate *pubis*, quae tamen ſemper pulcre albo-ſericea eſt. Humilior *planta*, *foliolis* minoribus antice tantum ſerratis praedita conuenit exacte cum P. hirtâ pedemontanâ, mihi a *b. Roemero* communicatâ. Majorem et copioſiore hirſutie canescentem *varietatem* exprimere videtur: Quinquefolium orientale rectum luteum incanum, *Tournef. cor. p. 21.*

1001. POTENTILLA *inclinata.*

Varietatem basi valde ramosam atque diffusam, gracilioribus *cauliculis*, *foliolis* breuioribus: ferraturis quoque minoribus obtusioribusque, *floribus* paruis, *calycibus*, sicut pagina foliorum inferior, cinereo-tomentosis: *segmentis* obtusiusculis valde inaequalibus, exterioribus duplo minoribus autumno in campis argillosis subsalsis Tauriae circa Perecop legi, quae, P. intermediae cognata, ab eâ discedit gracilitate *habituque* diffuso, tomento paginae *foliolorum* inferioris atque *calycum*, tum ferraturis *foliolorum* breuioribus, *floribus* minoribus et *petalis* calycem superantibus. Eadem in arenosis Rossiae mediae, circa Charkoviam alibique obuia, Coccum polonicum praecipue ad radices suas souet, de quo confer *Güldenst. itin. 1. p. 44.*

1004*. POTENTILLA *umbrosa.*

P. foliis radicalibus palmatis 5-6-natis subpilosis: foliolis obouato-oblongis obtuse serratis, petalis obcordatis calyce sublongioribus, caulibus erectiusculis a basi ad bifurcaturas nudis.

P. umbrosa. *Steuen manuscr. Besser cat. hort. cremenec. a. 1816. p. 110.*

Habitat in Tauriae maxime meridionalis umbrosis. ♃

Radix valida nigricans, ad terrae superficiem petiolorum basi marcescente squamata. *Folia* radicalia numerosa longe petiolata majuscula palmata: *foliolis* principalibus 5, quibus saepius accedit sextum caetera minus: omnibus oblongis basi cuneatis apice rotundatis, a basi ad ultram tertiam integerrimis, inde grosse obtusiuscule haud profunde serratis: serraturâ apicis reliquis minore; caeterum laete viridia pilis raris adpressis subpubescentia, tota cum *petiolis* glandulis vix nisi lentis ope visibilibus valde viscida; tria intermedia praesertim *pedicellis* propriis 2-3 lineas longis insistentia. *Caulis* ex-

citer pedalis rectascendens pilis incumbentibus pubescens. *Inflorescentia* subdichotoma generi familiaris. *Folia* sub singulis bifurcaturis radicalibus multo minora, ternata, supra *stipulas* falcato-lanceolatas integerrimas subsessilia: serraturis remotioribus atque acutioribus quam radicalium. *Pedicelli* elongati, magis quam reliquae plantae partes albo-pilosi. *Flores* magnitudine florum P. reptantis. *Calyx* magnus sparsim pilosus: *foliolis* lanceolatis acutiusculis subaequalibus. *Corolla* calyce vix major: petalis obcordatis intus aureis, extus fulvo-luteis. Quoad formam foliorum atque florum aliquam cum P. reptante similitudinem habet nova haec species, caeteroquin ab omnibus hucusque notis distinctissima.

1005*. POTENTILLA *niuea*.

P. foliis ternatis: foliolis ouatis inciso-serratis supra villosis subtus niueo-tomentosis, calycibus villosis, caule adscendente multifloro.

P. foliis ternatis incisis subtus tomentosis, caule adscendente. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1109. Flor. dan. t. 1035. Steuen in mem. soc. nat. mosq. 3. p. 264. Schranck in mem. soc. bot. ratisb. a. 1818. p. 27.*

P. foliis ternatis utrinque hirsutis infra candidis, foliolis ouatis serratis. *Gmel. sib. 3. p. 183. n. 33. t. 36. f. 1.*

Fragaria sterilis folio subtus argenteo. *Amm. ruth. n. 111.*

Reperitur in alpe Schadagh Caucasi orientalis. Floret aestate. ♃

Folia supra villis longis densis vestita, quales, praeter tomentum densissimum niueum, etiam inferne ad costam mediam marginemque *foliolorum* prostant. *Flores* parui, ne quidem magnitudine florum P. vernae: *petalis* aureis calyce duplo longioribus. Caucasica a sibiricâ nullatenus discrepat; sed

gallicam, fecundum *Lamarck et Decand. flor. franc. n. 3747* foliis fupra glabris praeditam diftinctam effe fuspicor. Certe fuae fpecici eft Sibiriae transbaicalenfi indigena

* POTENTILLA *leucophylla.*

P. foliis ternatis: foliolis oblongis incifo-ferratis, fupra glabriusculis, fubtus calycibusque niueo-tomentofis, caule adfcendente multifloro.

P. leucophylla. *Pall. it. 3. p. 194.*

P. betonicaefolia. *Poiret dict enc. bot. 5. p. 601.*

P. foliis ternatis: foliolis lanceolatis femipinnatis, petiolis filiformibus. *Gmel. fib. 3. p. 184. n. 35. t. 37. f. 1.*

Fragaria fterilis procumbens, foliis Betonicae inftar ferratis. *Amm. ruth. n. 109. t. 14.*

Differt a P. niueâ defectu pilorum elongatorum paginae *foliorum* fuperioris et *calycum*, *foliolis* longioribus anguftioribusque, *floribus* nonnihil minoribus, *foliolis calycinis* obtufiusculis. *Folia* juniora fupra tomento vago fubpubescentia, aetate vero fupra glaberrima fature viridia nitida, utráque igitur paginâ maxime discolore.

His affines funt fibiricae etiam P. macrantha et uniflora *Ledebour in mem. acad. fcient. petrop. 5. p. 542, 543. n. 30 et 31,* praeter alias notas, *florum* fpecioforum magnitudine dignoscendae. Mihi plantae hae tantum ex *Ledebourianâ loc. cit.* defcriptione innotuere.

1009. GEUM *urbanum.*

Synonyma adde: G. foliis lyrato-pinnatis incifo-ferratis, foliolis cuneiformibus oblongo-fubrhomboideis, caulinis fubternatis, ftipulis fubrotundis incifis, floribus erectis. *Fiſcher in*

mem. ſoc. nat. cur. moſq. 2. p. 185. n. 3. t. 11. Wahlenb. carpat. n. 515. Hall. hiſt. n. 1130.

1010. GEUM *intermedium.*

Synonyma adde: G. foliis lyrato-pinnatis inciſo-ferratis breuiter acuminatis, foliolis cuneiformibus oblongo-ſubrotundis, ſtipulis oblongo-ſubrotundis laciniato-inciſis, floribus ſubereclis. *Fiſcher in mem. ſoc. nat. cur. mosq. 2. p. 185. n. 4. t. 11.*

G. ſtrictum *Aitoni*, ſecundum ſpecimina culta horti Gorenkenſis huic perquam affine eſt, longe vero diuerſum floribus nutantibus praeditum G. intermedium *Willd. enum. hort. berol. p. 557.*

1011. GEUM *riuale.*

Synonymon adde: G. foliis lyrato-interrupte-pinnatis inciſo-ferratis, foliolis ſubcuneatis ſubrotundis, caulinis ſubternatis, ſtipulis oblongo-lanceolatis, floribus nutantibus, ariſtis plumoſis. *Fiſcher in mem. ſoc. nat. cur. moſq. 2. p. 186. n. 10. t. 11.*

POLYANDRIA.

MONOGYNIA.

1023. CAPPARIS *ovata.*

Synonyma adde: *Marſch. cent. plant. rar. roſſic.* **2.** *t. 68.*

C. (*herbacea*) pedunculis unifloris ſolitariis, ſtipulis ſpinoſis, foliis ellipticis acutis glabris: junioribus pubescentibus, caule herbaceo. *Willd. enum. hort. berol. p. 560.*

Ramulorum nonellorum apices cum *foliis*, *pedunculis* atque *calycibus* nascentibus villis mollibus albis pubescunt: pubes cito evanidâ. quae nec C. ſpinoſae deeſt. Cultam in tepidario ſaepe fruticoſam fieri et C. ſpinoſae aſſimilari nunciat *Fiſcher in litteris.*

1024. ACTAEA *ſpicata.*

Iberiae etiam indigena eſt.

276. CHELIDONIUM. Cal. 2-phyllus. Cor. 4-petala. Siliqua linearis, bivalvis, unilocularis.

1025. CHELIDONIUM *majus. Flor. taur. cauc n.* 1025. (*cum ſynonymis.*)

276*. GLAUCIUM. Cal. 2-phyllus. Cor. 4-petala. Siliqua linearis, 2-3-ualuis, diſſepimento diuiſa.

1026. GLAUCIUM *luteum*.

Gl. caule foliisque ſuperioribus repando-ſinuatis glabris, ſiliquis tuberculato-ſcabris.

Gl. caule glabro, foliis caulinis repandis, ſiliquâ tuberculato-ſcabriuſculâ. *Smith brit. p. 563. Engl. bot. 8. Scop. carn. ed. 2. n. 635. Willd. hort. berol. p. 562. Allion. pedem. n. 1062.*

Chelidonium Glaucium. *Flor. taur. cauc. n. 1026. (cum ſynonymis.) Lamarck et Decand. flor. franc. n. 4034. Kniph. ectyp.*

Folia radicalia petiolata lyrato-pinnata, utrinque, ſicut *inferiora caulina*, villis copioſis crispis mollibus veſtita: ſinubus profundis acutiuſculis; *caulina ſuperiora* glaberrima breuia lata undulato-crispa: ſinubus minime profundis arcuatis. *Pedunculi* breues. *Calyx* mox glaberrimus, mox ſetis crispis ſparſis obſitus. *Corolla* non pure flaua, ſiccata colore Merulii Chantarelli, qualem praedicat *Scopoli loc. citato. Germen* et *fructus* junior tuberculis ſquamaeformibus albidis copioſis exaſperata; quorum in adultae ſiliquâ ſubtiliſſime longitudinaliter ſtriatâ vix rudimenta ſuperſunt.

1027. GLAUCIUM *phoeniceum*.

Gl. caule foliisque pinnatifidis inciſis villoſis, ſiliquis hiſpilis: ſetis confertis adpreſſis.

Gl. caule hiſpido, foliis caulinis pinnatifidis inciſis, ſiliqui: ſetoſis. *Smith brit. p. 564. Willd. hort. berol. p. 562. Allin pedem. n. 1063.*

Chelidonium corniculatum. *Flor. taur. cauc. n. 1027. (cum ſynonymis.) Lam. et Decand. flor. franc. n. 4075.*

Varietas flore pallide rubro, quam jam notauit *Cluſius hiſt. 2. p. 92*, etiam apud nos paſſim occurrit.

1028. GLAUCIUM *violaceum.*

Gl. caule foliisque bipinnatifidis villoſis, foliorum laciniis lincaribus, filiquis triualuibus hiſpidis: ſetis ſparſis patulis.

Gl. foliis bipinnatifidis lincaribus (glabris), caule laeui, filiquis triualuibus. *Smith brit. p. 565. Engl. bot. 201. Willd. enum. hort. berol. p. 562.*

Chelidonium hybridum. *Flor. taur. cauc. n. 1028. (cum ſynonymis.) Lam. et Decand. flor. franc. n. 4096. Schultes obſ. p. 97.*

Caulis praeſertim baſi molliter albo-villoſus; talibus villis *folia* quoque praeſertim ad coſtam mediam et ad marginem praedita ſunt, ſic quoque *calyces*, in quibus villoſitas copioſior. *Germen* ſetis rigidis adpreſſis, *ſiliqua* autem horizontalibus hiſpida.

1031. PAPAUER *Rhoeas.*

In pumilis ſetae *caulium* omnes patent, in elatioribus autem verſus apicem caulis reperiuntur adpreſſae: nullo praeterea discrimine intercedente. Poſterior *varietas* P. dubium refert, quamuis *capſulâ* globoſâ et *ſtigmate* multiradiato ſatis diſtincta. *Calyx* omnium varietatum ſetoſo-hiſpidus.

1032. PAPAUER *dubium.*

Definiatur: P. capſulis oblongis glabris, calycibus hiſpidis, foliis pinnatifidis inciſis: lacinuis triangulari-lanceola-

tis, caulis multiflori fetis patulis: pedunculorum adpreſſis, fructiferorum confertis perſiſtentibus.

In Tauriâ vulgo albiflorum occurrere olim monui. ſed circa portum Odeſſanum, in collibus mari vicinis rubriflorum commune eſt.

1032*. PAPAUER *laeuigatum.*

P. capſulis oblongis calycibusque glabris, caule multifloro ſetis rariſſimis ſubhiſpido, foliis pinnatifidis inciſis ſubpiloſis.

Habitat cum priore in collibus circa Odeſſam, nec non in rupibus circa thermas Conſtantinomontanas. Floret Majo, Junio. ⊙

Refert *varietatem* gracilem et glabellam P. dubii rubriflori, ſed ſetis parciſſimis *caulis* atque *pedunculorum*, *foliis* etiam glabriusculis minus compoſitis: laciniis acutioribus, denique *calyce* glabro ſatis diſtinctum videtur.

1032**. PAPAUER *arenarium.*

P. capſulis oblongis glabris, calycibus hiſpidis, foliis bipinnatifidis: laciniulis linearibus, caulis multiflori ſetis patulis: pedunculorum adpreſſis, fructiferorum raris caducis.

Habitat in arenâ mobili camporum fluuio Terek vicinorum. Floret aeſtate. ⊙

Affine binis praecedentibus, a quibus dignoscitur *foliis* multo tenuius laciniatis Glaucii violacei foliis ſimilibus. *Setae* baſeos *caulium* ſicut *pedunculorum* et *calycum* multo rariores quam in penultimo, ſemper attamen proſtant, nec deſiderantur ſaepius ut in praecedente. *Corolla* conſtanter rubra, fundo atro. *Capſula* proxime praecedentium. *Stigma* ſaepe 6-radiatum in P. dubio, 8-radiatum in laeuigato, 12-radiatum in arenario.

1033. PAPAUER *caucaſicum.*

Synonyma adde: P. capſulis obouatis glabris, ſtigmate quadrilobo, caule pedunculisque piloſis: ſetis ſparſis erectis, foliis pinnatifidis inciſis. *Bot. magaz. 1675. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 49. Beſſer catal. hort. cremenec. a. 1816. p. 97.*

Circa fontes torrentis Chodjal alpium Caucaſi orientalis etiam nascitur, teſte *Steueno in mem. ſoc. nat. cur. moſq. 3. p. 264.*

Setae *foliorum* rarae longiusculae, in apice lacinularum mucronem elongatum referunt, saepe et in adultis superſtites.

Quaeritur an P. floribundum *Desfont. in annal. mus. paris. 6. faſc. 25. p. 376. t. 33.* (P. orientale tenuius inciſum, ad caulem floridum. *Tourneſ. cor. p. 17.*) vere a noſtro differat.

1034. PAPAUER *orientale.*

Varietas flore coccineo *caule* humiliore, quam ſiſtit *Bot. magaz. t. 57*, apud nos vero non occurrens, fortaſſis diſtincta eſt ſpecies. Saltim utraque in hortis ſata habitum coloremque floris non mutat.

1036. TILIA *platyphyllos.*

Corymbuli florum minus multiflori, ipſi vero *flores* paullo majores, *pedunculi* ab inſertione ad baſin alae breuiores quam in T. *microphyllâ*. Noſtra taurico-caucaſica *folia* perampla habet: ferraturis eximie mucronatis.

1039. CISTUS *marifolius.*

Synonyma adde: *Lamarck et Decand. flor. franc. n. 4487. (ſub Helianthemo.) Linck apud Schrader nou. ephem. bot. 1. p. 115. Allion. pedem. n. 1664. t. 45. f. 3.*

Corolla calyce, villis copiosis albis hirsuto longior. *Stylus* brevis obliquus. *Stigma* capitatum.

Distinctus omnino a nostro est C. marifolius *Engl. bot. 396*, quod liquet ex icone, folia minora, flores quoque paullo minores: calyce brevi rubicundo fistente.

1040. CISTUS *salicifolius.*

Synonymon adde: C. aegyptiacus. *Marsch. casp. p. 209.*

1042. CISTUS *Helianthemum.*

Distinxi olim duas *varietates: alteram* pilosam foliis utrinque viridibus, *alteram* subtomentosam foliis subtus incanis. Haec *calyces* quoque incano-tomentosos, illa pilis patulis hirsutos habet. Sub priore excludendum est *Synonymon Lamarckii* a me adductum, sed addendum Helianthemum obscurum *Persoon enchirid. 2. p. 79.* Ad posteriorem pertinent Helianthemum vulgare *Lamarck et Decand. flor. franc. n. 4495. Persoon enchirid. loc. cit.* Aliam *varietatem* priori proximam *cauliculis* brevioribus tenuioribusque, *foliis* quoque minoribus, *pilis* brevibus patentibus totam viscidulam ex Tauriâ maxime meridionali habeo, ulterius examinandam.

POLYANDRIA.

TRIGYNIA.

1043. PAEONIA *corallina.*

Folia utplurimum biternata, vix unquam triternata, qualia vidit *Pallas;* juniora ſubtus villis crispulis parum conſpicuis pubescentia. *Capſulae* inde a baſi recuruatae. Planta *Retzii,* quam nonniſi cultam vidi, habet *foliola* minus lata acutiuscula; quapropter noſtra ſpecie ab eâ ſejungitur ab *amiciſſ. Fiſchero in Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 48.* P. daurica (Anglorum) *Decand. ſyſt. veg 1. p. 301* in Tauriâ non occurrit, quare *loc. cit.* ſynonymon Pallaſii eſt excludendum et ſub P. corallinâ collocandum.

1044. PAEONIA *hybrida.*

Synonymon adde: P. *(laciniata)* foliis biternatis multipartitis nudis: laciniis linearibus, capſulis tomentoſis. *Willd. enum. hort. berol. p. 573. Decand ſyſt. veg. 1 p. 394.*

Noſtra omnino eſt P. hybrida a *Pallaſio in Florâ roſſicâ* deſcripta et delineata, *capſularum* formâ, ſitu et pube cum P. triternatâ et tenuifoliâ exacte conveniens. Quid vero ſit „P. (*hybrida*) herbacea, capſulis pubescentibus, foliis biternatim ſectis ſegmentis glabris multipartitis, laciniis linearibus „*Decand. ſyſt. veg. 1 p. 393.*„ me quidem fugit. An varietatem P. hybridae vel tenuifoliae deſcribit?

1046. DELPHINIUM *Consolida.*

Definiatur: D. nectario monophyllo, corollae calcare laminis longiore, ramis pedicellisque diuaricato-patentibus, foliis multipartitis: laciniis linearibus, capsulis glabris.

Tota *planta* apud nos *pube* exili adpressâ vestita et subcanescens, praeter *genitalia.*

1047. DELPHINIUM *Ajacis.*

Definiatur: D. nectario monophyllo, corollae calcare laminis subaequali, ramis pedicellisque rectiusculis, foliis multipartitis: laciniis linearibus, capsulis pubescentibus.

Pubes praecedentis. *Pistillum* et deinde *capsula* quoque pubescentia. *Rami* floriferi, quam in praecedente, longe pauciores strictiores et magis multiflori.

1048. DELPHINIUM *speciosum.*

Definiatur: D. nectario tetraphyllo: labellis bifidis barbatis, corollae calcare curuulo longitudine laminarum, foliis quinquepartitis incisis acutis, caule foliis racemisque hirsutis, bracteis subcalycinis lanceolatis, capsulis reticulatis glabriusculis.

Synonyma adde: D. petiolis basi non dilatatis, foliis pubescentibus 5-lobatis: lobis inciso-serratis, bracteis lanceolatis villoso-viscosis. calcare curuulo, capsulis glabris. *Decand. syst. veg. I. p. 361. Marsch. cent plant. rar. rossic. I. t. 5.*

In Caucasi orientalis alpe Tyfendagh etiam reperitur, secundum *Steuen in mem. soc. nat. cur. mosq. 3. p. 264.*

Hirsuties omnium partium densa haud elongata, fere tomentum. *Germina* subuillosa, sed *capsulae* glabriusculae nitidulae. Planta Sibirica a Caucasicâ eo tantum recedit, quod *floris calcar* quidquam appareat brevius et minus arcuatum.

1048*. DELPHINIUM *dasycarpum.*

Definiatur: D. nectario tetraphyllo: labellis bifidis barbatis, corollae calcare caeruulo longitudine laminarum, foliis quinquepartitis incisis acutis, caule foliis racemis capsulisque hirsutis, bracteis subcalycinis subulatis.

D. petiolis basi non dilatatis, foliis pubescentibus 5-lobatis, lobis lanceolatis subtrifidis apice inciso-dentatis, racemo simplici pubescente, bracteis pedicello triplo brevioribus, sepalis subuillosis petala duplo superantibus, calcare recto. *Decand. syst. veg. 1. append. p. 547.*

D. dasycarpum. *Steuen manuscr.*

Habitat in Caucaso septentrionali subalpino, circa aciduam Nartsana (*Steuen*), ad latera montis Beschtau (*Wilhelms*).

Statura, flores et *pubes* fere praecedentis, *folia* magis dissecta potius subsequentis. *Bracteae* longe minores et angustiores ac in praecedente; *nectarii labellorum* laciniae minus dilatatae acutiores subaequales. *Germina* et *capsulae* villis copiosis mollibus sordide albicantibus vestita.

1049. DELPHINIUM *flexuosum.*

Definiatur: D. nectario tetraphyllo: labellis bifidis barbatis, corollae calcare caeruulo longitudine laminarum. foliis quinquepartitis incisis pubescentibus, racemo subpiloso, bracteis subcalycinis subulatis setoso-ciliatis, capsulis glabriusculis.

Synonyma adde: D. petiolis basi non dilatatis, foliis 5-lobatis: lobis incisis, caule flexuoso petiolisque piloso-sculis, bracteis linearibus, capsulis glabris. *Decand. syst. veg. 1. p. 362. Marsch. cent. plant. rar. rossic. 2. t. 64. Steuen in*

mem. ſoc. nat. cur. mosq. 3. p. 264. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 48. Treuiranus Delph. et Aquil. p. 15. n. 8. t. 1. 2.

D. ciliatum. *Steuen in catal. hort. dorpat. a. 1811.*

Habitat non ſolum in Iberiâ, verum etiam in Caucaſo ſeptentrionali ad latera montis Beſchtau et circa aciduſam Narſanenſem; porro in montoſis circa Gandſcham. Floret Julio, Auguſto.

Bracteae pilis rigidis longis albis ciliatae, ſicut *petioli;* qui tamen pili quandoque obliterantur. *Petala* a baſi ad medium pilis elongatis mollibus ciliata, caeterum glabra. *Caulis* in iberico, ad quod ſpeciem olim determinaui, valde flexuoſus erat, ſed in caucaſico poſtmodum obſeruato apparuit rectiuſculus. Praeferendum igitur nomen triuiale *Horti dorpatenſis loc. cit.*

1050. DELPHINIUM *hybridum.*

Definiatur: D. nectario tetraphyllo: labellis bifidis barbatis, corollae pubescentis calcare rectiusculo laminis ſublongiore, foliis digitato-partitis inciſis: laciniis lineari-lanceolatis, caule foliis racemis capſulisque villoſis, bracteis pedicellaribus ſubulatis.

Synonyma adde: D. petiolis baſi dilatato-vaginantibus, foliis multipartitis: lobis linearibus, racemo conferto, calcare recto flore longiore. *Decand. ſyſt. veg. 1. p. 353.*

D. hirſutum. *Perſoon enchirid. 2. p. 82.*

D. orientale perenne Aconiti folio, flore coeruleo. *Tournef. cor. p. 30?*

Duas noto *varietates* inſignes: *caucaſicam* robuſtiorem, ramoſiorem, pube ubique tenui veſtitam, corollâ, praeter plagam extus ſub apice cujusque petali villoſo-tomentoſam, nudâ,

calcare laminis vix longiore; *tauricam* debiliorem undique magis villosam, corollâ totâ superficie pubescente, calcare laminis manifeste longiore, germinibus capsulisque villis copiosis obtectis. An hae species sint distinctae, culturâ magistrâ explorandum.

1050*. DELPHINIUM *ochroleucum*.

D. nectario tetraphyllo: labellis bifidis barbatis, corollae glabriusculae calcare rectiusculo laminis longiore, foliis digitato-partitis incisis: laciniis lineari-lanceolatis cauleque glabris, racemi axi subpubescente, bracteis pedicellaribus subulatis, capsulis glabris.

D. petiolis basi dilatato-vaginantibus, foliis multipartitis: laciniis lineari-subulatis, racemo breui, floribus (albis) extus pubescentibus, calcare flore longiore acuto, capsulis glabris. *Decand. syst. veg. 1. p. 353 et app. p. 546.*

D. ochroleucum. *Steuen manuscr.*

D. hybridi varietas floribus ochroleucis. *Flor. taur. cauc. sub n. 1050.*

Habitat in Iberiâ. ♃

Simillimum praecedenti, etiam racemo elongato multifloro; sed *pube* omnium partium vix ullâ, in *capsulis* plane deficiente et colore *florum* satis distinctum videtur. *Flores* albidi: *petalis* quandoque apicem versus praeter dorsum dilutissime coeruleis.

1051. DELPHINIUM *puniceum*.

Definiatur: D. nectario tetraphyllo: labellis bifidis barbatis, corollae cano-villosae calcare resupinato emarginato longitudine laminarum, foliis digitato-partitis incisis: laciniis li-

noari-lanceolatis, bracteis pedicellaribus ſubulatis, caule foliis racemo capſulisque cano-villoſis.

Synonyma adde: D. petiolis baſi dilatato-vaginantibus, foliis in lobos lineares ad baſin usque multipartitis, racemo elongato, calcare recto obtuſo pedicello ſublongiore flore breuiore. *Decand. ſyſt. veg. 1. p. 352. Treuiranus Delph. et Aquil. p. 17. n. 11.*

1052. ACONITUM *ochroleucum.*

Synonyma adde: A. galeâ elongatâ, calcare arcuato, labio lanceolato, foliis vix ſubtus pubescentibus palmato-quinquelobis: laciniis 3-partitis acute inciſo-dentatis. *Decand. ſyſt. veg. 1. p. 371. Marſch. cent. plant. rar. roſſic. 1. t. 12. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 48. Hoffm. hort. moſq. a. 1808. n. 30.*

A. ſpecies Lycoctono affinis. *Tourneſ. it. ed. orig. gallic. 2. p. 128.*

Flos vulgo penitus albus. *Synonymon Corollarii Tournefortiani* a me huc relatum, alii ad A. album referunt; ſed id, quod in *itineribus loc. cit.* commemoratur, etiam plantam Corollarii huc potius ſpectare arguit. Specimen in *herbario Tournefortiano* deeſſe videtur, quum nec mihi dictum herbarium peruoluenti in oculos inciderit, nec *Decandollio* ſit viſum.

1053. ACONITUM *Anthora.*

Occurrit in Caucaſo orientali circa Chinalug, teſte *Steueno in mem. ſoc. nat. cur. moſq. 3. p. 264.*

Varietatem elatiorem: *foliorum* laciniis quidquam latioribus magisque diuaricatis, *racemo* minus pubescente, *floribus* tantillum minoribus, pube etiam parciore, obſeruaui in Ucra-

niae fyluis haud procul Charkoviâ. Sinus inter *galeae* verticem et mucronem mox parum arcuatus, mox valde profundus. Mihi igitur hac folâ notâ A. anthoroideum *Decand. fyft. veg. 1. p. 366* ab Anthorâ fpecie non videtur poffe diftingui.

1054. ACONITUM *Cammarum.*

Rami floriferi copiofi verfus apicem caulis paniculati. *Pedicelli* glabriufculi virides. *Corolla* fature coerulea: *alis* margine pilis raris inftructis, qui etiam in difco intus haud penitus deficiunt. *Galeae* mucro infignis, finus inter verticem et mucronem ficut in praecedente variabilis, fed vulgo profundus. *Nectaria* galeâ vix breuiora. *Capfulae* plerumque ternae glabrae. Huc potiffimum videtur pertinere „A. (*intermedium*) ouariis 3 glabris, alis intus pilofis, racemo laxo co„rymbofo, pedicellis glabris, galeâ valde conuexâ fubconicâ „*Decand. fyft. veg. 1. p. 374.*„ Aliud eft A. Cammarum a *Cl. Wahlenberg in florâ carpaticâ n. 533* defcriptum, corollâ dilute coeruleâ: venis faturatioribus, nectariis galeâ duplo breuioribus et piftillis femper 5 eximie ciliatis praeditum.

POLYANDRIA.

PENTAGYNIA.

1055. AQUILEGIA *vulgaris.*

Noſtra, in alpe Caucaſi orientalis Schadagh a *Steueno* quoque lecta, *ſtylorum* ad *ſtamina* ratione cum A. vulgari, ſed *pube* caulis, petiolorum atque pedunculorum cum A. ſpecioſa *Decand. ſyſt. veg. 1. p. 336* connuenit; quo dubium de utriusque discrimine augetur.

1056. NIGELLA *ſegetalis.*

Synonyma adde: *Marſch. cent. plant. rar. roſſic. 1. t. 25. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 40.*

N. (*foeniculacea*) antheris apiculatis, ſtylis 5-6 erectis, capſulis laeuibus dorſo trineruiis in fructum obconicum ultra medium connexis, caule erecto glabro, ramis ſubdinaricatis. *Decand. ſyſt. veg. 1. p. 328. (ſide litter. auctoris ad Steuenum datarum.)*

Filamenti apiculus obtuſus *antheram* didymam vix ac ne vix quidem ſupereminet, ſicut in N. ſatiuâ, hiſpanicâ et aliis; dum in N. aruenſi *filamentum* ultra *antheram* apiculum longiusculum acutum exſerit; unde mihi priores *antheris* muticis, poſterior autem *antheris* apiculatis praeditae dicuntur. *Capſulae* ſquamuloſo-tuberculatae, minus tamen quam in N. ſatiuâ. *Styli* fructus demum reflexo-arcuati. *Nectaria* ſparſim piloſa ut in N. aruenſi.

1057. NIGELLA *cruenſis.*

Specimina germanica herbarii mei, et ramis quaqüauerſum porrectis, et ſtylis fructus parum aicuatis cum tauricis plane conueniunt, quare a N. aruenſi non puto ſeparaudam, determinatam ad ſpecimina a *Cl. Beaupré* in Tauriâ lecta „N. (*diuaricatam*) antheris apiculatis, ſtylis 5 erectiusculis, „capſulis laeuibus in fructum obconicum ultra medium con„nexis, caule glabro, ramis diuaricatiſſimis. *Decand. ſyſt. veg.* „*I. p. 329.*„

1057*. NIGELLA *ſatiua.*

N. piſtillis quinis, capſulis muricatis ſubrotundis, foliis ſubpiloſis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1248. Kniph. ectyp. Lamarck et Decand. flor. franc. 5. p. 640.*

N. antheris muticis, capſulis muricatis in fructum ouatum ad apicem usque connexis, caule erecto piloſiuſculo, floribus nudis. *Decand. ſyſt. veg. I. p. 330.*

Melanthium ſativum ſimplici flore. *Clus. hiſt. 2. p. 206.*

Melanthium ſatiuum primum. *Tabern. Kraeuterb. p. 181.*

Occurrit in Iberiâ. *D. Wilhelms.* ⊙

1060. REAUMURIA *vermiculata.*

Synonyma ad varietatem β ſpectantia adde: R. ciſtoides. *Willd. enum. hort. berol. p. 578.*

R. hypericoides. *Aiton kew. ed. 2. P. 3. p. 327. Jacq. jun. eclog. p. 92. t. 62.*

POLYANDRIA.

POLYGYNIA.

1061*. ANEMONE *albana.*

A. pedunculo inuolucrato reflexo, petalis apice reflexis, foliis pinnatis elongato-pilosis: pinnis bipinnatifidis, lacinulis breuibus lanceolatis obtusiusculis.

A. pedunculo inuolucrato, foliis pinnatis: laciniis bipinnatifidis, segmentis lanceolatis obtusis, flore foliis coaetaneo cernuo (flauo) petalis apice reflexis. *Steuen in mem. soc. nat. cur. mosq. 3. p 264 et in act. soc. linn. lond.*

A. foliis pinnatisectis, segmentis multipartitis, lobis oblongo-linearibus, flore nutante, pedicello vix inuolucro longiore, sepalis 6 erectis apice subreflexis. *Decand. syst. veg. 1. p. 345.*

Habitat in alpe Schadagh Caucasi orientalis et copiose in collibus circa acidulam Nartsana. Floret Junio. ♃

Staturâ et *flore* proxime ad A. apiifoliam accedit, situ vero *foliorum caulinorum*, florí quam radici multo propiorum, adeoque *pedunculum* inuolucrantium, A. pratensi analoga. Ab utrâque breuitate et obtusitate lacinularum *folii* discrepat. *Staminum* extimorum rudimenta glandiformia, A. pratensi affinibusque familiaria, quae in albanâ nostrâ desiderat *Cl. Decandolle loc. cit.*, tamen nec huic penitus desunt.

1062. ANEMONE *sylueſtris.*

In campeſtribus Ucraniae et nouae Roſſiae reperitur *varietas* major et grandiflora: *petalis* conſtanter emarginatis 5-7, praeterea a vulgari non diuerſa.

1067. CLEMATIS *orientalis.*

Herba obiter ſpectata glabra apparet, ſed reuerâ *folia* tantum ſupra glabriuscula ſunt, caeterum tenuiſſime tota pubescit. *Caulſulae* pilis albis copioſis hirſutae.

1069. CLEMATIS *Flammula.*

Eandem *foliolis* minoribus ad latera montis Beſchtau legi.

1070*. THALICTRUM *alpinum.*

Th. caule ſimpliciſſimo ſubnudo, racemo ſimplici terminali. *Linn. ed Willd. 2. p. 1295. Flor. dan. t. 11. Smith brit. 1. p. 584. Engl. bot. 262. Lightf. ſcot. p. 286. t. 13. f. 1. Decand. ſyſt. veg. 1. p. 175 et 545. Lam. et Decand. flor. franc. n. 4595. Wahlenb. lapp. n. 279. Steuen in mem. ſoc. nat. cur. mosq. 3. p 264. Pall. it. 3. p. 244.*

Th. montanum minimum praecox, foliis ſplendentibus. *Moris. hiſt. 3. p. 325. ſect. 9. t. 20. f. 14.*

Occurrit in Caucaſi orientalis alpe Schadagh. Floret Junio. ♃

Pro varietate Th. minoris nanâ habet *Haller hiſt. 2. p. 18.*

1071. THALICTRUM *foetidum.*

Synonymon adde: Th. minimum ſaxatile, odore graui, ſemine ſtriato. *Amm. ruth. n. 98.*

Noſtras conuenit cum Th. foetido *Decand. ſyſt. veg. 1. p. 176* foliorum formâ et pube inſigni, ſed cum Th. pubeſcente *Decand. loc. cit.* foliis per totum caulem aequabiliter diſperſis. *Flores* nubiles nutant.

1073*. ADONIS *aeſtiualis.*

A. petalis ſuboctonis obtuſis, fructu oblongo-ouato conferto glabro, feminibus rugoſis, foliorum lacinulis ſubulato-lanceolatis.

A. floribus pentapetalis, fructibus ouatis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1303.*

Inter ſegetes cum inſequente communis. Utraque aeſtate floret. ☉

Calyx nunquam omni villoſitate caret, imprimis baſi, petalis autem manifeſte eſt breuior.

Adonis hortorum *flore* atropurpureo (A. autumnalis *Decand ſyſt. veg. 1. p. 221)* ſpecie ab hâc vix differt, quamuis noſtra vulgo *petalis* pluribus anguſtioribus pallidioribusque gaudeat. Aliam paruifloram *varietatem:* *corollâ* vix magnitudine Ranunculi aruenſis (A. micranthia *Decand. ſyſt. veg. 1. p. 222?)* ex transwolgenſibus habeo, a *Tauſchero* lectam, quae et paruitate *fructus* oligoſpermi discedit.

1074. ADONIS *autumnalis.*

Definiatur: A. petalis octonis obtuſis, fructu cylindrico laxo glabro, feminibus rugoſo-muricatis, foliorum lacinulis ſubulato-lanceolatis.

Differt a praecedente *foliorum* lacinulis quidquam in uniuerſum longioribus; *petalis* anguſtioribus, in ſpontaneâ vulgo vividiore colore ſplendentibus baſi immaculatis; *calyce* baſi magis gibboſo atque detruſo, unde ratione corollae bre-

nior apparet, magis villoſo; *fructibus* ob ſemina minus conferta duplo longioribus: rachi flexuoſâ in conſpectum veniente; *ſeminibus* rugis profundioribus intricatis exaratis veluti muricatis. *Seminum* carina ſupra baſin denticulum exſerit tam in hac quam in praecedente.

De *ſynonymis* inter has affines ſpecies disperſiendis incertus haereo, ad fructus formam, apud *Linnaeum* (quum numerus petalorum minus ſit conſtans) praecipuam diagnoſin conſtituentem, maxime reſpiciendum eſſe ſtatuens. Quare A. autumnalis *Smithii brit. 1. p. 586. Decand. ſyſt. loc. cit.*, cui fructus tribuitur ouatus, mihi potius ad A. aeſtiualem *Linnaei*, et vice verſâ A. aeſtiualis *Smith loc. cit. Decand. ſyſt. 1. p. 223*, fructu duplo longiore gaudens, ad A. autumnalem *Linnaei* referenda eſſe videtur. E *Jacquinianis* A. miniata aeſtiuali, flammea vero autumnali, me quidem judice, potiſſimum reſpondet. E *Decandollianis*, praeter dictas, flaua, microcarpa et citrina aeſtiuali; flammea et forte dentata autumnali videntur accenſendae.

1075. ADONIS *vernalis*.

Synonymon adde: A. foliis radicalibus infimiſue abortiuis ad ſquamas ſubvaginantes reductis, mediis et ſummis ſeſſilibus, carpellis velutinis, petalis 10-12 oblongis ſubdenticulatis. *Decand. ſyſt. veg. 1. p. 224.*

Roſſiae auſtraliori usque in Ucraniam familiaris eſt.

A. apenninam *Linnaei* cum hac ex autopſiâ *herbarii Linnaeani* conjungit *Cl. Decandolle loc. cit.* Sed pro diſtinctâ ſpecie „A. (*Wolgenſi*) foliis radicalibus infimiſue abortiuis ad „ſquamas ſubvaginantes reductis, mediis et ſummis ſeſſilibus, „carpellis ſubuelutinis, calyce extus pubescente, petalis 10-12 „oblongis *p. 545*„ proponit commemoratam a nobis plantam ramoſiorem paruiſloram wolgico-tanaicenſem, cujus ſpecimen

flore adhuc minore, germine basi tantum pubescente ex Podoliâ australi nuper a *Cl. Besserо* accepi. Sed apud me non cessat *varietatis* suspicio, ob notam mihi vulgaris apud nos plantae quoad staturam, ramositatem, folia et florum magnitudinem polymorphiam. *Calycem* villosum et in vulgari semper video.

1075*. RANUNCULUS *ophioglossifolius.*

R. foliis inferioribus petiolatis cordatis obtusis, superioribus oblongis sessilibus, caule (erecto) fistuloso, pedunculis oppositifoliis, carpellis granulato-tuberculosis. *Decand. syst. veg. 1. p. 248 et append. p. 545. flor. franc. 6. suppl. p. 639. Villars delph. 4. p. 732. t. 49.*

R. (*ophioglossoides*) caule simplici erecto, foliis nervosis: inferioribus ovatis subcordatis petiolatis, floralibus sessilibus lanceolatis. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1310.*

R Flammula δ. foliis ovalibus, caule erecto. *Lamarck et Decand. flor. franc. sub n. 4658.*

R. flammeus latifolius, flore minimo. *Buxb. cent. 5. p. 48. app. n. 42? (huc spectare videtur.)*

In Tauriae meridionalis aquosis reperitur. *D. Steuen.* ⊙

Facies R. Flammulae latifolii. *Caules* fistulosi basi procumbunt, immo radiculas haud raro ex inferioribus geniculis agunt. *Folia* infima longe petiolata orbiculato-elliptica, summa elliptico-lanceolata. *Pedunculi* oppositifolii: floriferi folio quidquam breviores. *Pericarpia* parva compresso-globosa, styli basi persistente brevissimâ apiculata, in disco utrinque punctis elevatis sparsis vix nudo oculo usurpandis exasperata.

1080. RANUNCULUS *polyrhizos.*

Synonyma adde: R. foliis glabris: radicalibus petiolatis 3-5-fidis, lobis ovatis integris; caulinis sessilibus in lobos li-

neares integros multipartitis; caule ſubproſtrato 1-3-floro, calyce patente glabro. *Decand. ſyſt. veg. 1. p. 275. Marſch. cent. plant. rar. roſſic. 1. t. 19.*

R. niualis. *Pall. it. 3. p. 653.*

Receptaculum fructus cum *pericarpiis* tenui pubo veſtita.

1081. RANUNCULUS *illyricus.*

Synonymon adde: R. (*ſericeus*) foliis ſericeo-villoſis pinnatis: pinnis lineari-lanceolatis integerrimis, infimis tripartitis, calyce reflexo. *Willd. enum. hort. berol. p. 589.*

Circa urbem Kiew quoque occurrit.

Noſter eſt verus R. illyricus *Linnaei* et *antiquiorum*, icone *Jacquini* optime expreſſus. Quem recenter *Willdenouius* ſub pari nomine propoſuit, is R. monſpeliaci *Linn.* varietas eſt. Conf. *Treuiranus in repert. ſoc. nat. cur. berol. a. 1813. 2. p. 150* et *Decand. ſyſt. veg. 1 p. 259, 260.*

1082. RANUNCULUS *diſſectus.*

Synonymon adde: R. foliis radicalibus ſubpinnatim multipartitis, lobulis linearibus acutis, caulinis in lobos lineares integerrimos partitis, caule erecto 1-2-floro pubeſcente, calycibus hirſutis patentibus. *Decand. ſyſt. veg. 1. p. 282.*

Inuenitur etiam in alpeſtribus Caucaſi orientalis circa Buduch, ex relatione *Steueni in mem. ſoc. nat. cur. moſq. 3. p. 265.*

Florem male comparaui R. acri, eſt enim multo major et R. lanuginoſi flori potius aequiparandus. Caucaſica *planta* omnibus partibus tauricâ magis villoſa eſt atque canescens. Reliquum R. chaerophyllo nimium affinis eſt et forte non vere ſpecie diuerſus, quamuis alpeſtribus adſcriptus radice grumoſâ careat.

1082*. RANUNCULUS *Philonotis*.

R. calycibus hirſutis demum reflexis, foliis ternatis tripartitisque hirſutis: lobis incifo-crenatis ſubtrifidis; caule erecto paniculato multifloro, radice fibroſâ annuâ, pericarpiis margine ſubtuberculatis.

R. calycibus demum reflexis ſetoſis, pedunculis ſulcatis, foliis tripartitis incifo-lobatis hirſutis, fructu ſubgloboſo. *Linn. ed. Willd. 2. p. 1324. Decand. ſyſt. veg. 1. p. 296. Ehrh. catalect. 2. p. 145. Hornem. hort. hafn. a. 1813. p. 527. Lamarck et Decand. flor. franc. n. 4649. Beſſer galic. n. 662.*

R. hirſutus. *Smith brit. p. 592. Curt. lond. Engl. bot. 1504.*

In depreſſis Tauriae ad riuum Tſchorgunam circa Inkiermen nascitur. Floret aeſtate. ⊙

Pericarpiorum ſtylus breuis leuiter reflexo-arcuatus, tubercula margini contigua quandoque obliterata.

1084. RANUNCULUS *polyanthemus*.

Synonyma adde: 'R. foliis 3-5-palmato-partitis incifo-multifidis: lobis ſublinearibus, caule erecto multifloro petiolisque patentim piloſis, pedunculis ſulcatis, calyce hirſuto, fructibus ſubmuticis. *Decand. ſyſt. veg. 1. p. 279. Flor. franc. 6. ſuppl. p. 638. n. 4643a.*

1085. RANUNCULUS *acris*.

Synonymon adde: R. foliis pubescentibus ſubglabrisve palmato-partitis: lobis incifo-dentatis acutis, ſummis linearibus; caule erecto multifloro ſubpubescente, pedunculis tereti-bus, calyce ſubvilloſo, carpellis mucrone ſubrecto terminatis. *Decand. ſyſt. veg. 1. p. 277.*

Dirimit hunc et antecedentem *villoſitas* omnium partium, maxime baſeos caulis petiolorum et calycum in acri longe minor; *pedunculi* ejus teretes et *flores* minores. *Styli* fructus mihi in utroque parui ſubarcuati apparuere.

1086. RANUNCULUS *nemoroſus*.

R foliis radicalibus ultra medium 3-5-fidis: lobis cuneiformibus trifidis, lobulis apice dentatis, caule erecto petiolisque patentim piloſis, pedunculis ſulcatis, carpellis ſtylo uncinatis. *Decand. ſyſt. veg.* 1. *p.* 380.

R. lanuginoſus. *Flor. taur. cauc. n.* 1086. (*excluſâ varietate β et ſynonymis praeter Pallaſii et Hablitzii.*)

Cum R. polyanthemo potiſſimum *pedunculis* ſulcatis conuenit, caeterum R. lanuginoſo propior, cujus ſpecimina germanica et ſimillima ſibirica coram habeo, *foliis* quoque minus diſſectis discrepantia. Habet ſe R. polyanthemus ad R. acrem, ſicut R. lanuginoſus ad R. nemoroſum.

1086*. RANUNCULUS *oreophilus*.

R. foliis radicalibus tripartitis: lobis ſubtrilobis inciſis acutis hirſutis, caulinis digitato partitis: lobis ſubintegerrimis; caule ſubunifloro undique calyceque patente hirſutis.

R. lanuginoſus β. *Flor. taur. cauc. ſub n.* 1086.

Crescit in montibus altioribus Tauriae Caucaſique orientalis, in Sibiriâ quoque occurrens. Floret aeſtate. 2

Similis quoad *ſtaturam* et *habitum* R. montano et praeſertim R. Villarſii *Decand.* ſed totus hirſutus, multo attamen minus quam R. lanuginoſus: *pilis* baseos caulis petiolorumque copioſis patentibus ſubreuerſis, foliorum et pedunculorum adpreſſis. *Radix* ex fibris plurimis fasciculatis compacta. *Caulis* baſi leuiter ſulcatus, apice teres. *Folia radicalia* longe petio-

lata tripartita seu triloba incisa: lateralibus subbilobis, intermedio vix productiore; *caulina* 1-3 alterna multo minora subsessilia, in lobos nonnullos oblongos linearesue saepius integerrimos dissecta. *Flos* R. lanuginosi terminalis solitarius, accedente rarius altero laterali ex summi folii axillâ. *Stylus* uncatus ut in R. lanuginoso.

R. Villarsii *Decand. syst. veg. 1. p. 276* videtur inter nostrum et R. *montanum medius*, sed *nostro propior*, qui *nimis* affinis est R. nemoroso *β* pauciflоro *Decand. loc. cit. p. 280*, tamen pedunculis teretibus discrepans.

1087. RANUNCULUS *caucasicus*.

Synonymon adde: R. foliis radicalibus longe petiolatis subpubescentibus tripartitis: lobis trifidis inciso-serratis, caulinis petiolatis trisectis, summorum lobis linearibus, caule erecto ad collum fibrilloso, pedicellis teretibus, calyce patente. *Decand. syst. veg. 1. p. 279.*

Crescit etiam in alpestribus Caucasi orientalis ad torrentem Chodjal, teste *Steveno in mem. soc. nat. cur. mosq. 3. p. 265;* nec Tauriae montibus altis peregrinus est.

Male et hunc R. acri aequiparaui; noster enim *foliorum* Trollii europaei foliis non absimilium formâ. eorumque lobis serraturis copiosis argutioribus munitis, *floribus* majoribus, et *pilis* sericeis mollibus quibus junior totus subcanescit, tam ab acri quam ab ejus affinibus diuersissimus est. Aetate villositatem exuit et laete viridis atque nitidulus euadit *Pericarpia* laeuia, ut in proxime praecedentibus, acumine uncinato breuiore quam in R. lanuginoso et nemoroso.

1088. RANUNCULUS *oxyspermus*.

Synonyma adde: R. foliis villosis: radicalibus petiolatis ouatis tripartito-incisis dentatis, floralibus tripartitis: lobis

elongatis apice dentatis, caule erecto patule villoso dichotomo, calyce reflexo, carpellis muricatis ariſtatis. *Decand. ſyſt. veg. 1. p. 258. Treuiranus in repert. ſoc. nat. cur. berol. a. 1813. 2. p. 150. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 48. Hoffm. hort. moſq. a. 1808. n. 2650.*

Affinitate naturali conjungitur cum R. monſpeliaco, cui omnium proximus eſt.

1089. RANUNCULUS *aruenſis.*

Definiatur: R. pericarpiis aculeatis: aculeis marginalibus majoribus bifariis, foliis glabris: ſuperioribus tripartito-decompoſitis: laciniis linearibus.

Synonyma adde: *Smith brit. p. 594. Decand. ſyſt. veg. 1. p. 297. Lamarck et Decand. flor. franc. n. 4652. Scop. carn. ed. 2. n. 693.*

1089*. RANUNCULUS *tuberculatus.*

R. pericarpiis muricato-aculeatis: aculeis abbreuiatis, marginalibus diſcique aequalibus; foliis glabris, ſuperioribus tripartito-decompoſitis: laciniis linearibus.

R. foliis glabris inciſo-multifidis: lobis linearibus acutis, caule erecto multifloro, carpellis compreſſis utrinque tubercula obtuſiſſima gerentibus. *Decand. ſyſt. veg. 1. p. 297.*

In Iberiâ, nec non in Tauriâ meridionali reperitur. ⊙

Ita omnimode ſimilis eſt praecedenti, ut pro *varietate* habuiſſem, niſi culturâ ſibi conſtare videretur. Sed cultum vidi, in horto Pawlowskiano, non ex ſeminibus noſtratibus, verum ex miſſis Landishuto a Schulteſio. Huic *flores* erant R. aruenſi minores, qui in noſtro aruenſi magnitudine non cedunt. Siſtit ſub R. aruenſi fructum diſco tantum muricatum *icon flor. dan. t. 219;* an igitur de merâ varietate ſermo eſt?

1090. RANUNCULUS *muricatus.*

Semina margine inermia: disco toto aculeis aduncis obsito, acumine falcato ipsorum fere longitudine.

Perpusillam *varietatem* versus Cyri ostia, circa oppidum Sallian lectam habeo.

1092. RANUNCULUS *testiculatus.*

R. lanuginoso-villosus, foliis compositis: laciniis linearibus, scapis unifloris; pericarpiis obtuse-bilobis, acumine subulato rectiusculo duplo brevioribus.

R. testiculatus. *Cranz. austr. 2. p. 97.*

R. falcatus. *Flor. taur. cauc. n. 1092. (exclusis synonymis, praeter Jacquinum, Falckium et Pallasium.) Besser galic. n. 668.*

R. paruulus. *S. G. Gmel. it. 2. p. 196.* (*non Linnaei.*)

R. noua species paruulo affinis, foliis multifidis. *S. G. Gmel. it. 1. p. 65 et praefat. p. VI.*

R. pygmaeus. *Güldenst. it. 1. p. XII, 193.*

Ceratocephalus (*orthoceras*) pericarpiorum cornubus rectis. *Decand. syst. veget. 1. p. 231.*

Ceratocephalus falcatus rostratus. *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 48.*

Affinis quidem, sed sufficientibus notis distinctus est a R. falcato *Linnaei* Europae occidentalis australioris incolâ, qui *definiatur:* „R. lanuginoso-villosus, foliis compositis: laciniis „lineari-falcatis, scapis unifloris, pericarpiis obtuse bilobis, acu„mine falcato mucronato multoties brevioribus.„

1093. RANUNCULUS *aquatilis.*

Synonymon adde: R. (*pantothrix*) caule natante, foliis omnibus capillaceo-multifidis, petalis obouatis calyce majoribus, carpellis glabris. *Decand. syst. veg. 1. p. 235.*

Folia omnia multifido-capillaria, circumscriptione subrotunda. *Receptaculum fructus* pilis insperſum. *Pericarpia* nuda, ad lentem praesertim rugulosa. *Varietatem* ex Tauriâ habeo *floribus* et *fructibus* duplo majoribus, his cum *stipulis* petiolaribus pilis raris incumbentibus albis caducis obscure pubescentibus. An distincta species?

1095. TROLLIUS *patulus.*

Tr. corollâ 5-8-petalâ patente, nectariis longitudine staminum.

Tr. sepalis 5 patentibus, petalis 1-5 stamina aequantibus. *Decand syst. veg. 1. p. 313.*

β. Tr. (*caucasicus*) corollâ patulâ, nectariis staminibus breuioribus. *Steuen in mem. soc. nat cur. mosq. 3. p. 265.*

Helleborus ranunculinus. *Flor. taur. cauc. n. 1095.* (*cum synonymis.*)

Est verus Trollius, nec Helleborus, conueniens *corollâ* cum Tr. asiatico, *nectariis* cum Tr. europaeo; haec sicut in europaeo secundum aetatem proportione ad stamina quidquam variant, vulgo tamen eorum longitudine sunt. Tr. caucasicum *Steueni,* per Caucasi orientalis alpestria obuium et recenter circa acidulas Nartsanenses quoque obseruatum, specie non differre ab Helleboro ranunculino *Smithii* testantur specimina caucasica mihi ab *amic. Steueno* communicata; major tantum est plantâ alpium Iberiae, quam olim descripsi, interdum Tr. europaeo altitudine vix cedens.

DIDYNAMIA.

GYMNOSPERMIA.

1100. AJUGA *alpina.*

Noſtra mera eſt A. geneuenſis *varietas*, nec A. alpina *Linn.*, quae A. reptanti ſimilis et parum pubescens, *bracteis* rotundatis ſubintegerrimis inſtruitur. Excludatur ergo e ſpecierum noſtratium cenſu. Nec de A. pyramidalis noſtratis diſcrimine ab A. geneuenſi certus ſum. Conferantur de his *Sternb. et Hoppe in mem. ſoc. bot. ratisb. a. 1818. p. 115-120.*

1104. AJUGA *ſalicifolia.*

Definiatur: A. foliis lanceolato-ellipticis obtuſiuſculis ſubintegerrimis, calycibus ſolitariis oppoſitis oblongis corollae tubo vix duplo breuioribus, caulibus ſimplicibus diffuſis.

1104*. AJUGA *oblongata.*

A. foliis oblongo-ellipticis obtuſiuſculis integerrimis, calycibus ſolitariis oppoſitis ſubrotundo-ouatis corollae tubo triplo breuioribus, caulibus ramoſis adſcendentibus.

A. ſalicifolia. *Steuen in mem. ſoc. nat. cur. mosq. 3. p. 265.*

Habitat in ſabuloſis ad Cyrum inferiorem, circa oſtia riui Muſſa, etiam circa Sallian lecta. Floret Julio. ☉

Affinis maxime A. falicifoliae, pilis rigidioribus patentioribus undique magis hifpida. *Caulis* ramis oppofitis longis plerumque paniculatus. *Folia* minora confertiora, bafi minus attenuata. *Calyx* multo breuior: tubo longitudine dentium piloſiſſimorum, quorum ſupremus, ſicut in A. falicifoliâ abbreuiatus eſt. *Corolla* pubescens formâ coloreque A. falicifoliae. *Semina* Chamaepyteos feminibus ſimilia paullo minora, rugulofa cinerea.

1106. TEUCRIUM *Laxmanni.*

Habitu toto cum duabus praecedentibus quidem conuenit, attamen Ajugis aſſociari nequit; quum *corollae tubus* ſuperne angulo acutiſſimo hiet ut in Teucriis: *labelli ſuperioris* rudimento Ajugis ſolenni penitus deficiente.

1110. TEUCRIUM *montanum.*

Synonymon Cluſii mihi modo ad T. Polii varietatem minorem atque paruifoliam referendum eſſe videtur; huc vero potius ſpectare Polium montanum octauum *ejusdem l. c. p. 363;* ad affine T. ſupinum autem Polium montanum ſeptimum *loc. cit.*

1111. TEUCRIUM *Polium.*

Pro loci natalis ratione, *habitu* altiore rectiore, vel humili atque diſtorto; *foliis* latioribus anguſtioribusue, et magnitudine *paniculae* capitatae quam maxime variat; inter quas *varietates* nullos prorſus limites inuenio. *Corolla* omnium varietatum alba, *calyx* niueo-tomentoſus.

1114. HYSSOPUS *anguſtifolius.*

Synonyma adde: *Treuiranus in repert. ſoc. nat. cur. berol. a. 1813. 2. p. 150.*

H. (*orientalis*) floribus verticillatis racemosis secundis, calycis dentibus patulis inaequalibus, laciniâ corollae intermediâ bilobâ integerrimâ, foliis lineari-lanceolatis *Willd. enum. hort. berol. p. 600. Hoffm. hort. mosq. a. 1808. n. 1711. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 22. Besser catal. hort. crem. a. 1816. p. 72.*

H. (*orientalis*) floribus axillaribus longe pedunculatis secundis binis ternisve, laciniâ corollae intermediâ reniformi integrâ, foliis inferioribus lanceolatis dentatis: superioribus linearibus, omnibus punctatis carnosis. *Schultes obs. p. 105.*

Folia infima, ea scilicet, quae ex gemmis baseos caulium supra radicem diutius persistentium atque lignescentium oriuntur, lanâ niveâ vagâ pubescere et crenato-undulata esse nuper etiam in culto observavi.

1116. NEPETA *Mussini.*

Synonyma adde: *Schultes. obs. p. 106. Aiton hew. ed. 2. P. 3. p. 379. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 22. Besser catal. hort. cremen. a. 1816. p. 91.*

N. Willdenouiana Adami. *Hoffm. hort. mosq. a. 1808. n. 2178.*

N. saluiaefolia. *Persoon enchirid. 2, p. 115. (determinato ad plantas horti parisini, ex seminibus a me communicatis enatas.)*

N. longiflora. *Botan. magaz. 923. (ex auctorit. hort. kew. loc. cit.)*

Vix *differt* a N. longiflorâ, quâcum conjungunt *Willd. enum. hort. berol. p. 601 et Hoffm. loc. cit.; distincta* vero a nostrâ videtur „N. (*Mussini*) verticillis paucifloris, foliis „subrotundo-cordatis obtusissimis crenatis petiolatis: superiori„bus medio subsinuatis *Hornem hort. hafn. a. 1813. p. 542*„; quamuis enim nostra culta *foliis inferioribus* profundius gros-

fusque crenatis variet, semper tamen *folia superiora* aequaliter minutim crenata habet. Anne planta Hornemanni potius ad subsequentem spectat?

1116*. NEPETA *supina*.

N. verticillis subsessilibus approximatis, bracteis subulatis calycem subaequantibus, foliis ovalibus subcordatis sessilibus villosis, caule decumbente. *Steuen in mem. soc. nat. mosq. 3. p. 265.*

Habitat in lapidosis ad torrentem Chodjal Caucasi orientalis ♃

Verticillis terminalibus capitatis ab affinibus dignoscitur. *Steuen loc. cit.*

Planta mihi ex specimine sicco *Steueniano* tantum nota, praecedenti affinis, spontanea quoque minus canescens. *Folia* non quidem penitus sessilia, sed breuissime petiolata, superiora quoque crenis paucioribus majoribus magisque inaequalibus incisa. *Verticilli* in meo specimine omnes terminales capitato-aggregati. *Corolla* tubo longo gracili, fauce amplâ cum praecedente conuenit.

1117. NEPETA *serpyllifolia*.

Synonyma adde: *Marsch. cent. plant. rar. rossic. 1. t. 28. Besser cat. hort. cremenec. a. 1816. p. 91.*

In saxosis cretaceis Tauriae variis locis, copiosius circa Bachtschisarai, passim quoque circa Symphieropolin occurrit.

Congener et valde affinis N. marisoliae *Cauanillesii*, quae Thymus creticus *Florae francicae*. *Differt* praecipue cymis axillaribus magis compositis laxioribus paniculatis, nec subtrifloris folium vix aequantibus longe racemosis.

1118. NEPETA *incana.*

Pro meris hujus *varietatibus* habeo

„N. (*cyaneam*) cymis paucifloris, pedunculo foliis longiore, calyce villoso, foliis petiolatis ouatis basi cuneatis „utrinque tomentoso-canis *Steuen in mem. soc. nat. cur. „mosq. 3. p. 265„*, in Caucasi orientalis glareosis ad torrentem Chodjal nascentem: ex autopsiâ plantae siccae *Steueniae*; porro

„N. (*acinifoliam*) totam incanam, cymis subverticillatis „nudiusculis, foliis petiolatis ouatis dentatis *Sprengel pugill. „I. p. 41. n. 73„*. Sed N. incana a *Sprengelio loc. cit.* commemorata ad N. teucrioiden *Lamarckii*, distinctam, ut olim monui, a nostrâ plantam spectare videtur.

1119. NEPETA *paruiflora.*

Synonymon adde: *Besser cat. hort. cremenec. a. 1816. p. 91.*

In campestribus Borysthenis vicinis, circa Cherson et Nikolaef passim quoque obvia, nec Iberiae peregrina est.

Verum hujus a N. sibiricâ discrimen ulteriori indiget per culturam comprobatione.

1122. NEPETA *grandiflora.*

Synonyma adde: *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 22. Besser catal. hort. cremenec. a. 1816. p. 90.*

N. (*colorata*) cymis pedunculatis racemosis, calycibus cylindraceis pubescentibus, labio corollae superiore plano: inferioris laciniâ mediâ planâ basi barbatâ, foliis oblongis cordatis serratis, subtus incanis rugoso-venosis. *Willd. enum. hort. berol. p. 601.*

N. meliſſaefolia. *Perſoon enchirid. 2. p. 115. (determinata ad plantas enatas ex ſeminibus, a me ſub hoc nomine horto pariſino communicatis.) Schultes obs. p. 106. (non Lamarckii et Willdenouii.)*

N. lamiifolia Adami. *Hoffm. hort. moſq. a. 1808. n. 2169.*

Folia tantum jnniora, antequam in juſtam magnitudinem explicantur, ſubtus rugoſa ſunt atque incana; adeoque hic caracter *Willdenouii loc. cit.* definitionem ſpeciei non debuiſſet intrare.

1123*. SIDERITIS *calycantha.*

S. herbacea, foliis lanceolatis integerrimis lineatis fericeo-tomentoſis, bracteis lanceolatis acuminatis reflexis, calycibus hirſutis: dentibus acuminatiſſimis tubo longioribus corollam ſuperantibus.

S. parua, floribus purpureis. *Buxb. cent. 5. p. 32. t. 61. f. 1.*

Stachys (*lauandulifolia*) verticillis ſexfloris hirſutiſſimis, foliis lanceolatis integerrimis lineatis. *Vahl ſymb. 1. p. 42. Linn. ed. Willd. 3. p. 103.*

Zietenia orientalis. *Gleditſch in act. berol. a. 1766. p. 3. Perſoon enchirid. 2. p. 125.*

Galeopſis orientalis Lauandulae folio, calyce villoſiſſimo. *Tournef. cor. p. 11.*

Agri Tiflifienſis incola eſt. ♃

Caules ex *radice* perenni nonnulli rectaſcendentes ſimplices circiter palmares villis albis longis copioſis hirſuti, ad perbreue a radice interuallum verticillatim floriferi. *Folia* circiter biuncialia ad radicem faſciculata, anguſte lanceolata, baſi anguſtata, acutiuscula integerrima nermoſo-lineata, utrin-

que pube molli fericeâ candicantia. *Verticilli* longâ ferie approximati fexflori hirſuti. *Bracteae* lanceolatae acutae muticae foliis latiores, circiter longitudine verticillorum reflexae; ſupra parum pubescentes luteo-virides, ſummae interdum purpurascentes, ſubtus hirſutae, neruoſo-lineatae. *Flores* ſeſſiles. *Calyx* magnus corollâ amplior pilis albis elongatis mollibus hirſutiſſimus: dentibus tubo longioribus ſubaequalibus ſubulatis exquiſite acuminatis diuaricato-patentibus, apicem verſus ſubcoloratis mucronato-ſubpungentibus. *Corolla* calyce breuior purpurea extus pubescens: *tubo* ſubcylindrico calycis tubum ſubaequante; *limbo* tubo paullo longiore: labio ſuperiore rectiusculo indiuiſo obtuſo; inferiore paullo longiore trilobo: lobis obtuſis, medio latiore rotundato. *Genitalia* corollâ breuiora. *Stylus* filiformis *ſtaminibus* paullo longior. *Stigma* minutum generis.

1124. SIDERITIS *taurica.*

Synonyma adde: *Marſch. cent. plant. rar. roſſic. 1. t. 39. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 23. Beſſer catal. hort. crem. a. 1816. p. 131.*

1128. MENTHA *aruenſis.*

Definiatur: M. floribus verticillatis, foliis ouatis acutis ſerratis petiolatis ſubuilloſis, calycibus campanulato-ouatis hirſutis: dentibus triangularibus breuibus, pedicellis glabriuſculis, corollis obtuſis.

Synonyma adde: M. floribus verticillatis. caule adſcendente villoſo, foliis ouatis acutis ſerratis ſubuilloſis, calycibus tubuloſo-campanulatis villoſis: dentibus ouatis ſubacutis. *Beſſer galic. n. 696. Gort. ingr. p. 92. Sobolewski petrop. p. 382.*

Planta agri Petropolitani parcitate hirſutiei in *caule* atque *foliis*, his anguſtioribus utrinque magis attenuatis, *ſtaminibus* conſtanter corollam ſuperantibus inſignis eſt.

1128*. MENTHA *auſtriaca*:

M. floribus verticillatis, foliis cordato-ouatis acutis ferratis petiolatis hirtis, calycibus oblongis hirſutis: dentibus lanceolato-ſubulatis, pedicellis pubescentibus, corollis obtuſis.

M. floribus verticillatis, caule adſcendente, foliis ouatis acutis ferratis, calycum dentibus lanceolato-ſubulatis, ſtaminibus corollâ breuioribus. *Beſſer galic. n. 687. Jacq. auſtr. 5. p. 81. t. 430.*

M. floribus verticillatis, corollae laciniis omnibus obtuſis, foliis ſubouatis villoſis, ſtaminibus corollâ breuioribus. *Linn. ſyſt. veget. ed. Murray p. 533. ſpec. ed. Wilid. 3. p. 81.*

Legi in glareoſis ad riuum Podkumok Caucaſi ſeptentrionalis, prope caſtellum Georgopolitanum. Floret aeſtate. 2

Hirſuties omnium partium etiam *pedicellorum* major in uniuerſum quam in praecedente, *folia* baſi latiora argutius ſerrata. *Corollae* laciniae omnes obtuſae: ſummâ ſubemarginatâ in hac et in praecedente.

Praecipua hujus a praecedente *diagnoſis* a *calycis* conformatione repetenda eſſe videtur, quam plurimi neglexere, nec *ſynonymia* extricatu difficillima; nec adeo de vero inter utramque diſcrimine penitus mihi quidem liquet; etenim *Jacquino* et ſecundum eum *Murrayo*, immo ipſi *Hallero*, variabilis in Menthis (ut recentiores demum euicere obſeruationes) *ſtaminum* ad *corollam* ratio, hisce diſtinguendis anſam potiſſimam praebuiſſe euidens eſt. Equidem, *inuentoris Jacquini* verbis inhaerens, conſententiente *Cl. Beſſero*, hirſutiorem *plantam* *ſtaminumque* longitudine minus variantem, ſcili-

cet utplurimum *ſtaminibus corollâ* breuioribus praeditam (quae et *calyce* anguſtiore eſt) pro M. auſtriacâ reputo, ad quam, ſi dictas reſpicias notas, pertinere videtur: Mentha *Halleri n. 223*, M. aruenſis. *Willd. enum. hort. berol p. 611, Wahlenb. carpat. n. 574;* et vice verſâ M. aruenſem ſpectare: M. auſtriaca. *Willd. loc. cit. Wahlenb. carpat. n. 575.* De Menthâ *Halleri n. 224*, quid ſtatuam nescio, quum glabriorem eſſe ſtaminibusque eminentibus praeditam ſimulque dentibus calycis longioribus inſtrui afferat auctor.

1129. MENTHA *Pulegium.*

Taurica *planta* discrepat a vulgari, quam in Beſſarabiâ ad Tyram legi quamque exprimit *Botan. magaz. 1026, hirſutie* caulium atque foliorum inſigniore, *foliis* etiam inferioribus ſubrotundo-nec oblongo-ouatis; denique *calyce* toto villoſo: dentibus ciliatis, nec tenuiſſime pubescente: dentibus ſolis elongato-ciliatis. *Specie* attamen non audeo ſeparare.

1131. LAMIUM *maculatum.*

Caulis pilis ſparſis raris reuerſis hirtus. *Folia* obtuſe crenato-ſerrata: ſerraturâ extimâ majore elongatâ etiam obtuſâ, parum piloſa. *Calycis tubus* glabriuſculus; *dentes* ipſo longiores tubum corollae ſubaequantes, pilis ſparſis ad angulum acutum patuliſ aſperi. *Corolla* extus hirſuta: dentibus faucis utrinque duobus ſubulatis, inferiore minimo.

1133*. LAMIUM *tomentoſum.*

L. foliis ſubrotundo-cordatis obtuſe dentatis utrinque tomentoſis, (calycibus lanatis.) *Linn. ed. Willd. 3. p. 90. Steuen in mem. ſoc. nat. cur. moſq. 3. p. 266.*

L. orientale incanum flore albo, cum labio ſuperiore crenato. *Tournef. cor. p. 11.*

Crescit in lapidosis alpinis versus fontes torrentis Chodjal ditionis Kubensis Caucasi orientalis. Floret Junio. ♃

Planta parua, *caule* palmari declinato. *Tomentum* totius plantae molle constat ex villis copiosis breuibus haud puro albis, qui in calycibus densiores longioresque lanae speciem referunt. *Petioli* breues. *Calycis* dentes vix tubi longitudine. *Corolla* magnitudine L. albi extus hirsuta: *tubo* calyce quidquam longiore, *fauce* utrinque dente setaceo, *galeâ* obscure undulato-crenatâ.

1134*. GALEOPSIS *Ladanum.*

G. caule geniculis subaequalibus superne ramisque glanduloso-villosis, calycibus villosis mucronato-pungentibus tubo corollae duplo breuioribus, bracteis subulatis subreflexis, foliis remote serratis utrinque viridibus: floralibus lanceolatis circumserratis.

G. Ladanum. *Besser galic. n. 704. (ex autopsiâ plantae auctoris.)*

G. grandiflora. *Flor. taur. cauc. app. 2. p. 461. n. 2007. (exclusis synonymis.)*

Frequens per Rossiam mediam, circa Charkoviam et alibi in ruderatis, ad vias; nec non in Poloniâ australiore.

Alia est per australiorem Germaniam inter segetes vulgata, quam etiam pro G. Ladano ex agro Goettingensi siccam habeo, mihi vero in Rossiâ nondum visa „G. *(canescens)* caule „geniculis incrassatis superne, ramis calycibusque mucronato-„pungentibus corollâ duplo breuioribus villoso-canescentibus, „bracteis subulatis reuolutis, foliis remote serratis subtus villoso-canescentibus: floralibus lineari-lanceolatis ultra medium „serratis integerrimisue.„ Hanc respicit G. canescens *Schultes obs. p. 108.* Reliquam *synonymiam* harum plantarum hucusque sub G. Ladano confusarum haud adgredior. *Prior* tota

viret, *caules* habet fpadiceo-purpureos ad genicula vix incraffatos, *ramos* ad angulum acutum furfum porrectos fuperne villis patulis glandulà nigricante capitatis copiofis pubescentes; *folia* latiora utrinque viridia floralia quoque fere ad baffin usque ferraturis remotis inftructa, *bracteas* breuiores minus reuoluto-patentes; *poſterior caule* inftruitur minus rubicundo: ad genicula ramorumque infertionem roſeo, ibique manifeſte ita incraſſato ut et fubjecta folia retroflectantur, fuperne villis fimplicibus canescente, inter quos rarius aliqui apparent glanduliferi; *ramis* ad angulum rectum e caule egredientibus furfumque valde arcuatis; *foliis* in uniuerfum anguſtioribus fubtus incano-villoſis: rameis fupra medium tantum remote ferratis, fuperioribus lineari-lanceolatis integerrimis. Quoad *inflorescentiam* atque *flores* nullum inter utramque notabile discrimen inuenio.

1136. BETONICA *officinalis.*

Calyx undique villoſus; anne igitur potius B. ſtricta *Aitoni?*

1136*. BETONICA *hirſuta.*

B. ſpicâ oblongâ baſi folioſâ, bracteis ſubulato-lanceolatis mucronatis calycem prismaticum aequantibus, corollae galeâ integrâ, foliis cordato-oblongis villoſis.

B. ſpicâ baſi folioſâ, corollis galeâ integrâ. *Murray in Comment. goetting. a 1779. 2. p. 13. t. 3. Linn. ed. Willd. 3. p. 95. Schultes obſ. p. 109. Lamarck et Decand. flor. franc. n. 2563.*

Occurrit in Iberiâ, in montoſis ſupra Tiflin. *D. Wilhelms in herb. gorenkenſi.* ♃

Dignoscitur facile a priore *foliis* majoribus: crenis grofioribus, *floribus* majoribus: *calycibus* longius tubuloſis.

1136**. BETONICA *niuea*.

B. verticillis basi foliatis sessilibus: summis approximatis, foliis linear-oblongis villosis subtus nineo-tomentosis. *Steuen in mem. soc. nat. cur. mosq. 3. p. 266.*

B. species noua floribus magnis purpureis. *Steuen loc. cit. p. 246.*

B orientalis Sideritidis facie, flore purpureo et flore dilutissime purpurascente. *Tournef. cor. p. 13?*

Habitat in Caucasi orientalis lapidosis: α flore roseo, circa thermas Dschimi!; β flore ochroleuco, circa pagum Chinalug. Floret Junio. ♃.

Planta elegantissima magnitudine et floribus B. grandiflorae. *Caulis* adscendens pedalis obtuse quadrangulus albo-villosus, superne tomentosus. *Folia* angusta aequaliter grosse obtuse serrata, quoad formam proxime ad B. hirsutae folia accedentia, supra villosa viridia rugosa, subtus tomento nineo mollissimo vestita; *radicalia* et *caulina* inferiora longe petiolata basi inaequaliter cordata, *floralia* summa in petiolum attenuata. *Bracteae* lanceolatae, villis incumbentibus mollibus albis sublanatae. *Calyx* lanuginoso-villosus: dentibus lanceolatis acutis inermibus. *Corolla* magna villosa: *tubo* curuulo calyce paullo longiore, *galeâ* latâ rotundatâ integrâ. *labio* galeâ paullo longiore trilobo: intermediâ latâ emarginatâ.

1137. BETONICA *grandiflora*.

Synonyma adde: *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 23. Hoffm. hort. mosq. a. 1808. n. 489.*

Clinopodium grandiflorum. *Güldenst. it. 1. p. 424, 426, 429.*

Galeopsis major corium moschiferum redolens *Buxb. cent. 1. p. 4. t. 7*, quoad iconem ita nostrae conuenit, ut de

identitate nullus dubitarem, ſi vel minimum Corii roſſici odorem noſtra ſpiraret. Licet ſuſpicari *Buxbaumianam* plantam, fortaſſis ſiccam inter chartam, perenni hocce odore per accidens fuiſſe imbutam.

In montibus herboſis circa Gandſcham etiam crescit teſte *Steueno in mem. ſoc. nat. cur. moſq. 3. p. 249.*

1145. STACHYS *iberica.*

Memorabilem *varietatem* valde ramoſam: *corollâ* ochroleucâ, galeâ carneâ: margine baseos ut in St. rectâ utrinque purpureo, labio purpureo-punctato in Tauriâ maxime meridionali e. g. in ipſo horto Nikitenſi ſpontaneam nuper inueni. *Corollae galea* et *labii* lacinia media quandoque emarginatae ſunt.

Praeter olim indicata discrimina a St. rectâ ſequentia addo: *Caules* vulgo ramoſiores baſi magis declinati. *Pubes* omnium partium magis ſericea. *Folia* breuiora: crenâ terminali mojore ſemper apice rotundatâ, nec lanceolatâ immo mucronatâ. *Calycini* dentes tubo quidquam breuiores, nec ejus longitudine. *Corollae rictus* minus amplus, *Galea* breuior labio, nec ejus longitudine. *Labii* lacinia media minus prominula, quae lateralibus duplo longior in St. rectâ.

St. arenaria *Vahlii*, noſtrae, ut ex cultâ perſpicio, nimis affinis ulterius comparanda eſt et juſta *diagnoſis* ſtabilienda.

1148. MARRUBIUM *aſtracanicum.*

Ad latera collis thermas Conſtantinomontanas fundentis obuium, in Caucaſo orientali ad latera torrentis Chodjal etiam reperitur, ſecundum *Steuen in mem. ſoc. nat. cur. mosq. 3. p. 266.*

Pili ad faucem *calycis* ita rari, ut feminiferum non claudant.

1149. MARRUBIUM *catariaefolium*.

Pili ad faucem *calycis* copioſi, comiuentes feminiferum penitus claudunt.

1151. MARRUBIUM *vulgare*.

Varietatem ex Iberiâ habeo *caule* et *foliorum* paginâ inferiore lanâ minus floccoſâ veſtitis, aequabilius canescentibus; unco dentium *calycinorum* arcuato non reuoluto.

Huc conferatur M. affine *Hornem. hort. hafn. a. 1813. p. 556*, quod ex horto gorenkenſi pro M. aſtracanico ſeſe obtinuiſſe auctor teſtatur; mihi alioquin ignota planta, nec in *Catologo horti gorenkenſis nouiſſimo* recenſita.

1155. PHLOMIS *pungens*.

Hirſuties omnium partium, ipſius adeo *corollae* componitur ex pilis ſtellatis variae magnitudinis, tam in hâc, quam in affini Phl. Herbâ venti.

1160. THYMUS *collinus*.

Th. floribus laxe verticillato-capitatis, calycis limbo concolore, foliis ellipticis glabriuſculis baſi ſubciliatis, caule undique hirto.

Th. Serpyllum. *Flor. taur. cauc. n. 1160.* (*excluſis ſynonymis.*)

Foliorum formâ admodum variat, ſic in Iberiâ mediâ circa Tiflin latifolius habitu Th. montani, porro longifolius

habitu varietatis platyphyllae Th. anguſtifolii in Taurià et paſſim per Roſſiam auſtraliorem occurrit, qualem et in Podoliâ olim legi. Omnium varietatum *cauliculi* leuiter pubescunt, *pedicelli* longiusculi, *flores* majusculi, *calyces* virides magis minusue hirti, *ſtamina* circiter corollae longitudine

Ad longifoliam varietatem accedit indigenus Galiciae Th. hirſutus *Beſſeri*, mihi a *Cl. auctore* communicatus, qui vero caule foliisque undique villis copioſis albis obſitis a noſtro differt.

Diſtinctae, me quidem judice, ſpecies ſunt, intra Florae noſtrae limites hactenus non repertae:

* THYMUS *Serpyllum.*

Th. floribus glomerato-capitatis, calycis limbo discolore, foliis ouatis obtuſis glabriusculis baſi ſubciliatis, caule angulis hirto.

Th. floribus capitatis, caulibus repentibus quadrifariam pubescentibus, foliis planis ouatibus obtuſis baſi ciliatis. *Wahlenb. carpat. n. 597. Flor. dan. t. 1165. Smith brit. p. 640. Curt. lond. Poll. pall. n. 574.*

Serpyllum vulgare minus. *C. Bauh. pin. p. 220.*

Serpyllum vulgare repens. *Clus. hiſt. 1. p. 359.*

Serpyllum VI et VII minus. *Tabern. Kraeuterb. p. 748.*

Hoc eſt Serpyllum Europae occidentali mediae maxime familiare. *Cauliculi* tenues debiles cespititii. *Folia* rotunda parua. *Capitula* parua compacta. *Calycis* limbus ſpadicco-purpureus. Tale habeo ex agro Goettingenſi, idemque legi in Poloniâ auſtraliore, ubi *varietas* occurrit elatior facie inſequentis.

** THYMUS *montanus.*

Th. florum paniculâ verticillatâ oblongâ, calycis limbo concolore, foliis fubrotundo-ouatis glabris, caule angulis hirto.

Th. fuffruticofus, floribus verticillato-fpicatis: fpicis oblíquis, pedunculis unifloris, foliis ouato-obtufis integerrimis. *Waldft. et Kit. rar. hung. 1. t. 71. Perfoon enchirid. 2. p. 130. Schultes obf. p. 857.*

Serpyllum pannonicum primum. *Clus. hift. 1. p. 360.*

1164. THYMUS *nummularius.*

Definitur: Th. floribus laxe verticillato-capitatis, calycis limbo concolore, foliis fubrotundo-ouatis pilofis: inferioribus fubcordatis, caulibus pilofis, farmentis repentibus longiffimis.

Synonyma adde: *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 24.*

Th. lanuginofus. *Rochel faſc. plant. pannon.* (*varietas hirſutior, ſecundum ſpecimina ab auctore communicata.*)

Th. orientalis Majoranae foliis. *Tournef. cor. p. 12?*

Hirſutie *foliorum* maxime quidem variat, ſed pili ſubtus ad coſtam et nervos principales ſparſi ne quidem in glabrioribus deſiderantur *Calycis* labium ſuperius oblongo-rectangulum: dentibus triangulari-ſubulatis ſubaequalibus in hoc et in ſupra recenſitis affinibus. *Calix* fructifer ſaepe purpurascit, neque vero omni aetate limbo discolore gaudet, ut in Serpyllo.

1162. THYMUS *Marſchallianus.*

Th racemis verticillatis hirſutis, calycis labio ſuperiore ſubquadrato: dentibus ſubulatis ſubaequalibus, foliis planis longe ellipticis ſubpubescentibus baſi ciliatis.

*2

Th. Marſchallianus var. α. *Flor. taur. cauc. ſub n. 1162.* (*excluſo ſynonymo Ammanni.*)

Per Roſſiam auſtraliorem in Ucraniam usque in ſiccis paſſim reperitur, in arenâ mobili circa Charkoviam minime rarus.

Folia latitudine variant, ſemper attamen anguſta ſunt et ſaepe lineari-elliptica, curatius obſervata tenuiſſime pubeſcere ſolent, quamvis lacte virescant. *Caules* firmiores magisque elongati quam in affinibus, quandoque erecti, villis albis patulis praeſertim ſuperne et inter flores valde hirſuti. *Racemi* fructiferi elongati: *verticillis* diſtinctis, inferioribus praeſertim remotis. *Flores* minores quam in Th. collino. *Calyx* ſicut caulis pars ſuperior hirſutie patulâ canescens. *Corolla* vix calycem ſuperans. *Stamina* vulgo incluſa. Th. lanuginoſus *Wahlenb. carpat. p. 182* fortaſſis hujus loci eſt.

1162*. THYMUS *anguſtifolius.*

Th. floribus glomerato-capitatis, calycis labio ſuperiore ſubquadrato: dentibus ſubulatis ſubaequalibua, foliis linearielliptícis ciliatis glabris.

Th. floribus capitatis, caulibus procumbentibus, foliis cuneato-linearibus baſi ciliatis. *Perſoon enchirid. 2. p. 130. Wallroth flor. halens. ſuppl. 3. p. 150.*

Th. Marſchallianus var. β. *Flor. taur. cauc. ſub n. 1162.* (*cum ſynonymis.*)

Th. vulgaris. *Marſch. caſp. p. 209.*

Serpillum ſaxatile hirſutum thymiſolium nanum. *Vaill. paris. p. 183. n. 4.*

In elatis ſicciſſimis Tauriae et ad Caucaſum cum affinibus minime rarus.

Nimis affinis praecedenti et forte *varietas* ex loco natali aridiſſimo. *Cauliculi* breues, admodum diſtorti, ſuperne impri-

mis undique hirſuti. *Folia* glabra nitidula: neruis valde prominulis, latitudine perquam variant; mox oblongo-cuneata baſi tantum ciliata (in ſpeciminibus Volhynicis a *Cl. Beſſero* pro Th. Serpylli *Flor. galic. var. 7* mihi communicatis), mox anguſtiſſima fere ad apicem usque ciliis marginalibus inſignibus munita (in ſpeciminibus tauricis in cacumine montis Tſchaturdag lectis). *Inflorescentiâ* et *floribus* potiſſimum cum Th. Serpyllo conuenit, niſi quod limbus *calycis*, in juniore totus viridis, aetate tantum cum ipſo tubo interdum purpurascat. Quaeritur an Th. acicularis *Waldſt. et Kit.* ab anguſtifoliâ hujus varietate vere ſit diſtinctus. Th. Zygis *Schrank in mem. ſoc. bot. ratisb. a. 1813. p. 164. n. 38*, inter plantas Sareptanas recenſitus, procul dubio, vel ad hunc, vel ad ſubſequentem referendus eſt.

1162**. THYMUS *odoratiſſimus.*

Th. floribus capitatis, calycis labio ſuperiore ouato-lanceolato: dentibus inaequalibus, lateralibus ſubulatis, medio majore lanceolato; foliis linearibus obtuſis ciliatis glabriuſculis.

Th. Zygis. *Marſch. caſp. p. 210.*

Serpyllum odoratiſſimum glabrum longiore anguſtioreque folio. *Amm. ruth. n. 67?*

In ficciſſimis ad Wolgam inferiorem, praeſertim in arenâ mobili flumini vicinâ, nec non in arenoſis ad Hypanin circa Nikolaef reperitur, frequenter flore albo varians. Floret cum affinibus aeſtate. ♄

Longioribus *virgis* quam praecedens in aridiſſimo ſolo laete caeſpitat, *odore* Citri fortiſſimo iter facientibus e longinquo etiam ſeſe commendans, maxime vero, ſi ubi copioſior, caſu rotas ſubit, vel tranſeuntibus calcatur. *Folia* in uniuerſum praecedente quidquam longiora anguſtioraque. *Flo-*

rum capitula minus compacta, ipfi *flores* quidquam majores. *Calycis* labii fuperioris denticuli conniuentes: lateralibus miminis fubulatis, intermedio manifefte majore latiore atque prominnlo Similem *calycis* conformationem video in plantâ lufitanicâ, mihi pro Th. lucido *Aitoni* olim ab *illuſtr. C. Hoffmannsegg* commnnicatâ; nifi quod in hâc labium fuperius multo fit latius fubrotundo-ouatum: denticulis apicis ita minutis, ut mucronem medium paruum fimplicem referant. Caeterum dicta planta etiam quoad habitum, folia, inflorescentiam et flores noftrae perfimilis eft.

Th. vulgaris in feriptis peregrinatorum Roſſicorum paſſim commemoratus, vel Th. odoratiſſimum, vel Th anguſtifolium fuctat. genuinus enim Thymus fatiuus, per Europam maxime auſtralem vulgaris, intra imperii Ruthenici limites non reperitur.

1163. THYMUS *hirſutus.*

Definiatur: Th. floribus capitatis, calycis labio fuperiore fubquadrato: dentibus fubulatis fubaequalibus, foliis lineari-ellipticis undique hirtutis.

Synonyma adde: Th. pannonicus. *Allion. pedem. n. 77.*

Th. lanuginoſus *β. Lam. et Decand. flor. franc. ſub n. 2590.*

In faxoſis ad monticulum, qui thermas Conſtantinomontanas fundit et in Iberiâ etiam obuius, denuo cum Th. lanuginoſo *auctorum* conferendus.

Th. Zygis ſpecimina habeo mihi olim a *b. Willdenouio* commnnicata, quae *varietatem* noſtri: *foliis* tenuibus, villis breuioribus praeter cilia praeditis plane referunt.

1165. THYMUS *graueolens.*

Synonyma adde: *Marſch. cent. plant. rar. roſſic. I. t. 38. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 14.*

Th. (*canus*) villoſus, floribus verticillatis, caule ramoſiſſimo, foliis ouatis acutis ferratis. *Steuen apud Hoffm. in comment. ſoc. phyſico-med. moſq.* 1. *vol.* 1. *p.* 46.

1169. MELISSA *Nepeta.*

Calycis dentes longe mucronato-acuminati, inferiores longiores tubo vix breuiores, in hâc et in M. Calamintha. Specimina podolica tauricis ſimillima mecum nuperrime communicauit *Cl. Beſſer*, ſimulque alius ſpeciei pro M. Nepetâ auſtraliori Germaniae indigenâ in *horto cremenecienſi* cultae; quae quidem, habitu cum noſtrâ conueniens, minutie denticulorum calycis, tubo ſcilicet quadruplo breuiorum et in mucronem minimum deſinentium tam ab hâc quam a Calamintha facillime dignoscitur. Hanc autem M. Nepetam Germanorum pro cognomine *Linnaei* plantâ habere, id ipſum vetat, quod de discrimine a Calamintha ex diuerſâ calycis ſtructurâ, quod neminem facile fugere poteſt, nil memoriae prodiderit *Linnaeus*, pedunculorum axillarium ad folium rationem, potiſſimam omnino inter noſtram M. Nepetam et Calamintham notam diagnoſticam conſtituentem maxime urgens.

1170. MELISSA *umbroſa.*

Synonyma adde: *Steuen apud Hoffm. in comment. ſoc. phyſico-med. moſq.* 1. *vol.* 1. *p.* 45. *Hoffm. hort. mosq. a.* 1808. *n.* 2078.

1170*. DRACOCEPHALUM *botryoides.*

Dr. floribus ſpicato-capitatis; bracteis calyce ſubbreuioribus: inferioribus oblongo-cuneiformibus tridentatis, ſuperioribus indiuiſis mucronatis, foliis ſubrotundis pinnatifido-crenatis utrinque tomentoſis.

Dr. floribus ſpicato-capitatis, bracteis lanceolatis ſubulatis mucronatis, foliis ſubrotundo-cordatis pinnatifidis: laciniis oblongis obtuſis margine reuolutis utrinque tomentoſis. *Steuen in mem. ſoc. nat. cur. moſq. 3. p. 266.*

Nepeta pinnatifida. *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 22.*

Habitat ſub Caucaſi orientalis alpe Tyſendagh, in ripâ glareoſâ torrentis Chodjal. Floret Junio. ♃

Affinitas cum Dr. origanoide ſumma, cujus varietatem vegetiorem atque elatiorem grandiflorem refert. *Caules* baſi diſtorti perſiſtentes. *Cauliculi* annotini plures digitales vel palmares ſimplices tetragoni villis mollibus albis ſicut tota planta incani. *Folia* unguicularia ſubrotunda ſubcordata, lobis 5-7 magnis obtuſis integerrimis ſubaequalibus usque ad medium inciſa, utrinque albo-villoſa ſubtus magis canescentia, margine ſaepe reuoluta, ſimilia foliis Scutellariae orientalis; *petiolis* ipſorum circiter longitudine. *Spica* terminalis ſeſſilis ſubcapitata multiflora. *Bracteae* inferiores oblongae apice tridentatae: dentibus mucronatis, lateralibus ſubulatis; ſuperiores lanceolatae indiuiſae coerulescentes. *Flores* duplo minores floribus Dr. Moldauicae. *Calyx* formâ Dr. peltati coerulescens, pube tenui incanus. *Corolla* calyce duplo fere longior exalbido purpurascens leniter pubescens: *tubo* tenui curuulo calyce longiore, *fauce* inflatâ rictu amplo, *galeâ* rectâ emarginatâ breui, *labio* patente lateribus deflexo trilobo: lateralibus paruis obtuſis, medio magno apice dilatato obcordato. *Genitalia* circiter galeae longitudine.

Dr. origanoides *differt* praeſertim *bracteis* omnibus cuneiformibus ſuperne mucronato-dentatis *calyce* longioribus, et parnilate *corollae.*

1171. DRACOCEPHALUM *auſtriacum.*

Synonymon adde: Dr. (calyce bilabiato): labio inferiore biſido, ſpicis verticillatis, foliis bracteisque linearis-

bus partitis ſpinoſis. *Hiltebrandt monogr. Dracoceph. n. 7. t. 7.*

1172 DRACOCEPHALUM *Ruyſchiana.*

Synonymon adde: Dr. (calyce bilabiato): labio inferiore bifido, ſpicis verticillatis, foliis linearibus indiuiſis, bracteis lanceolatis. *Hiltebr. monogr. n. 6. t. 6.*

1173. DRACOCEPHALUM *ibericum.*

Longe propius eſt Dr. canescenti quam peltato et a priore vix aliter quam paruitate *corollae* dignoſcitur.

1177. SCUTELLARIA *pallida.*

Synonyma adde: *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 24. Hornem. hort. hafn. a. 1813. p. 567.*

De *ſynonymo Gmelini* a me huc citato modo dubito, ob *bracteas* plantae ſibiricae coloratas et ex *icone* noſtrâ minores, tum quod ex phraſi *Heinzelmanniana folia* glabra praedicantur. Discrimen noſtrae a Sc. albidâ *Linn.* denuo confirmandum eſt.

DIDYNAMIA.

ANGIOSPERMIA.

1182. RHINANTHUS *orientalis.*

Filamenta breuiora recta, circa quae *filamenta longiora* in ſpiram torquentur, obſeruante Steueno *in mem. ſoc. nat. cur. moſq. 3. p. 267.*

1184. ALECTOROLOPHUS *Trixago.*

Synonyma adde: Barthia Trixago. *Lam. et Decand. flor. franc. n. 2428. Perſoon enchirid. 2. p. 150.*

Synonymon Allionii hic excludendum et ad diſtinctam ſpeciem Barthiam verſicolorem referendum eſſe monent *auctores flor. francicae loc. cit.*

Calyx una cum *bracteis* villis copioſis glanduliferis hirſutus, quadrifidus: dentibus breuibus obtuſiusculis. *Corolla* alba vel dilutiſſime purpurascens: *tubo* calyce longiore, *galeâ* compreſſâ obtuſâ, margine apicis utrinque in dentem obtuſum producto; *labio* amplo trilobo: lobis obtuſis, lateralibus breuioribus, plicâ longitudini a lobo medio discretis. *Stamina* galeâ breuiora: *antheris* valde villoſis. *Stylus* ſtamina parum excedens non eminens: *ſtigmatibus* minutis apice craſſioribus.

1185. EUPHRASIA *officinalis.*

Foliorum dentes magis minusue arguti, immo in foliis ſuperioribus interdum mucronati; ſed et haec varietas *pube*

foliorum, calycis et capſulae ab E. ſalisburgenſi, quae praeter caulem glabra eſt, dignoscitur. *Conf. Wahlenberg carpat. n. 607 et 608 et Decand. flor. franc. 6. ſuppl. p. 390.*

1188. EUPHRASIA *glutinoſa.*

Occurrit etiam in montoſis circa Tiflin, taurică vulgo elatior.

1188*. MELAMPYRUM *criſtatum.*

M. ſpicis quadrangularibus: bracteis cordatis compactis denticulatis imbricatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 197. Flor. dan. t. 1104. Smith brit. p. 651. Engl. bot. 41. Lamarck et Decand. flor. franc. n. 1104. Hall. hiſt. n. 311. Pall. it. 2. p. 155. Poll. pal. n. 584.*

In pratis ſylvaticis altioribus Tauriae hinc inde reperitur. Floret aeſtate. ⊙

1192. PEDICULARIS *lapponica.*

Synonyma adde: *Wahlenb. lapp. n. 309. Pall. it. 3. p. 34. Lepechin it. ed. roſſic. 3. p. 104.*

P. orientalis minima, flore albido. *Tournef. cor p. 9.*

Species haec per alpes globi noſtri maxime diffitas provenit, in ſibiricis, uralenſibus, ſtyriacis, caucaſicis; ſed in plagâ maxime boreali ad Obum fluvium, ſicut in Norvegiâ et Lapponiâ in planiora quoque atque convallia excurrit. Annuam praedicat *Cl. Wahlenberg loc. cit.* an recte?

1193. PEDICULARIS *condenſata.*

Folia potius P. foliolae, quam recutitae analoga. *Corolla* flava: labio galeâ paullo breviore trilobo, lobis amplis: lateralibus rotundatis, medio ſubemarginato.

1194. PEDICULARIS *caucaſica.*

In alpeſtribus Schadagh dictis Caucaſi orientalis occurrit, ſecundum *Steuen in mem. ſoc. nat. cur. mosq. 3. p. 267.*

Filamenta glaberrima, quae in P. verticillatâ pilis vagis patulis pubescunt. *Stylus* parum e galeae apice prominet.

1194*. PEDICULARIS *Wilhelmſiana.*

P. caule ſimplici lanato infra ſpicam folioſam ſubnudo, foliis radicalibus pinnatis: pinnis ouatis pinnatifidis denticulatis, calycibus lanatis: dentibus ſubulatis nudiusculis, corollae galeâ obtuſiſſimâ.

P. Wilhelmſiana. *Fiſcher in herbar. gorenkenſi.*

Habitat in monte Beſchtau *D. Wilhelms* et circa aciduIam Nartſana *D. Steuen.* ♃

Planta vulgo palmaris ſeu dodrantalis, rarius pede altior. *Folia radicalia* P. comoſae foliis analoga villoſa viridia: pinnis ſuperioribus confluentibus. *Caulis* aut folio unico prope radicem inſtructus, aut ad ſpicam usque plane aphyllus. *Spica* ouata breuis compacta. *Bracteae* prominulae floribus multo longiores anguſtae pectinato-pinnatifidae: laciniis falcato-lanceolatis breuibus denticulatis. *Flores* magnitudine P. recutitae. *Calyx* ouatus: *tubo* lanâ ſordide albâ copioſâ denſe veſtito, *dentibus* nudiusculis ſubulatis: ſuperiore abbreuiato, reliquis tubo paullo breuioribus. *Corolla* purpurea: *tubo* longitudine calycis, *galeâ* obtuſiſſimâ, ut in P. recutitâ; *labio* galeâ multo breuiore tripartito: lobis ſubaequalibus, lateralibus obtuſis, intermedio emarginato crenulato. *Stamina* intra galeam: filamentis villoſis. *Stylus* parum eminens.

1195. PEDICULARIS *comoſa.*

Synonymon adde: P. tuberoſa. *Marſch. caſp. p. 210.*

Hirſutie *calycis* ſemper pallidi: ſtriis latis atro-viridibus a ſingulo dente per tubum excurrente variegati copioſâ vel ſubnullâ, tum *corollae* galeâ magis minuſue fornicatâ et apice attenuatâ etiam *variat.*

1198. ANTIRRHINUM *ſimplex.*

In glareoſis ad torrentes, in mare nigrum ex montibus Tauriae maxime meridionalis delabentes paſſim reperitur.

Hujus loci mihi eſſe videtur Linaria ſecunda, morauica prima. *Clus. hiſt. 1. p. 321,*

1201. ANTIRRHINUM *Linaria.*

Synonymon adde: *Flor. dan. t. 982.*

Variat latitudine *foliorum,* quae attentius ſpectata, baſi ſaltim, ſemper trineruia deprehenduntur, tum *corollae* magnitudine. Paruiſloram *varietatem,* quam jam *Linnaeus* commemorauit, ſeſe inter plantas ſiccas Aſtrachanenſes nuper vidiſſe teſtatur *Cl. Treuiranus in repert. ſoc. nat. cur. berol. a. 1813. 2. p. 150. Caulis* baſis et *folia* inferiora *villis* vagis pubeſcunt.

1202. ANTIRRHINUM *macrourum.*

Synonyma adde: *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 25. (ſub Linariâ).*

β. pauciflorum, calyce glabriuſculo.

Linaria (*macroura*) foliis alternis lineari-ſubulatis ſubcarnoſis, caule erecto ſimpliciſſimo, ſpicâ terminali pedunculatâ, calycibus obtuſis. *Marſch. cent. plant. rar. roſſic. 1. t. 27.*

Occurrit etiam in promontorii Caucaſici ſeptentrionalis ſaxoſis circa Caſtellum Seuernaja, et varietas *β* in campis

Beſſarabiae vaſtis inter Eliſabetgrad et Nikolaef, nec non in campeſtribus tanaicenſibus atque transwolgerſibus.

Cauli florifero ſaepius ſupra radicem accedunt *rami* aliquot abbreuiati ſteriles confertim folioſi, in quibus *folia* inferiora ſubucrticillata ſunt.

1203. ANTIRRHINUM *odorum.*

Synonyma adde: *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 23.* (*ſub Linariâ*).

A. odoratiſſimum. *Güldenſt. it. 1. p. 111.*

A. junceum. *Pall. it. 2. p. 332 et 3. p. 541, 682.*

1203*. SCROPHULARIA *nodoſa.*

Scr. caule obtuſangulo, foliis cordatis acutiusculis inaequaliter ferratis glabriusculis: baſi mediâ in petiolum productis, racemis terminalibus paniculatis.

Scr. foliis cordatis trineruiis, caule obtuſangulo. *Linn. ed. Willd. 3. p. 270. Flor. dan. t. 1167. Smith brit. p. 663. Beſſer galic. n. 759. Gmel. ſib. 3. p. 193. n. 2.*

Inter ſiccas ibericas obtinui plantam Roſſiae ſeptentrionali et mediae familiarem. ♃

1203**. SCROPHULARIA *glanduloſa.*

Scr. caule obtuſangulo, foliis cordatis inaequaliter crenatis pubescentibus: petiolis ciliatis, pedunculis bracteisque piloſo-glanduloſis. *Wahlenb. carpat n. 626. Waldſt. et Kit. rar. hung. 3. t. 214. Beſſer galic. n. 760. Schultes obſ. p. 117.*

Prouenit in nemoribus promontorii Caucaſi ſeptentrionalis et in Tauriae meridionalis inumbratis roscidis. Floret aeſtate. ♃

Dignoscitur a Scr. nodosâ *pube* caulis atque foliorum, *foliis* obtusiusculis grosse inaequaliter crenatis, nec acutiusculis crebrius acutiuscule serratis fere ut in Scr. aquaticâ. Villi glanduliferi ramorum *paniculae* vix in ullâ Scrophulariâ penitus desiderabuntur, nec in hac insigniores sunt quam in multis affinibus; aptius igitur, mutato nomine triuiali, Scr. melissaefolia appellaretur.

Scr. Scopolii Hoppe *Persoon enchirid. 2. p. 160* cum hac conjungit *Cl. Wahlenberg loc. cit.*, nec equidem secundum specimina, quae coram habeo hortensia aeque simplicifolia discrimen perspicio ullum; *varietatem* attamen appendiculatis *foliis*, ad quam suam determinauit *Scopoli*, inter nostratem non vidi. Hujusce nominis planta, apud *Decand. flor. franc. 6. suppl. p. 406. n. 2630a* colore corollae flauo insuper discedit.

Varietatem notabilem, fortassis distinctam speciem, inter plantas siccas Cacheticas habeo parum admodum pubescentem, *foliorum* nonnihil angustiorum acutiorumque serraturis minoribus argutioribus, *paniculae* ramis magis multifloris, *floribus* minoribus, quae *habitu* ad Scr. betonicifoliam L. accedit.

1206. SCROPHULARIA *ebulifolia.*

Occurrit in subalpinis Caucasi orientalis circa Dsheigh, secundum *Steuenum in mem. soc. nat. cur. mosq. 3. p. 267.*

Planta praealta saepe orgyalis. *Caulis, petioli* et *folia* subtus ad venas purpurascentes tenuissime pubescunt: pube aetate euanescente. *Folia ramea* saepius simplicia cordata. *Panicula* glanduloso-villosa, more in hoc genere solito: *pedicellis* principalibus ternis, elongatis, approximatis quidem, sed haud ex uno puncto originem ducentibus. *Flores* magnitudine Scr. nodosae. *Linnaeus* hanc quoque sub Scr. orientali compre-

hendiſſe videtur, pro quâ noſtra etiam exhibetur apud *Kniphoff ectyp.*

1207. SCROPHULARIA *lucida.*

Synonyma adde: Scr. foliis glabris ſubcarnoſis: inferioribus pinnatis, pinnis pinnatifidis, ſuperioribus cuneiformibus ſubinciſis; paniculâ terminali ſubfolioſâ. *Willd. hort. berol. icones 1. t. 57. enum. p. 646. Lamarck et Decand. flor. franc. n. 2633.*

Caulis in ſpontaneâ ſaepe ſimpliciſſimus, pedalis, *paniculâ* ſimplici elongatâ: *foliis* floralibus infimis ſummis caulinis conſimilibus. *Flores* non ad ramulorum paniculae dichotomias ſeſſiles, ut vult *Willdenouuis loc. cit.*, verum ut in affinibus *pedicello* proprio breuiſſimo fulti. *Corolla* non immaculata, ſed labello albicante et laminulâ albâ baſeos labii ſuperioris ſauci imminente variegata.

1208. SCROPHULARIA *variegata.*

Synonyma adde: *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 24. Hoffm. hort. moſq. a. 1808. n. 2911.*

1209. SCROPHULARIA *chryſanthemifolia.*

Synonyma adde: Scr. foliis glabris: radicalibus bipinnatifidis, caulinis pinnatis; paniculâ folioſâ: pedunculis dichotomis, laciniis labii inferioris (corollae) lateralibus emarginatis. *Willd. hort. berol. icones. 1. t. 59. enum. p. 646. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 24. Beſſer cat. hort. cremenec. a. 1816. p. 126.*

Pedunculi et in hâc, ſi attentius inſpicias, glandulis vix tamen nudo oculo viſibilibus pubescunt. *Corollae* labium ſuperius et inferioris lacinula media purpurea albo-marginata; labii inferioris lacinulae laterales totae albae.

1210. SCROPHULARIA *rupeſtris.*

Variat foliis inferioribus baſi ſubinciſis et ſubtus praecipue ad neruos leuiter pubescentibus, forte cum Scr. variegatâ conjungenda, quâcum, ex recentioribus obſeruationibus, *corollae* colore etiam conuenit.

1213. DIGITALIS *ferruginea.*

Deleatur *Synonymon Buxbaumii*, ad D. lanatam ſpectans.

1216. OROBANCHE *alba.*

Synonyma adde: *Marſch. cent. plant. rar. roſſic. 2. t. 52. Beſſer cat. hort. cremenec. a. 1816. p. 95.*

1217. OROBANCHE *coerulescens.*

Synonyma adde: *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 19. Beſſer catal. hort. crem. a. 1816. p. 95.*

Circa lacum Inderienſem eandem legit *D. Tauſcher*: Poloniae auſtraliori quoque inquilina eſt, ſecundum *Cl. Beſſerum loc. cit.*

1218. OROBANCHE *coerulea.*

Duas exhibet *varietates*, *alteram* caule bracteis atque calycibus magis hirſutam, *alteram* pube exili pubescenti-incanam: tubo corollae quidquam longiore. Ad poſteriorem videtur referenda „O. (*longiflora*) corollis 5-fidis, bracteis ternis: „intermediâ ouatâ, corollis calyce triplo majoribus: labio in„feriori longiori, ſtaminibus pubescentibus. *Treuiranus in*

„*repert. ſoc. nat. cur. berol. a. 1813. 2. p. 150. t. 2. f. 10.* „*11.*„ Saltim *icon citata* hancce varietatem plane refert; ſicut O. coerulea *loc. cit. t. 2. f. 12. 13* alteri varietati, apud nos minus communi reſpondet. Obſtat tamen, quod in meis, quoad *bracteas* et *corollae limbum*, nulla inter has varietates conſtan'ia discrimina animaduertam, tum quod in utrâque *ſtamina* ſint glabra. *Stylus* ad lentem potiſſimum apicem verſus pubescens.

1219. OROBANCHE *ramoſa.*

Synonyma adde: *Gmel. ſib. 3. p. 217. n. 30. Güldenſt. it. 1. p. 193.*

1220. OROBANCHE *arenaria.*

Synonymon adde: *Beſſer catal. hort. cremenec. a. 1816. p. 95.*

Crescit etiam in Tauriâ ad riuum Tſchorgunam prope Inkiermen, in transwolgenſibus a *Tauſchero* et in Poloniâ auſtraliore á *Beſſero* reperta.

1221. OROBANCHE *coccinea.*

Synonyma adde: O. caule unifloro: ſquamis alternis remotis, flore ebracteato, corollae quinquefidae lobis ſubaequalibus rotundatis. *Marſch. cent. plant. rar. roſſic. 2. t. 56. Hoffm. hort. moſq. a. 1808. n. 2275.*

Phelipea coccinea. *Perſoon enchirid. 2. p. 181.*

Lathraea Phelipea. *Güldenſt. it. 1. p. 422. Marſch. caſp. app. p. 210.*

Nuper quoque in collibus herbidis Tauriae, circa praedium Sobla obſeruata eſt.

Genitalia glabra. *Varietas* datur *caule* tantum basi squamâ unâ alterâue vaginato caeterum nudo; sed et haec varietas *squamis* arcte vaginantibus, nec cuculli instar scaporum basin ambientibus a Phelipeâ Tournefortii *Desfont. annal. mus. paris. II. p. 298. t. 21*, quoad reliqua simillimâ discrepat.

TETRADYNAMIA.

SILICULOSA.

1226. MYAGRUM *austriacum.*

Hujus loci esse videtur Sisymbrium siliquis globosis. *Gmel. sib. 3. p. 267. n. 31.*

1229. BUNIAS *cochlearioides.*

Synonyma adde: Laelia cochlearioides. *Persoon enchirid. 2. p. 185.*

Myagrum erucaefolium. *Villars delph. 3. p. 279. Loiseleur franc. I. p. 389.*

Huic omnium proxima est staturâ, foliis, inflorescentiâ atque floribus conueniens, a *Tauschero* circa lacum Inderiensem detecta Bunias pyramidata *Fischer in catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 49.* *Differt* tantum *fructu* angulato, circulo elevato infra medium in duas pyramides subtetraedras divi-

fo, quarum ea, cujus vertex pedicello nectitur maxime depreſſa eſt.

1233. CRAMBE *orientalis*.

Synonymon adde: Cr. laciniata. *Aiton kew. ed. 2. vol. 4. p. 72.*

1234. CRAMBE *Tataria*.

Synonymon Jacquini ſub hâc citatum, ob hiſpiditatem, quam requirit, omnium partium, et ob fructus quoque aſperos, ad ſubſequentem videtur eſſe amandandum. Noſtra per Roſſiae meridionalis campeſtria omnium frequentiſſima eſt.

1235. CRAMBE *aſpera*.

Synonymon adde: *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 49.*

1235*. CRAMBE *cordifolia*.

Cr. foliis cordatis: ſummis ovatis. *Steuen in mem. ſoc. nat. cur. moſq. 3. p. 267. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 49. Beſſer Catal. hort. cremen. a. 1816. p. 43.*

Habitat in planioribus apricis promontorii Caucaſici ſeptentrionalis, circa Mosdok, Georgiewsk et Conſtantinogorsk. Floret Junio. 2

Radix praecedentium valida, acris et ſapida; *habitus* quoque idem, ita tamen, ut altitudine praecellere ſoleat. *Color* herbae laetius viridis. *Folia radicalia* ampliſſima indiuiſa, trineruata et utrinque ad petioli inſertionem ſinu arcuato profundo exciſa, repando-angulata argute inaequaliter dentata, juniora praeſertim undequaque pilis ſparſis rigidis hiſpida;

caulina parca minora, fuperiora rameaque parua fubouata baſi acuta. *Caulis* glaber ramis elongatis paniculatus. *Flores fructusque* exacte Cr. orientalis et Tatariae.

1235**. CRAMBE *juncea*.

Cr. foliis *runcinato-pinnatifidis* dentatis hirtis, caule ramoſiſſimo virgato glabro paucifolio: ramis aphyllis.

Habitat in Iberiâ. ♂?

Dignoscitur a praecedentibus *radice* tenui, *foliis* minoribus minus diuiſis pilis rigidis imprimis ſubtus hirtis: caulino ſupra radicem uno alteroue diminuto, rameis ſubnullis; *caule* graciliore, *ramis* tenuibus elongatis crebrius ſubdiuiſis, *floribus* nonnihil minoribus. *Stamina* biſurca generis. *Fructus* globoſus laeuigatus.

335*. SOBOLEWSKIA. Silicula pyriformis, euaIuis, monoſperma. Stigma ſeſſile.

1236. SOBOLEWSKIA *lithophila*. *Marſch. cent. plant. rar. roſſic. 2. t. 59.*

Crambe macrocarpa. *Flor. taur. cauc. n. 1236. (cum ſynonymo.)*

Raphanus tauricus Adami. *Hoffm. hort. moſq. a. 1808. n. 2658.*

Frequens in Caucaſi orientalis ſubalpinis circa Chinalug, teſte *Steueno in mem. ſoc. nat. cur. mosq. 3. p. 267*, qui monet radicem eſſe ⊙ vel ♂, nec ♃.

Genus a Crambe *filamentis ſimplicibus* et formâ *ſiliculae* diſtinctum nomen tulit a *Gregorio Sobolewski* olim Profeſſore Petropolitano, Florae Petropolitanae auctore.

1237. ISATIS *tinctoria*.

Definiatur: I. filiculis elliptico-cuneatis retufis laeuibus glabris, foliis glabris, calyce corollam fubaequante.

Siliculis longioribus anguftioribus, rariffime quoque difpermis variat.

1237*. ISATIS *taurica*.

I. filiculis lineari-cuneatis venofo-rugofis glabris, foliis glabris, calyce corollam fubaequante.

Habitat in Tauriae faxofis calcareis circa Bochtfchifarai. Floret aeftate. ♂?

Planta glaberrima facie praecedentis. *Radix* faxorum rimis inhaerens. *Folia* et *flores* praecedentis. *Silicula* duplo longior et anguftior venis prominulis inaequalis trilocularis: duobus faepiffime abortientibus, medio plerumque, fuperiore interdum, inferiore rariffime fertili. An *varietas* I. tinctoriae?

1237**. ISATIS *iberica*.

I. filiculis lineari-cuneatis bafi margineque villofo-canis, foliis pilofis, calyce corollâ breuiore.

I. filiculis cuneatis, bafi canis apice glabris, ciliatis. *Steuen in mem. foc. nat. cur. mofq. 3. p. 267.*

Habitat circa Tiflin. ♂

Statura I. tinctoriae ejusque *inflorescentia*, fed tota *pilis* magis minufue copiofis pubescens, qui inferne crebriores, nec fuperne attamen inter racemos, ad bracteas ipfosque pedicellos penitus deficiunt. *Folia* inferiora dentata: *caulina* ima in petiolum fubauriculatum attenuata, fuperiora feffilia haftata. *Flores* mediae inter I. tinctoriam et latifiliquam magnitudinis: *petalis* calycem manifefte fuperantibus. *Silicula* formâ praece-

dentis ſpeciei: margine toto villoſo-tomentoſo, 4-locularis: extimo majore praeter marginem neruumque medium utrinque glabro, inani; proximo gibbo fertili villoſo-cano, reliquis attenuatis ſterilibus aeque villoſis. *Foliorum* formâ et *pubescentiâ* omnium partium admodum videtur variare, habeo enimſpecimen florens Tiflisienſe, mihi ab *amiciſſ. Steueno* communicatum, inferne praeſertim villoſiſſimum: *foliis radicalibus* oblongis obtuſis runcinato-dentatis, *caulinis* omnibus ſeſſilibus ſagittatis: dentibus inaequalibus inſignioribus. *Fructus* in hoc ſpecimine deſunt. An diſtincta ab I. aleppicâ *Scopolii* et I. dentatâ *Perſonii*?

1238. ISATIS *latiſiliqua*.

I. ſiliculis late ellipticis undique villoſo-canis, caule baſi foliisque piloſiusculis, calyce corollâ breuiore.

I. ſiliculis obouatis. *Steuen in mem. ſoc. nat. cur. mosq. 3. p. 267.*

I. armena. *Flor. taur. cauc. n.* 1238. (*excluſis ſynonymis, excepto fortaſſis Buxbaumio.*)

I. canescens. *Decand. flor. franc. 6. ſuppl. p. 598. n. 4280*[a]?

I. orientalis fructu ouato canescente. *Tournef. cor. p. 14.*

Occurrit etiam in ſubalpinis Caucaſi orientalis.

Fructus perfectus in ſpeciminibus, ad quae olim plantam hanc determinaueram deficiebat, icon vero *Buxbaumiana* non videbatur aliena, quo factum eſt, ut pro I. armenâ *Linn.* haberem plantam, quam modo fructu utrinque anguſtiore nec obcordato manifeſte discrepare agnosco; latior hic eſt I. tinctoriae fructu neque vero longior, unilocularis, pube molli

albidâ circa loculum copioſiore totus veſtitus. *Varietatem* fructu glabro, quam notat *Steuenus loc. cit.* equidem non vidi. *Duratio* ulterius confirmanda eſt.

1240. DRABA *cuspidata.*

Dr. foliis linearibus acutiusculis carinatis ciliatis roſulatis, ſcapo calycibusque hirſutis, ſiliculis lanceolatis hiſpidis ſtylo paullo longioribus.

Dr. aizoides. *Flor. taur. cauc. n. 1240. (excluſis ſynonymis praeter Pallaſium.)*

Petala ſulphurea emarginata. *Pedicelli* fructiferi ſiliculâ praeter ſtylum vix longiores. Diſtinctae ab hâc ſunt habitu penitus conuenientes

* DRABA *aizoides.*

Dr. foliis linearibus acutiusculis carinatis ciliatis roſulatis, ſcapo racemoque glabrinsculis, ſiliculis ſubhirtis lanceolatis ſtylo duplo longioribus.

Dr. ſcapo nudo, foliis linearibus ſetoſo-ciliatis carinatis, ſtylis ſetaceis latitudine ſiliculae longioribus. *Wahlenb. carpat. n. 632. Linn. ed. Willd. 3. p. 424. Jacq. auſtr. 2. p. 55. t. 192. Hall. hiſt. n. 498.*

** DRABA *aizoon.*

Dr. foliis lineari-lanceolatis carinatis ciliatis roſulatis, ſcapo racemoque glabriusculis, ſiliculis hirtis elliptico-lanceolatis ſtylo multoties longioribus.

Dr. ſcapo nudo, foliis lanceolato-linearibus ſetoſo-ciliatis, ſtylis ſubulatis diametro ſiliculae duplo breuioribus. *Wahlenb. carpat. p. 193 in notâ ad n. 632.*

Haec eſt Dr. laſiocarpa *Rochel herbar.*, Carpatis etiam indigena.

1240*. DRABA *ericaefolia.*

Dr. foliis linearibus acutiusculis carinatis ciliatis roſulatis, ſcapo racemoque glaberrimis, ſiliculis glabris oblongo-ellipticis ſtylo multoties longioribus.

Dr. ſcapo nudo glabro, foliis linearibus ſubtus carinatis ciliatis, ſiliculis lanceolatis pedicellisque glaberrimis. *Steuen in mem. ſoc. nat. cur. moſq. 3. p. 268.*

Habitat in ſaxis alpium Schadagh Caucaſi orientalis. Floret Junio. ♃

Proxime ad Dr. Aizoon *Wahlenb.* accedit, a quâ differt *foliis* minoribus duplo anguſtioribus et *ſiliculis* glabris, quas maturas non vidi.

Ante editam *Floram taurico-caucaſicam*, quum Pariſiis herbarium *Tournefortianum* perluſtrarem, de *Alyſſo orientali minimo foliis rigidis et lucidis* ibi ſeruato annotaui: habere hoc folia nonnihil longiora et auctiora, quam Dr. rigida *Willd.*, ad quam hoc Alyſſum tanquam ſynonymon adducitur. Nunc vero ſuſpicor plantam *herbarii Tournefortiani* potius ad Dr. ericaefoliam *Steu.*, mihi tunc temporis ignotam ſpectare.

1240**. DRABA *bruniaefolia.*

Dr. foliis linearibus acutiusculis carinatis ciliatis roſulatis, ſcapo racemoque villoſis, ſiliculis oualibus incano-villoſis ſtylo multoties longioribus.

Dr. ſcapo nudo villoſo, foliis linearibus ſubtus carinatis ciliatis, ſiliculis ouatis conuexis pedicellisque pubescentibus. *Steuen in mem. ſoc. nat. moſq. 3. p. 268.*

Habitat cum praecedente in faxofis montis Schadagh eodemque tempore floret. ♃

Simillima praecedenti, a quâ, obfernante *Steueno loc. cit.* *pube* fcapi racemi atque fructus, *pedicellis* breuioribus et *filiculis* breuioribus conuexis dignoscitur.

1241. DRABA *rigida.*

Definiatur: Dr. foliis oblongis obtufis apice inflexis carinatis ciliatis rofulatis, fcapo apice racemoque villofulis, filiculis elliptico-lanceolatis glabriusculis ftylo multoties longioribus.

Synonymon adde: Dr. caefpitofa *Hoffm. hort. mofq. a. 1808. n. 1225.*

Paruitate *foliorum* et *florum* primo intuitu a praecedentibus dignoscitur.

Species modo enumeratae omnes alpinae plantae funt, furculis perennantibus in cespitem collectis: rofulâ foliorum terminante praeditae. *Scapi* omnibus nudi, *folia* fetofociliata carinata, oculo nudo nitida, fed ad lentem utrinque punctis minutiffimis copiofis obfita, *pedicelli* filiculâ quidquam longiores praefertim inferiores, *petala* apice rotundata magis minusue emarginata vel retufa, flaua, calyce duplo longiora. Si *pubem* fcaporum, racemorum atque filicularum variabilem effe ftatuas, poterunt Dr. cuspidata cum aizoide, fortaffis etiam Dr. ericaefolia cum bruniaefoliâ conjungi.

1241*. DRABA *molliffima.*

Dr. foliis oblongis obtufis utrinque lanuginofo-villofis rofulatis, fcapo pedicellisque flore longioribus glabris, calycibus pilofiusculis, filiculis lanceolatis glabris ftylo multoties longioribus.

Dr. ſcapo nudo, foliis oblongis obtuſis integerrimis utrinque villoſiſſimis mollibus, ſcapo glaberrimo, pedicellis floro duplo longioribus. *Steuen in mem. ſoc. nat. cur. mosq. 3. p. 268.*

Habitat in ſaxoſis Caucaſi orientalis alpis Schadagh. Floret Junio. ♃

Habitus praecedentium, ſed formâ *foliorum* eorumque pube molli copioſâ albâ diſtinctiſſima. *Flores* magnitudine Dr. aizoidis. *Petala* calyce duplo longiora ſubemarginata citrina.

1241**. DRABA *incompta.*

Dr. foliis lanceolatis obtuſiusculis undique villoſo-canis, ſcapo racemisque villoſis, pedicellis floro breuioribus, ſiliculis oblongo-ellipticis incanis ſtylo multotics longioribus.

Dr. ſcapo nudo pubescente, foliis lanceolatis obtuſis integerrimis villoſo-canis, pedicellis flore breuioribus. *Steuen in mem. ſoc. nat. cur. mosq. 3. p. 268.*

Habitat in Caucaſi orientalis alpe Tyſendagh, in ſaxis. Floret cum affinibus Junio. ♃

Praecedentes omnes *ſurculis* copioſis denſe foliosis ceſpitant; haec, quamuis aeque ramoſa, cauliculis laxe diſtortis gaudet; caeterum praecedenti non abſimilis. *Scapi* breuiores et *flores* paullo minores. *Pedicelli* fructiferi diuaricati. *Steuen loc. cit.*

1242. DRABA *repens.*

Synonyma adde: Lepidium ſibiricum. *Pall. it. 3. p. 34.*

Naſturtium humile ramoſiſſimum, oblongiusculo et anguſto folio integro, floſculis luteis. *Amm. ruth. n. 71?*

Plantula variis climatibus indigena, Caucaſo etiam orientali, teſte *Steueno in mem. ſoc. nat. cur. moſq. 3. p. 269*, Sibiriae (*Gmelin, Pallas*), regionibus tanaicenſibus (*Henning*).

1243. DRABA *hiſpida*.

Quoad *inflorescentiam* et formam *ſilicularam* Dr. nemorali analoga. De duratione modo dubito, *radix* enim exilis elongata annuam potius eſſe arguit.

1244. DRABA *verna*.

Synonymon adde: *Flor. dan. t. 983.*

Variat *ſiliculis* magis minusve oblongo-ellipticis. Pro varietate etiam habeo, circa urbem Gadſcham vere obſeruatam „Dr. (*praecocem*) foliis lanceolatis dentatis hirtis, ſiliculis or-„biculatis. *Steuen in mem. ſoc. nat. cur. moſq. 3. p. 269.*„

1245. DRABA *ſiliquoſa*.

Ex baſi *caulium* perſiſtente multicipe *foliis* roſulatis etiam luxuriat. Talia ſpecimina in alpe Schadagh lecta mecum communicauit *amiciſſ. Steuen.*

Dr. ſtellata *Linn.*, pro quâ noſtram, pilis pariter ſtellatis gaudentem proponit *Cl. Hoffmann in hort. moſq a. 1808. n. 1228, differt floribus* majoribus, *ſiliculis* longe breuioribus villoſis *ſtylo* terminante longiore, *cauliculis* floriferis breuioribus ſuperne quoque cum *pedicellis* hirtis.

1246. DRABA *muralis*.

Conuenit cum hac *ſiliculis* glabris, cum ſubſequente *corollâ* lutescente, media inter utramque, agro Mosquenſi familiaris Dr. muralis Stephani *Goldbach in mem. ſoc. nat. cur. mosq. 5. p. 130.*

1247. DRABA *nemoralis.*

Synonymon adde: Alyſſon folio Veronicae floribus luteis. *Buxb. in comment. acad. ſcient. petrop. 3. p. 273.*

Varietas latifolia, inde a baſi *ramis* aequantibus diffuſis paniculata, in regione alpis Schadagh niui proximâ occurrit, teſte *Steueno in mem. moſq. 3. p. 269. Pedunculi* glaberrimi, ſecundum *Wahlenb. carp. p. 636,* mihi ſemper exhibuere angulos magis minusve exasperatos, praeſertim in vegetioribus; minus tamen omnino pubescunt quam ſiliculae.

1247*. DRABA *incana.*

Dr. caule multifolio, foliis oblongis dentatis piloſo-canis, ſiliculis oblongis pedicello longioribus (incanis): ſtylo breuiſſimo.

Dr. foliis caulinis numeroſis incanis, ſiliculis oblongis obliquis ſubſeſſilibus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 430. Flor. dan. t. 130. Wahlenb. lapp. n. 320. Lamarck et Decand. flor. franc. n. 4232. Steuen in mem. ſoc. nat. cur. moſq. 3. p. 269. Pall. it. 2. p. 28. Lepechin it. 3. p. 117. Georgi it. 1. p. 224.*

Crescit in Cauceſi orientalis alpe Schadagh. ♂

Noſtra tota cum *racemis* et *ſiliculis* pilis conſertis ſtellulatis canescit. *Siliculae* parum compreſſae, ob valuas valde connexas.

1252. LEPIDIUM *craſſifolium.*

Reperitur quoque in ſalſis deſerti Cumani.

Silicula venis intricatis ruguloſa.

1255. LEPIDIUM *graminifolium.*

Hujus loci eſſe videtur Cochlearia orientalis flore minimo. *Buxb. cent. 5. p. 47. append. n. 38.*

1258. THLASPI *latifolium.*

Synonyma adde: *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 49.*

Thl. (*macrophyllum*) filiculis obcordatis, foliis cordatis subdentatis glabris: radicalibus majoribus longe petiolatis, caule simplici. *Hoffm. in comment. soc. physico-med. mosq.* I. *vol.* I. *p. 7.*

Thl. nemorosum Adami. *Hoffm. hort. mosq. a. 1808. n. 3249.*

In syluis ad montem Beschtau et oppido Stauropoli adjacentibus sub arboribus quoque prouenit. Floret vere.

Radix admodum valida. *Flores* specioſi albi duplo Thl. aruensis floribus majores: *calyce* colorato breui. *Siliculae* circa locula connexa tuberculato-rugosae.

1258*. THLASPI *arabicum.*

Thl. filiculis late alatis obcordatis basi emarginatis pedicello longioribus, foliis integerrimis: inferioribus elliptico-ouatis, superioribus subcordatis.

Thl. filiculis oualibus stylatis, foliis inferioribus cuneatis, superioribus cordatis oblongis amplexicaulibus. *Vahl symb. 2. p. 76. Linn. ed. Willd. 3. p. 442.*

Iberis (*arabica*) herbacea, foliis ouatis glabris aueniis integerrimis, filiculis basi apiceque bilobis. *Linn. amoen. 4. p. 278. n. 46.*

Thl. humile spicâ purpureâ. *Buxb. cent. 1. p. 2. t. 2. f. 1.*

In Iberiâ mediâ reperitur. *D. Wilhelms.* ⊙

Planta palmaris glaberrima glauco-viridis. *Rami* floriferi folioſi corymboſi. *Folia* carnoſa: inferiora basi attenuata, pleraque subsessilia neque amplexicaulia, summa tantum acutiuscula. *Racemi* fructiferi oblongi conferti. *Flores* parui: *petalis*

amoene roſeis calyce longioribus aequalibus. *Siliculae* magnae ſuborbiculatae: alis latis neruoſo-ſtriatis albidis marginem verſus ſaepe purpuraſcentibus. *Stylus* intra fiſſuram ſiliculae, lineae dimidium longus. *Semina* in quouis loculo 2-3 parua ſphaeroidea ad lentem punctata: colore ſeminum Lepidii ſatiui.

1262. THLASPI *montanum*.

Synonymon adde: Lepidium thlaſpidioides. *Pall. it. 3. p. 161.*

1265. IBERIS *vermiculata*.

Cauliculi imprimis ſuperne, cum *pedicellis* pilis parvis reuerſis pubescunt. *Silicula* pedicello paullo longior apice ſinu anguſto exciſa ultra quem ſtylus parum prominet: lobis utrinque parum productis obtuſis.

1266. IBERIS *ciliata*.

Synonymon adde: I. (*ſimplex*) caule herbaceo ſimpliciſſimo, foliis ſubcarnoſis ciliatis: radicalibus ſpatulatis, caulinis linearibus, fructibus corymboſis. *Decand. ſlor. franc. 6. ſuppl. p. 597. (in notâ ad n. 4266a.)*

Caulis ramique angulati: lateribus alternatim villis criſpulis pubescentibus et glabris. *Folia* utplurimum integerrima. *Pedicelli* villoſi. *Silicula* formâ fere praecedentis: ſinu apicis paullo magis hiante lobisque lateralibus acutiusculis (in I. umbellatâ acutis mucronatis) et *ſtylo* nonnihil longiore.

I. ciliata *Engl. bot. 1030. Aiton hew. ed. 2. vol. 4. p. 84.* quae 2 deſcribitur, poſſet eſſe varietas latifolia I. vermiculatae culturâ orta.

1266*. IBERIS *pumila*.

I. herbacea, foliis subcarnosis: inferioribus petiolatis, superioribus sagittatis amplexicaulibus, (siliculis utrinque acutis). *Steuen in mem. soc. nat. cur. mosq. 3. p. 269.*

Habitat in Caucasi orientalis alpe Schadagh. Floret Junio. ♃

Statura nana I. carnosae, *folia* vero potius I. rotundifoliae. *Flores* magni valde inaequales: *petalis* oblongis obtusis albis. *Silicula* utrinque acuta stylo acuminata.

1267. ALYSSUM *alpestre*.

Racemi solitarii, minus multiflori et fructiferi minus elongati quam in A. serpyllifolio. *Icon Gerardi* allegata nostrum exactissime exprimit.

1268. ALYSSUM *serpillifolium*.

Specimen A. tortuosi *Waldst. et Kit.*, olim mihi, cum adscripto loco natali Hungariâ a *b. Willdenouio* Berolini communicatum, a meo A. serpillifolio nullo modo *differt*, *stamina* pariter omnia appendiculata nec simplicia monstrans.

1272*. ALYSSUM *rostratum*.

A. caule herbaceo erecto, ramis floriferis paniculatis, foliis lanceolatis, staminibus omnibus appendiculatis siliculis orbiculato-ellipticis piloso-canis longe racemosis stylo paullo longioribus.

A. caule herbaceo stricto, foliis lanceolatis, siliculis ellipticis canescentibus stylo longo terminatis. *Steuen in mem. acad. scient. petrop. 3. p. 295. t. 15. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 50. Hornem. hort. hafn. a. 1813. p. 600.*

Habitat in Beſſarabiâ ad agrorum verſuras, circa Bender et ad latera collium Ponto euxino imminentium circa Odeſſam, tum in montibus altis Tauriae maximè meridionalis. Floret aeſtate. ☉

Habitu robuſto et exaltato noſtratia omnia, ſi A. clypeatum excipias, praecellit, totum pilis ſtellulatis adpreſſis incanum. *Flores* A. montano quidquam majores; formâ coloreque ſimiles. *Stamina* 4 ſupra medium denticulum exſerunt minutum, 2 adhaerent dorſo ſquamulae ſubulatae apice argute bidentatae ipſis duplo fere brevioris. *Silicula pedicello* ad angulum acutum patente triplo breuior: valuis conuexulis. *Semina* compreſſiuscula haud vere marginata. Taurica *planta* ex loco natali ſubalpino Beſſarabicâ minor eſt.

A. vernale, quod cultum in *horto gorenkenſi* obſeruaui, a roſtrato noſtro ſpecie non differt.

1275. ALYSSUM *hirſutum*.

Definiatur: A. caulibus herbaceis erectiuſculis, foliis lanceolatis hirſutis, ſtaminibus omnibus appendiculatis, ſiliculis orbiculatis tuberculatis hirſutis.

Synonyma adde: *Treuiranus in repert. ſoc. nat. cur. berol. a. 1813. 2. p. 151. t. 2. f. 16. 17. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 30. Beſſer catal. hort. cremen. a. 1816. p. 8.*

A. campeſtre. *Lamarck et Decand flor. franc. n. 4222. (excluſis ſynonymis Linnaei et Rothii.)?*

Racemi fructiferi longi, *pedicelli* ſiliculâ paullo longiores; *ſtylus* ſiliculâ duplo triploue breuior. *Varietas* humilior, caulibus e radice aggregatis in montibus altioribus Tauriae meridionalis reperitur.

1275*. ALYSSUM *paruiflorum.*

A. caulibus herbaceis erectiusculis, foliis lanceolatis hirsutis, staminibus breuioribus appendiculatis, longioribus subsimplicibus, siliculis orbiculatis hirsutis.

A. paruiflorum. *Fischer in herbar. gorenkensi.*

β. paruum, diffusum, breuifolium.

Habitat in Iberiâ mediâ et varietas β in montibus altis Tauriae maxime meridionalis, quae primo vere floret. ⊙

Simillimum praecedenti et fortassis ejus *varietas;* sed *differt floribus* duplo minoribus; *staminibus* longioribus supra medium denticulum obscurum tantum exserentibus, vel in var. β penitus simplicibus; *siliculis* etiam minoribus aeque hirsutis sed vix tuberculatis: *stylo* quidquam breuiore. Conferendum est cum hoc A. strictum *Willd.* et diagnosis rite stabilienda.

1275**. ALYSSUM *brachystachyum.*

A. caulibus herbaceis diffusis, foliis lineari-lanceolatis incanis; staminibus breuioribus appendiculatis, longioribus simplicibus; siliculis ellipticis piloso-canis corymbosis.

Habitat in Tauriae maxime meridionalis glareosis, ad torrentium latera. ⊙

Statura, habitus, folia atque *pubes* fere A. minimi. *Corymbi* terminales conferti simplices, qui ne quidem fructiferi in racemos elongantur. *Flores* circiter magnitudine A. campestris: *petalis* calyce longioribus obtusis subemarginatis sulphureis. *Stamina* breuiora basi dorsali squamulae subulatae adnata. *Siliculae* ellipticae pilis stellulatis canescentes: valuis conuexulis, *stylo* ipsis multo breuiore. *Pedicelli* corymbi infimi siliculâ duplo longiores. Ab omnibus affinibus siliculis in corymbos breues atque confertos coactis facile dignoscitur.

1276. ALYSSUM *linifolium.*

Siliculae glaberrimae: valuis planis, *ſtylo* breuiſſimo. Hoc equidem olim ſub nomine A Drabae variis hortis botanicis communicaui, nempe antequam idem a *Willdenouio* diuerſum obtinuiſſet nomen. Nescio vero quid ſit A. Draba *Willd. enum. hort. berol. p. 672*, affine A. campeſtri: filiculis ſimpliciter nec ſtellulatim piloſis, cui patria adſcribitur Caucaſus.

Ad calcem generis, de ſpeciebus quibusdam ruthenicis, Florae noſtrae, quam nec Wolgam hinc, nec Tanain illinc attingere hic monuiſſe juuabit, peregrinis ſequentia ſubnecto: *A. tenuifolium Willd.* Sibiriae incola et fortaſſis ab A. ſibirico *Willd.* non diuerſum, *habitu* A. montani, nec penitus erectum, habet *ſtamina* 4 ſimplicia, 2 baſi dorſali ſquamulae breuiſſimae et oculum facile fugientis adnata, *ſiliculas* racemoſas ellipticas ſicuti tota planta villo copioſo albicantes: valuis turgidulis, *ſtylo* ipſis triplo breuiore.

A. daſycarpum Willd., circa *Aſtrachan* potiſſimum occurrens, ad quod referendum eſt A. an ſibiricum? *Treuiranus in repert. ſoc. nat. cur. berol. a. 1813. 2. p. 151. t. 2. f. 14. 15*, praeter notas a *Cl. Treuirano* indicatas, *racemis* feſtilibus axillaribus terminalibusque, *pedicellis* breuiſſimis ab affinibus recedit; quod ſecundum ſpecimina *Stephaniana*, fructus nonniſi juniores monſtrantia, non ſuo loco, ſed inter ſpecies ſiliculis inflatis praeditas a *Willdenouio in ſpec. plant.* enumeratum fuit.

TETRADYNAMIA.

SILIQUOSA.

1280. DENTARIA *microphylla.*

Synonyma adde: *Hoffm. hort. mosq. a. 1808. n. 1167.*

D. enneaphyllos. *Güldenst. it. 1. p. 421.*

Foliola saepius noueua, quam undena.

1281. DENTARIA *quinquefolia.*

Synonyma adde: *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 50.*

D. pentaphyllos. *Güldenst. it. 1. p. 194. 420.*

In Ucrániam usque enagatur, inter oppida Isjum et Bachmut in nemorosis lecta, nec non circa oppidum Lubni Rossiae minoris.

1281*. CARDAMINE *impatiens.*

C. foliis pinnatis stipulatis: foliolis ouatis lanceolatisque obtusis inciso-sublobatis glabris, stipulis ciliatis, siliquis glabris.

C. foliis pinnatis incisis stipulatis, floribus apetalis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 485. Flor. dan. t. 1339. Engl. bot. 80. Smith brit. p. 698. Lamarck et Decand. flor. franc. n. 4201. Besser galic. n. 797. Hall. hist. n. 471.*

Occurrit in ſyluis ſubalpinis Caucaſi, circa portas Caucaſicas lecta. Floret vere. ⊙

Noſtra pertinet ad *varietatem petalis* praeditam, quam etiam commemorat *Hallerus loc. cit.* Alteram apetalam recenſet *Wahlenb. carpat. n. 653.*

1281**. CARDAMINE *daſycarpa.*

C. foliis pinnatis ſtipulatis: foliolis ouatis lanceolatisque obtuſis inciſo-ſublobatis, ſtipulis ciliatis, ſiliquis piloſo-hiſpidis.

Habitat in Iberiâ occidentali. ⊙

Simillima praecedenti, ſed *germina* atque *ſiliquae* pilis albis rigidis raris erecto-patulis hiſpida. An tamen *varietas?*

1282. CARDAMINE *hirſuta.*

Synonyma adde: C. foliis exſtipulatis pinnatis: foliolis rotundatis repando-dentatis petiolatis, ſummis oblongis inciſis, floribus tetrandris. *Link apud Hoffm. phytogr. p. 52. Engl. bot. 492. Smith brit. p. 698. Roth obſ. p. 80 et p. 174 in notâ. Lamarck et Decand. flor. franc. n. 4199. Beſſer galic. n. 799. Poll. pal. n. 620.*

C. impatiens. *Flor. dan. t. 735.*

C. ſylueſtris minor italica. *Barrel. ic. 455.*

Icon olim citata Flor. dan. t. 198, ad C. ſyluaticam *Linkii* ſpectans, hic excludenda eſt.

Siliquae piloſae ſecundum *Smith loc. cit.* noſtrati ſemper glaberrimae ſunt. Paruitate *florum* illico a C. ſyluaticâ *Linkii* dignoscenda.

1282*. CARDAMINE *pratenſis.*

C. foliis pinnatis: foliolis radicalibus ſubrotundis, caulinis lanceolatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 487. Flor. dan. t. 1039. Curt. lond. Hall. hiſt. n. 473. Gmel. ſib. 3. p. 271. n. 39.*

In pratis depreſſis ſucculentis ad Caucaſum hinc inde obuia. ♃

Caucaſica *floribus* vulgari quidquam minoribus et magis purpurascentibus gaudet.

1283. CARDAMINE *uliginoſa.*

C. foliis pinnatis: foliolis angulato-dentatis obtuſiusculis, radicalium ſubrotundis, caulinorum oblongis; pedicellis patentibus flore longioribus, ſtylo breuiſſimo ſiliquâ vix anguſtiore, ſtolonibus repentibus.

C. amara. *Flor. taur. cauc. n. 1283.*

Circa Tatartup promontorii Caucaſici ſeptentrionalis etiam reperitur, in Ucraniâ circa Chaikoviam pariter occurrens.

Conuenit *foliis* cum C. amarâ, ſed *ſtylo* atque *ſtigmate* cum C. pratenſi. Illa *ſtylo* longiore pertenui et *ſtigmate* exili gaudens, *antheris* inſuper violaceis, nec ſulphureis dignoscitur. *Synonymiam* quoad utramque, modo non adgredior; id attamen pro certo habens, eam, quae tenui longoque ſtylo gaudet, ſeptentrionalioribus familiarem, pro verâ *Linnaei* C. amarâ eſſe habendam.

1283*. SISYMBRIUM *Naſturtium.*

S. ſiliquis declinatis, foliis pinnatis: foliolis ſubcordatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 489. Flor. dan. t. 690. Curt. lond. Hall. hiſt. n. 482. Gmel. ſib. 3. p. 268. n. 34.*

In Iberiâ mediâ *nuper* obſeruata eſt haec planta, caeteroquin nullibi mihi intra Florae noſtrae limites viſa. ♃

1285. SISYMBRIUM *amphibium.*

Occurrit etiam in planitici, Tauriae montibus ad iſthmum usque ſubjacentis udis.

1286. SISYMBRIUM *paluſtre.*

Huc referenda eſt, excludenda ſub S. ſylueſtri *icon Flor. dan. t. 931*, ſicut S. islandicum *loc. cit. t. 409.*

1287*. SISYMBRIUM *rigidum.*

S. racemis oppoſitifoliis pedunculatis, filiquis ſubſeſſilibus, foliis lanceolatis runcinato-dentatis.

Heſperis rigida. *Flor. taur. cauc. n. 1318.* (*cum ſynonymis.*) *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 51. Hoffm. hort. moſq. a. 1808. n. 1593.*

Planta S. burſifolio et ſupino omnino proxima et congener.

1288. SISYMBRIUM *murale.*

Si vere ♃ eſt, uti mihi ex plantâ ſupra *radicem* elongatam valde ramoſâ, in collibus cretaceis Tauriae et in lapidoſis circa Odeſſam crescente viſum eſt, erit potius S. ſaxatile *Lamarck et Decand. flor. franc. n. 4155;* ſed inuenta paſſim ſpecimina minora *radicem* monſtrauere tenuem fibroſam; unde de duratione dubium. *Calyx* omnibus haud perfecte glaber ſed ſparſim piloſus. Pro merâ *varietate* pubillâ demum habeo S. vimineum *Flor. taur. cauc. n. 1289;* caute autem hic excludendum eſt S. erucaſtrum *Gouani.*

1292. SISYMBRIUM *Irio.*

Synonymon Jacquini citatum, ob filiquas magis patentes, potius ad S. acutangulum (Sinapin pyrenaicam L.) pertinere videtur.

1293. SISYMBRIUM *Columnae.*

Synonymon adde: Eryſimum folio Sinapi, ſiliquis longiſſimis et ſtrictiſſimis. *Buxb. cent. 5. p. 26. t. 51.* (*apud Linnaeum ſub S. altiſſimo excludendum.*)

1294. SISYMBRIUM *Loeſelii.*

Siliquae multiſtriatae: ſtriâ mediâ ſingulae valvulae magis reliquis prominulâ.

1295. SISYMBRIUM *junceum.*

In campis meridionalibus Roſſiae ad Boryſthenem atque Tyram et ſecundum *Cl. Beſſerum* (*cat. hort. cremenec. a. 1816. p. 133*) etiam in Poloniâ auſtraliori reperitur.

1296. SISYMBRIUM *pumilum.*

Synonyma adde: *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 50. Hoffm. hort. mosq. a. 1808. n. 3088.*

1302. ERYSIMUM *aureum.*

Definiatur: E. foliis lanceolatis dentatis pubescentibus viridibus, ramis ſiliquisque patentibus, ſtyli longitudine latitudinem ſiliquae ſubaequante.

Pube ſtellulatâ ſparſâ, *ramis* patulis, *ſiliquis* patentibus parum elongatis conuenit cum E. cheiranthoide et cum affini,

inter utrumque veluti mediâ, in Ucraniae ſyluis occurrente ſpecie, quae mihi eſt

* ERYSIMUM *ſyluaticum.*

E. foliis lanceolatis remote-ſubdentatis pubescentibus viridibus, ramis filiqui-que patentibus, ſtyli longitudine latitudinem filiquae duplo ſuperante.

Flores mediae magnitudinis inter E. cheiranthoides et aureum. *Corolla* quidquam pallidior. Dentes *foliorum* remoti rari parui arguti, paſſim deficiunt. Longe propius ad *E. cheiranthoides* accedit, quam *E. hieraciſolium auctorum*, cui ſimillimum *E. Marſchallianum* (*Andrzejowski in litteris*) tamen, ut videtur, foliis filiquis-que ſtrictioribus, his breuioribus diuerſum, in Ucraniâ, paſſim et in Podoliâ occurrit.

1303. ERYSIMUM *grandiflorum.*

Definiatur: E. foliis lanceolatis remote-ſubdentatis pubescentibus ſubincanis, ramis paucis rectiusculis, ſiliquis erectis, ſtyli longitudine ſiliquae latitudinem duplo ſuperante.

In campis elatis ad Tanain inferiorem paſſim copioſum, circa Charkoviam quoque occurrit.

Magis pubescit quam E. cheiranthoides, longe vero minus quam E. diffuſum, quoad *pubem* et *folia* E. odorato *Ehrharti* ſimile, a quo tamen, praeter alias notas, *ſiliquis* rectioribus et longitudine *ſtyli* manifeſto differt.

Synonyma Jacquini, Cranzii et Cluſii videntur excludenda, quippe quae ſpeciem magis incanam atque anguſtifoliam, E. diffuſo propiorem et fortaſſis a Cheiranthо alpino *Linnaei* non diuerſam ſpectant. Conſer *Wahlenberg flor. lapp. n. 233.*

1304. CHEIRANTHUS *ibericus.*

Synonymon adde: *Hoffm. hort. mosq. a. 1808. n. 831.*

In alpibus Kubenſibus circa torrentem Jucharibaſch hunc legit *Steuen ſec. mem. ſoc. nat. cur. moſq. 3. p. 270.*

Nulla hujus cum Eryſimo Barbareâ analogia, nec *folia* radicalia lyrata, nec caulina obtuſa; quapropter „Ch. (*iberi-*„*cus*) foliis radicalibus lyratis, caulinis ouatis obtuſis angulato-„ſubdentatis *Willd. enum. hort. berol. p. 681. Schultes obs.* „*p. 129*„ diuerſa a noſtrâ mihique ignota planta eſt. Notatu vero dignum, Barbaream ad ſcaturagines in ascenſu montis Kaiſchaur juxta Ch. ibericum copioſe nasci; prioris ibidem et femina legi, quae *b. Willdenouio* communicaſſe mihi videor, unde falſus iſte Ch. ibericus fortaſſis originem traxit.

1305. CHEIRANTHUS *collinus.*

Pili totius plantae ſtellulati, in *ſiliquis* copioſi atque intricati. *Styli* longitudo latitudinem filiquae vix excedens.

1306. CHEIRANTHUS *leptophyllus.*

Sicuti affines ♂ videtur. *Folia* radicalia ſubinde dente uno alteroue praedita. *Styli* longitudo latitudinem ſiliquae vix ſuperans et pili in *ſiliquâ* ſtellulati in hoc et in affini Ch. verſicolore.

1307. CHEIRANTHUS *verſicolor.*

Synonymon adde: Ch. leucanthemus. *Hoffm. hort. moſq. a. 1808. n. 833.*

In transwolgenſibus circa lacum Inderienſem albifloram varietatem legit *D. Tauſcher.*

1308. CHEIRANTHUS *cuſpidatus.*

Synonyma adde: *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 51. Hoffm. hort. moſq. a. 1808. n. 828. Beſſer cat. hort. crem. a. 1816. p. 36.*

Ch. planifolius *Waldſt. et Kit.*

Leucojum orientale luteum, foliis dentatis, filiquis planis. *Tournef. cor. p. 16.*

Siliqua ſtylo triplo fere longior in hoc et in Ch. anguſtifolio.

1309. CHEIRANTHUS *quadrangulus.*

Synonyma adde: Eryſimum ſeſſiliflorum. *Aiton kew. ed. 2. vol. 4. p. 116.*

Ch. angulatus. *Schultes obſ. p. 129.*

In arenoſis ad Hypanin prope Nikolaef etiam reperitur.

1310. CHEIRANTHUS *filiculoſus.*

In defertorum meridionalium arenâ mobili ad Wolgam, Jaicum, Cumam praecedente magis communis eſt, et hunc potiſſimum ſub Ch. montano *Pallaſii* intelligendum eſſe arbitror. *Styli* ad *filiculam* ratio eadem fere, quae in praecedente.

Cheiranthi: cuspidatus, anguſtifolius (arenae mobili Ucraniae familiaris), quadrangulus et filiculoſus haud inepte proprium conſtituent genus.

1313. CHEIRANTHUS *odoratiſſimus.*

Synonyma adde: *Marſch. caſp. p. 82. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 51.*

Matthiola odoratiſſima. *Botan. magaz. 1711.*

Huic ſimillimus *Ch. triſtis*, Galliae auſtralioris incola differt tantum *foliis* in uniuerſum anguſtioribus, *floribus* nonnihil minoribus et praeſertim *ſtigmate* truncato-emarginato: tuberculis 2 acutiusculis intra fiſſuram, nec ſubrotundo ſulco ſimplici anguſto diuiſo.

348*. STERIGMOSTEMUM. Stamina longiora baſi per paria connata. Siliqua articulis monoſpermis dehiscens.

1313*. STERIGMOSTEMUM *tomentoſum.*

St. foliis runcinato-pinnatifidis tomentoſis, ſiliquis incanis laeuibus.

Cheiranthus tomentoſus. *Flor. taur. cauc. n. 1311.* (*cum ſynonymis.*)

Ch. nitrarius. *Pall. nou. it. 1. p. 105.*

Ch. ſinuatus? *Pall. it. 2. p. 329, 489.*

Pubes foliorum et ſiliquarum ſtellulata intricata.

1313**. STERIGMOSTEMUM *incanum.*

St. foliis ſinuato-dentatis incanis, ſiliquis incanis hirtis.

Cheiranthus toruloſus. *Flor. taur. cauc. n. 1312.*

Heſperis minor folio Ocimi, ſiliquis tortuoſis. *Buxb. cent. 5. p. 7. t. 52. f. 2?* (*Varietas latifolia.*)

Pili omnium partium et hnic ſtellulati, ſed minus criſpati et implexi quam in praecedente. *Siliquae*, praeter dictam pubem, ſetis abbreuiatis eminentibus glochidatis exaſperatae.

1317. HESPERIS *contortuplicata*.

Synonyma adde: *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 51. Hoffm. hort. mosq. a. 1808. n. 825. (ſub Cheiranthо.)*

349*. ALLIARIA. Calyx laxus, caducus. Siliqua ſtriata: valuis ſtriâ carinali angulatis. Stylus breuiſſimus: latitudine Stigmatis depreſſi. Semina ſubcylindrica.

1317*. ALLIARIA *officinalis*.

A. ſiliquis lineari-prismaticis pedicello multoties longioribus.

A. officinalis. *Andrzejowski Crucif. manuſcr.*

Eryſimum Alliaria. *Flor. taur. cauc. n. 1299. (cum ſynonymis.) Flor. dan. t. 935.*

Arabis petiolata. *Flor. taur. cauc. n. 1322. (ex ſpecimine ſicco vetulo falſo pro diſtinctâ plantâ propoſita.)*

Heſperis Alliaria. *Lamarck et Decand. flor. franc. n. 4125.*

1317**. ALLIARIA *brachycarpa*.

A. ſiliquis lanceolatis longitudine pedicelli.

Raphanus rotundifolius. *Flor. taur. cauc. n. 1332. (cum ſynonymo.) Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 52. Hoffm. hort. moſq. a. 1808. n. 2656.*

Alliariae genus ab Eryſimo valde recedens, Heſperi proximum eſt, quâcum conjungunt *Brotero et auctores florae*

francicae. Speciem caucaſicam, olim pro Raphano recenſitam, accepto poſtmodum fructu maturo, Alliariae congenerem eſſe agnoui, a quâ habitu quoque non aliena eſt. *Semina* vulgaris ſpeciei ſtriata, caucaſicae ſcrobiculis plurimis exarata. In hac notabilis *filiquae* pars ſtylo annexa abortum patitur. unde tota ſiliqua *ſtylo* longicolli videtur acuminata, qui reuerâ, ut in vulgari ſpecie, breuiſſimus eſt. Parem *fructus* conformationem infra ſub Braſſicâ auſtriacâ notabimus. Videndum, anne Siſymbria burſifolium, ſupinum et rigidum Alliariae genus potius ſpectent.

1319. ARABIS *albida*.

A. foliis cano-villoſis ſubtomentoſis groſſe dentatis: radicalibus obouato-oblongis, caulinis cordato-ſagittatis amplexicaulibus; racemo fructifero ſiliquisque erecto-patulis glabris.

A. albida Steueni. *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 51. Beſſer catal. hort. crem. a. 1816. p. 14.*

A. (*caucaſica*) foliis ſpathulato-oblongis canescentibus aequaliter groſſe dentatis: caulinis ſagittatis amplexicaulibus baſi integerrimis. *Willd. enum. hort. berol ſuppl. p. 45.*

A. alpina. *Flor. taur. cauc. n. 1319. (excluſis ſynonymis praeter Pallaſii.) Steuen in mem. ſoc. nat. cur. moſq. 3. p. 270.*

Cheiranthus (*mollis*) pubescens, foliis obouatis groſſe ſerratis, ſuperioribus ſagittato-amplexicaulibus, ſiliquis compreſſis glabris, caulibus decumbentibus ramoſis. *Hornem. hort. haſn. a. 1813. p. 615.*

Occurrit etiam in ſcaturiginoſis alpinis Caucaſi orientalis circa Sudur.

Caules ſteriles repentes: *foliis* confertis minoribus magisque tomentoſis quam caulium floridorum. *Pubes* ſtellulata, ſicut in plerisque congeneribus. Tempore florescentiae *race-*

mus piſtillaque pubescunt, quae poſtea villoſitatem omnem exuunt. *Pube* copioſiore caulis atque foliorum et magnitudine *florum* praeſertim ab affini A. alpinâ dignoscitur. Sed et haec *floribus* variare videtur; paruifloram enim fiſtit *Flor. dan. t. 62*, contra floribus noſtrae A. albidae magnitudine parum ce-dentibus *Engl. bot. t. 226.*

1320. ARABIS *thaliana.*

Synonymon adde: *Flor. dan. t. 1106.*

1320*. ARABIS *petraea.*

A. foliis oblongis obtuſis baſi attenuatis: inferioribus in-ciſo-ſubdentatis ciliatis, ſuperioribus integerrimis cauleque glabris, ſiliquis racemoſis patulis.

A. foliis radicalibus longis dentato-ſinuatis ſublyratis glabriusculis. *Lam. dict. enc. bot. 1. p. 221. Perſoon enchirid. 2. p. 205. Lamarck et Decand. flor. franc. n. 4187.*

In alpibus Caucaſicis, nec non in Sibiriâ orientali ad fluvium Wilui reperitur. ♃

Ab A. hiſpidâ *Perſoon loc. cit.* ſeu A. petraeâ *Sternb. et Hoppe in mem. ſoc. bot. ratisb. a. 1818. p. 127*, qui Cardaminen petraeam et Arabin hiſpidam *Linnaei* ſicut Arabin Crantzianam *Willdenouii* identicas eſſe monſtrant, paruitate *florum* magnitudine Turritis glabrae flores vix ſuperantium, tum *racemis* magis multifloris tantummodo differt, quoad reliqua auſtriacae, quam coram habeo, Cardimini petraeae *Linn.* ſimillima. Specie tamen non eſſe ſeparandas, tanto quidem confidentius aſſero, quod ſpecimina ſibirica habeam quoad florum magnitudinem et numerum inter utramque medium obtinentia. A. petraea *Flor. franc.* quoad flores conueniens cum noſtrâ, foliis tamen magis diſſectis ab hac et ab auſtriacâ aberrat.

1322*. ARABIS *mollis.*

A. foliis cordato-ſubrotundis: radicalibus longe petiolatis groſſe crenatis, caulinis [illegible]icaulibus inciſo-ſerratis caulequе adſcendente pubescentibus. *Steuen in mem. ſoc. nat. cur. moſq. 3. p. 270.*

Habitat in ditionis Kubenſis Caucaſi orientalis alpinis, verſus fontes torrentis Jucharibaſch, in rupium umbrâ. ♂?

Planta facie Eryſimi Alliariae, tota pube exili ſtellulatâ obſita pallide virens. *Caulis* adſcendens ſimplex incano-pubeſcens. *Folia* magnitudine Alliariae: *radicalia* longe petiolata obtuſa, dentibus magnis obtuſis; *caulina* adſcendendo breuiora acutioraque, dentibus acutioribus profundioribusque, baſi cordata ſubamplexicaulia. *Flores* magnitudine florum A. alpinae. *Calyx* incanus. *Petala* calyce duplo longiora alba: laminâ obouatâ. *Pedicelli* fructus erectiuſculi pubescentes. *Siliquae* generis ancipites venoſo-ſtriatae, in medio non carinatae ſubarcuatae glabrae pedicello quintuplo longiores: *ſtigmate* ſubſeſſili. *Semina* compreſſa rufa.

Incognita hucusque ſpecies eſt, in campis apricis ad Wolgam inferiorem haud procul coloniâ Sareptanâ, tum in collibus Boryſtheni vicinis Novae Roſſiae circa Catherinoslaw occurrens

* ARABIS *toxophylla.*

A. foliis oblongis incano-pubescentibus: infimis baſi attenuatis ſubſinuato-dentatis, ſuperioribus ſagittato-lanceolatis integerrimis ſeſſilibus, caulibus erectis patulo-ramoſis, ſiliquis patentibus.

Radix videtur biennis. *Habitus* paniculato-ramoſus A. thalianae, ſed robuſtior. *Pubes* ſtellulata baſcos plantae inſignis, ſurſum decrescit et demum pene euanescit. *Racemi* pa-

niculati multiflori. *Flores* vix minores floribus A. alpinae. *Pedicelli* fructus patuli, a quibus *siliquae*, quas maturas haud vidi, furfum quidquam diuergunt.

1324. TURRITIS *hirsuta*.

Pili caulis et foliorum patuli: alii furcati, alii in fuperiore inprimis plantae parte fimplices. *Caulis* fupra folia cum racemo glaberrimus. *Rami* floriferi quandoque nulli, faepius fub racemo terminali aliqui ipfo multo breuiores ftricti. *Siliquae* cauli adpreffae: valuis planis peranguftis, fubtiliter ftriatis: ftriâ carinali caeteris vix infigniore; nec tetragonae. Eft ergo noftra, non folum Tauriae atque Caucafo fed et Ucraniae familiaris: „T. (*plan ifiliqua*) hirta, pilis caulinis furca„tis depreffis, filiquis planis *Perfoon enchirid.* 2. *p.* 205. T. „Gerardi. *Befer galic. n. 824.* Arabis fagittata. *Decand. flor.* „*franc. 6. fuppl. p. 593. n. 4179*„, a quà T. hirfuta *Smith brit. p. 716* praefertim filiquis quadrangularibus discrepat. *Icon Flor. dan. t. 1040*, quam *Cl. Smith* ad fuam refert, meae quoque haud repugnat.

1325*. BRASSICA *auftriaca*.

Br. foliis cordatis amplexicaulibus integerrimis glabris. filiquis tetragonis elenato-fulcatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 546. Jacq. auftr. 3. p. 46. t. 283.*

Crescit in ficcis petrofis circa thermas Conftantinomontanas, nec non in Iberiâ mediâ. Floret Majo, Junio. ⊙

Similima Br. orientali, fed diftincta *floribus* nonnihil minoribus: *corolâ* luteà; *filiquarum* ftrictiorum valuis. praeter angulum carinalem, lateribus utrinque ftriâ eleuatâ diftinctis, a quâ venae tranfuerfales, hinc ad marginem, illinc ad carinam excurrunt. *Semina* nonnulla ftylo proxima faepe

caſſa reperiuntur, quo facto filiquae apex attenuatus *ſtylum* longiusculum mentitur, qui reuerâ, ſicut in Br. orientali, breuiſſimus eſt.

1326. BRASSICA *campeſtris.*

Ea, quam equidem intelligo, Br. Napo admodum affinis, diuerſiſſima eſt a Br. campeſtri *Flor. dan. t. 550*, habitu ſicut ſtylo breuiſſimo potius Br. orientali ejusque affinibus analogâ.

1328. SINAPIS *aruenſis.*

Siliquae mox hiſpidae mox glabrae: *valuis* praeter angulum dorſalem utrinque lineâ elevatâ inſigni diuiſis, ſubocto angulares: *roſtro* ancipiti pariter angulato biloculari: altero loculo ſaepe fertili, quandoque utroque abortiente. *Varietas* elatior valde ramoſa, *foliis* fere ut in S. nigrâ: inferioribus lyratis, lobo extimo maximo trilobo, intermediis ſimplicibus trilobis, ſuperioribus indiuiſis, paſſim ad Caucaſum et per Roſſiam auſtraliorem occurrens ulterius examinanda eſt, anne conſtantibus caracteribus a vulgari discedat.

1328*. SINAPIS *taurica.*

S. ſiliquis tetragonis glabris ſtrictis: roſtro ancipiti valuis vix anguſtiore.

S. taurica. *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 51.*

Habitat in elatis ſiccis Tauriae meridionalis, circa ruinas arcis Inkiermen. ⊙

Similis S. nigrae quoad *habitum*, *folia*, *inflorescentiam* et *flores*, quamuis ex loco natali arido minus ſit elata. *Differt* potiſſimum *ſiliquis* in roſtrum anceps ipſis vix anguſtius obtuſiusculum quandoque baſi monoſpermum abeuntibus; quum S. nigrae *ſiliquae* roſtro ſubulato ſterili ipſis multo angu-

flore terminentur. *Semina* adhuc minora quam S. nigrae, rufa.

* *Erucaria aleppica Gaertn. fruct. 2. p. 298. t. 143,* fecundum fragmenta racemi fructiferi, plantae circa Derbentum lectae, Florae noſtrae ciuis eſſe videtur. Quum autem, praeter ſat conuenientes cum *Gaertneri icone citatâ* fructus, nil ultro ad hanc plantam pertinens hucusque inter Caucaſicas viderim, ferie indigenarum eam comprehendere nolui.

1329. RAPHANUS *ibericus.*

Frequens in Caucaſi orientalis lapidoſis ſubalpinis circa Chinalug, totus odore ſorti nauſeoſo pollens, teſte *Steueno in mem. ſoc. nat. cur. mosq. 3. p. 270.*

Siliquâ utrinque articulis monoſpermis cum adhaerente valuulae parte dehiscente cum R. tenello conuenit, adeoque *Choriſpermi* recenter conſtituto generi annumerandus eſt.

Variat foliis ſinuato-dentatis. Huic et R. ſibirico congener et affinis quoque eſt Braſſica ſubularia *Brotero.*

1330. RAPHANUS *tenellus.*

Definiatur: R. ſiliquis toroſo-articulatis patentibus: junioribus glanduloſo-hirtis, ſtylo enſiformi longioribus; foliis lanceolato-oblongis hirtis: radicalibus runcinatis, caulinis dentatis.

Synonymon adde: Choriſpermum tenellum. *Aiton kew. ed. 2. vol. 4. p. 129.*

Euagatur usque in Ucraniam, in cretaceis haud procul fluuio Donez circa oppidum Isjum proueniens.

Ex ſpeciminibus junioribus fructu deſtitutis videtur ortus: Cheiranthus taraxacifolius *Schrank in mem. ſoc. bot. ratisb.*

a. 1818. p. 164. n. 39; an etiam hujus nominis planta apud *Willd. ſpec. 3. p. 525?*

His proximus eſt, circa lacum Inderienſem a *Tauſchero* detectus „R. (*ſtrictus Fiſcher in herbar. gorenk.*) filiquis to„roſis erectis: junioribus piloſiusculis, ſtylo ſubulato multoties „longioribus; foliis lineari-lanceolatis piloſiusculis dentatis: „ſummis integerrimis.„

1331. RAPHANUS *laeuigatus.*

Synonymon adde: *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 52.*

1333. CLEOME *ornithopodioides.*

Folia floralia infima ternata, pleraque ſimplicia. *Calyx* luteo-viridis margine violaceus. *Petala* alba maculâ disci magnâ atroviolaceâ. *Pedicelli* fructus purpurei glabriusculi, in quibus *filiquae* ipſis paullo longior recta ſtriata toruloſa parum nutat. *Semina* globoſa fuſca, ad lentem punctis plurimis prominulis inaequalia.

Taurica planta *pilis* omnium partium glanduliferis praepollens *foliola* quoque paullo quam *iberica* anguſtiora et acutiora ſaepiſſime conduplicata habet. Caeteris ambae conueniunt.

MONADELPHIA.

PENTANDRIA.

1334. ERODIUM *anthemifolium.*

Lacinulae tantum *foliorum* fuperiorum acutiusculae, inferiorum vero obtufae.

1334*. ERODIUM *fumarioides.*

E. pedunculis multifloris foliisque interrupte pinnatis pubescentibus: pinnis pinnatifidis, laciniis incifis obtufis; petalis emarginatis calyce villofo fubmutico duplo longioribus, caule fimplici proftrato. *Steuen in mem. foc. nat. cur. mofq. 4. p. 49.*

Habitat ad riuulos alpis Schadagh Caucafi orientalis. Floret Junio. ♃

Facies E. anthemifolii, a quo differt *caule* non dichotomo, *petiolis* longis, *foliorum* minus canescentium lacinulis obtufioribus, *pedunculis* longis faepe radicalibus, minus multifloris; *pedicellis* breuioribus, *calycibus* villis albis longiusculis (*fimplicibus, nec breuibus glanduliferis*) pubescentibus. Ab E. abfinthioide *diuerfum foliorum* lacinulis breuibus obtufis nec lanceolatis acutis, *pube* minus canà, *calycibus* villofis nec incanis tantum, *petalis* calyce duplo nec paullo longioribus. *Petala* violacea obfcurius ftriata. *Arilli* hirfuti. *Steuen loc. cit.*

Habitu, foliis et *pube* refert *varietatem* humilem depreffam E. ciconii, a quo vero, praeter alias notas, defectu ariftarum elongatarum in *foliolis calycinis* illico *dignofcitur.*

MONADELPHIA.

DECANDRIA.

1339. GERANIUM *sibiricum.*

In ripâ praeruptâ fluuii Terek circa Wladikawkas Septembri florens legit *Steuen, secundum mem. soc. nat. cur. mosq. 4. p. 50.*

1341. GERANIUM *radicatum.*

Synonyma adde: *Catal. hort. gorenk. a.* 1812. *p.* 54.

G. tuberosum. *Decand. flor. franc. 6. suppl. p. 628. n. 4542a.*

Planta iberica *foliorum* imprimis floralium segmenta minus incisa habet quam taurica.

1342. GERANIUM *tuberosum.*

Synonyma adde: *Pall. it. 3. p. 653.*

G. (*linearilobum*) pedunculis bifloris, foliis palmato-partitis: lobis radicalium tripartitis, superiorum integris linearibus obtusis, radice tuberosâ. *Decand. flor. franc. 6. suppl. p. 629.* (*in notâ ad n. 4542a.*)

1343. GERANIUM *ibericum.*

Synonyma adde: *Bot. magaz.*

G. grandiflorum. *Güldenst. it. 1. p. 426.*

1344. GERANIUM *ſylvaticum.*

Synonymon adde: *Gmel. ſib. 3. p. 275. n. 5.*

Caulis atque *petioli* pilis reuerſis ad angulum acutum patulis hirſuti, qui copioſi in ſeptentrionali, in iberico longe rariores ſunt.

1345. GERANIUM *pratenſe.*

Synonymon adde: *Gmel. ſib. 3. p. 274. n. 4.*

1346. GERANIUM *collinum.*

In Tauriae montibus reperitur.

Pili *caulis* et *petiolorum* parui retrorſum proſtrati; in affini G. paluſtri multo majores reuerſi ad angulum acutum patuli, unde in hoc hiſpiditas *caulis, petiolorum*, ſaepius quoque *pedunculorum* inſignis. Datur *varietas* G. collini *florum* magnitudine G. paluſtri vix cedens, cujus *corolla* minus in coeruleum vergit. *Antherae* omnium varietatum violaceae, nec luteae. *Semina* ad lentem ſubtiliſſime reticulata.

1347. GERANIUM *albanum.*

Synonymon adde: G. (*criſtatum*) perenne, pedunculis bifloris, foliis reniformibus ſeptemlobis: lobis trifidis laciniis tridentatis, caule flaccido ſimplici, arillis criſtatis. *Steuen in mem. ſoc. nat. cur. moſq. 4. p. 50.*

In ſubalpinis Caucaſi orientalis ad torrentem Jucharibaſch etiam reperitur.

Arillorum rugae ſingulae in medio protuberant in dentem viridem barbatum, qui dentes criſtam *ſeminis* dorſalem conſtituunt.

1348. GERANIUM *pyrenaicum.*

Synonymon adde: *Engl. bot. 405!*

Cultum in hortis botanicis variis G. umbrosum *Waldst. et Kit.* ab hoc nullo modo *differt:* ambobus *arilli* lacuis pubescentes, *semina* lacuia.

1349. GERANIUM *pallens.*

Semina foroiculis minutis inaequalia veluti reticulata, quod hujus cum G. rotundifolio affinitatem confirmat.

1352. GERANIUM *pusillum.*

Synonymon adde: G. columbinum majus, flore minore coeruleo. *Vaill. paris. t. 15. f. 1.*

1353. GERANIUM *dissectum.*

Synonymon adde: *Flor. dan. t. 936.*

1354. GERANIUM *columbinum.*

Synonymon adde: *Flor. dan. t. 1222.*

1356. GERANIUM *purpureum.*

Pro *varietate* G. robertiani modo habeo, quocum etiam convenit *fructus rostro* quousque demum dissilit glabro: sulcis coloratis.

MONADELPHIA.

POLYANDRIA.

1360. ALTHAEA *cannabina.*

Pedunculos ſaepiſſime biſurcos, *petala* apice crenulata roſea A. cannabinae, contra *pedunculos* vulgo unifloros, *petala* emarginata pallide-violacea A. narbonenſi adſcribunt auctores *flor. francicae;* noſtra igitur, *pedunculos* conſtanter unifloros et *petala* evidenter emarginata habens, ſecundum haſce notas A. narbonenſis *florae francicae* eſſet, quamvis *corollae* color in noſtrâ amoene roſeus ſit, nec pallide-violaceus. Id tamen pro certo affirmabo, meam non differre ab auſtriacâ A. cannabinâ *Jacquini, Scopolii* et *Cluſii.*

1365. LAUATERA *biennis.*

Rariſſimam hancce *plantam*, poſt iter meum perſicum a. 1796, a nullo peregrinatore repertam, nuper pro L. luſitanicâ (a quâ longe aliena eſt) *in horto imperiali Paulowskiano*, ex ſeminibus, ni fallor, pariſinis nec caucaſicis cultam vidi et ſpecimen inde obtinui caucaſicae ſimillimum.

DIADELPHIA.

HEXANDRIA.

1369 FUMARIA *fabacea.*

Synonymon adde: F. intermedia. *Güldenſt. it. 1. p. 195.*

Habitu magis accedit ad F. Halleri, quam ad F. cauam (bulboſam *Willd.*), pro cujus *varietate* minore proponitur a *Cl. Wahlenberg flor. lapp. ſub n. 339.*

1371. FUMARIA *anguſtifolia.*

Synonymon adde: F. caucaſica Adami. *Hoffm. hort. moſq. a. 1808. n. 1394.*

1372. FUMARIA *officinalis.*

Folia vulgo in noſtrate tenuia, ut in F. foliis tenniſſimis *Vaill. paris. t. 10. f. 5,* quam ad F. paruiflorам trahunt; ſed *fructus* nequaquam acuti, neque etiam retuſi, ſed globoſi apice rotundati cum ſtyli rudimento medio minimo, ruguloſi; tales plane, quales et in *varietate* majore: latioribus foliis deprehendo. *Flores* parui albidi, incarnati, vel roſei, ſemper apice ſature purpurei.

DIADELPHIA.

OCTANDRIA.

1373. POLYGALA *vulgaris.*

Reperitur etiam in ſubalpinis Caucaſi ſeptentrionalis. *Varietas* minor: floribus ochroleucis in campeſtribus Beſſarabiae, inter Eliſabethgrad et Nikolaef paſſim abundat. De varietatibus conf. *Decand. flor. franc. 6. ſuppl. p. 386.*

1374. POLYGALA *major.*

Fructus thecapodio lineam et ultra longo fultus in hac, in affinibus intra calycem ſeſſilis: bene animaduertentibus *Cl. Wahlenbergio carp. n. 702 et Decand. flor. franc. 6. ſuppl. p. 386.*

DIADELPHIA.

DECANDRIA.

1378. GENISTA *albida.*

Ad latera montis Beſchtau, nec non in lapidoſis Beſſarabiae ad riuum Gromoklei reperitur.

Legumina valde tomentosa, *pedicello* manifesto, quamuis perbreui imposita, qui in florente vix apparet.

1378*. GENISTA *depressa*.

G. (inermis) foliis simplicibus lanceolatis acutis adpresso-pilosis, pedunculis axillaribus breuibus, corollis glabris, caulibus decumbentibus: ramis floriferis triquetris adscendentibus.

Habitat in Tauriae maxime meridionalis montosis. ♃ ♄

Statura et *habitus* G. diffusae. *Caules* quaquauersum procumbentes tenues vix pedales: *ramis* floriferis copiosis surrectis digitalibus seu dodrantalibus gracilibus triquetris, lateribus lineâ prominulâ diuisis, pilis sparsis incumbentibus sericeis magis minusue pubescentibus. *Folia* saepius anguste-lanceolata, interdum lanceolato-elliptica, margine et subtus tota sparsim sericeo-pilosa, supra neruo tantum medio vulgo pilosulo. *Flores* axillares solitarii pedicello circiter lineam longo sulti, in *racemum* breuem foliosum digesti: formâ magnitudineque G. tinctoriae, nisi quod *calycis* sericeo-pilosi dentes quidquam sint longiores et tenuiores. *Legumen* mihi ignotum, *germen* vero pilis sericeis parcis pubescit. *Foliis* undique pilosis potissimum a G. diffusâ, foliis glabris margine subciliatis praeditâ *dignoscitur*.

1382. ANTHYLLIS *Vulneraria*.

In Tauriae maxime meridionalis montibus occurrit *varietas* elegans, tota pube pure albâ, nec ut in communi fordide albicante vestita; *foliorum* caulinorum pinnis minus inaequalibus; *calyce* basi praesertim minus hirsuto, apice purpureo, *corollâ* albâ: carinâ apice atro-violaceâ.

1385. OROBUS *hirſutus.*

Synonyma adde: O. *(laxiflorus)* villoſus, foliolis conjugatis ouatis acutis, ſtipulis maximis ſagittatis, floribus laxe racemoſis, laciniis calicinis ſubulato-ſetaceis. *Desfont. in annal. mus. paris. a. 1808. 12. p. 56. t. 8.*

O. creticus latifolius incanus. *Tournef. cor. p. 26.*

Per Iberiam et Caucaſum orientalem etiam nascitur, teſte *Steueno in mem. ſoc. nat. cur. mosq. 4. p. 50.*

Flores nunquam vidi ultra quinque in ſingulo pedunculo. *Calycina* ſegmenta ciliis albis raris longis praedita, ipſa elongata, ita, ut *Willdenouio,* plantam ad ſicca ſpecimina deſcribenti potuerint videri corollam ſubaequantia.

1385*. OROBUS *formoſus.*

O. foliis conjugatis petiolatis *(venoſis)* glaberrimis, pedunculis unifloris. *Steuen in mem. ſoc. nat. cur. moſq. 4. p. 50.*

Piſum Ochrus. *Habl. ap. S. G. Gmel. it. 4. p. 171.*

Ad radices alpis Tyfendagh Caucaſi orientalis, circa fontes torrentis Chodjal, inter ſchiſti fragmenta nascitur. Floret Junio. ♃

Planta glaberrima. *Caules* filiformes decumbentes. *Foliola* (ſubrotundo-) ouata ſubcordata obliqua obtuſiuscula (cum mucrone minuto) glaucescentia: venis prominulis *Cirrhus* breuiſſimus (reflexus). *Stipulae* paruae (ſemicordatae acuminatae): dentibus 3-4 breuibus. *Pedunculi* axillares folio (haud multo) longiores recti, ſub flore ariſtati. (*Calycis* dentes ſubulato-lanceolati ſubaequales). *Corolla* amoene purpurea magnitudine O. verni: unguibus calycem aequantibus. *Legumen* lanceolatum glabrum. *Steuen loc. cit.*

1386. OROBUS *luteus.*

Definiatur: O. foliis fubquadrijugis ouatis acutis, ftipulis femifagittatis fubdentatis, caule fubramofo, calycis dentibus duobus breviffimis, germine intra calycem feffili.

Cirrhi breuiffimi fimplices. *Calyx:* dentibus 2 fuperioribus obfoletis, 2 lateralibus triangulari-ouatis acutis, infimo fubulato longiore. *Petala* omnia fubaequalia.

1386*. OROBUS *aurantius.*

O. foliis fubquinquejugis ouatis acutis, calycis dentibus 4 breuiffimis, germine intra calycem pedicellato.

Habitat in Iberiâ occidentali. *D. Steuen.* 2

Plantae praecedenti fimilis pedunculum florif rum folimmque folum poffideo, ex quibus attamen de discrimine fpeciei fatis conftat. *Differt* a praecedente *calyce* breuiore magis villofo poftice oblique truncato: dentibus 4 obfoletis, infimo tantum fubulato, *corollâ* intenfe luteâ: vexillo carinam alis longiorem fubaequante, *ftigmate* undique barbato, nec fuperne tantum pubescente; *germine* pedicello calycem aequanti impofito. Toto habitu, ficut colore floris, cum O. croceo *Desfont. in annal. mus. paris. 12. p. 59. t. 9* conueni!, qui attamen calycinis dentibus omnibus acutis parum inaequalibus manifefte differt.

1387. OROBUS *lacteus.*

Synonyma adde: *Beffer catal. hort. cremenec. a. 1816. p. 95.*

β. elatior, ramofior, vexillo carneo alis carinâque ochroleucis.

O. (*varius*) foliis fubquadrijugis lineari-lanceolatis, ftipulis femifagittatis integerrimis, caule alato fuperne fubramofo.

Botan. magaz. 675. Perſoon enchirid. 2. p. 303. Willd. enum. hort. berol. p. 758.

O. verſicolor. *Linn. ſyſt. ed. Gmel. 2. vol. 2. p. 1108.*

Radix et hujus ex fibris compluribus ad exortum attenuatis carnoſis componitur, quae tamen multo longiores et minus craſſae ſunt, quam in affini O. albo. *Stipulae* non ſemper baſi dentatae. *Stylus* apicem verſus leuiter incraſſatus. *Varietas β* campis Nouae Roſſiae et Tanai finitimis familiaris eſt.

O. anguſtifolius *Linnaei* eſt planta mihi dubia, defectu *cirrhorum* ab omnibus noſtris diſtincta. Verum citata ſub hoc *icon Florae ſibiricae 4. t. 5* foliorum coſtam in brenem cirrhum definentem exhibet. *Flores* O. anguſtifolii lutei ſecundum *Linnaeum*, purpurei ſecundum *Gmelinum*, albidi in ſiccis ſed rubicundi in udis ſecundum *Palläſium it. 3. p. 507.*

1388. OROBUS *pallescens.*

Synonymon adde: O. orientalis foliis fere radialis, flore magno candido. *Tournef. cor. p. 26.*

Huic omnium proximus eſt *O. filiformis* (O. canescens *Linn.*) Galliae auſtralis incola. Differt ſolummodo *pedunculo* in quovis *caule* tantum unico hunc exſuperante, *calycis* dentibus latioribus breuioribusque et colore *corollae*. A binis ſubſequentibus, quibuscum *corollâ* coerulescente conuenit, praeter *calycem* obtuſum, *foliorum* coſtâ minus abbreuiatâ etiam diſcrepat.

1389. OROBUS *digitatus.*

Definiatur: O. foliis bijugis lanceolato-ſubulatis: foliolis approximatis, ſtipulis ſemiſagittatis, caule ſimplici, calyce petalorum ungues aequante.

Synonymon adde: O. foliis quaternis lineari-fubulatis, calyce tubum corollae, carinâ alas fubaequante. *Steuen in mem. foc. nat. cur. mofq. 4. p. 51.*

1389*. OROBUS *cyaneus.*

O. foliis bijugis lanceolato-fubulatis: foliolis approximatis, ſtipulis ſemiſagittatis, caule ſimplici, calyce petalorum unguibus breuiore.

O foliis quaternis enſiformibus, calyce tubo corollae, carinâ alis breuiore. *Steuen in mem. ſoc. nat. cur. mosq. 4. p. 51.*

Habitat in ſubalpinis Caucaſi orientalis atque Cabardinici circa Nartſana, nec non in Iberiâ occidentali. Floret Junio. 2

Simillimus O. digitato; *dignoscitur foliis ſtipulisque* nonnihil latioribus, neruis *foliorum* principalibus 5-7 nec 11-13, *pedunculis* quidquam longioribus minus multifloris, *calycibus* praeſertim breuioribus, *corollis* majoribus intenſe coeruleis: *petalorum* omnium unguibus ratione calycis, alis vero ratione carinae longioribus.

Utrum *Tournefortii ſynonymon* ad hunc transferendum ſit, vel ſub praecedente relinquendum, equidem non determinabo, ob affinitatem horum ſummam; ſed *Buxbaumii* plantam, ſub praecedente allegatam, O. cyaneo potiſſimum reſpondere, monente *Steueno loc. cit.*, facile concedo.

1391. LATHYRUS *Aphaca.*

Pedunculum ſupra florem longe ariſtatum, uti *Hallerus loc. cit*, in meis non video; ſed *bracteam* ſubulatam minimam ſub pedicello, a flore remotam.

1392. LATHYRUS *Niſſolia.*

Pedunculis biflоris variat. *Stipulae* minimae capillares nec in hoc deſiderantur, recte monente *Cl. Schulteſio obſerv. p. 147*, nec in Aphacâ. *Folia* utrique ſeſſilia.

1392*. LATHYRUS *Cicera.*

L. pedunculis uniflоris, cirrhis diphyllis, legumini bus ovatis compreſſis dorſo canaliculatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1079. Lamarck et Decand. flor. franc. n. 3986. Hall. hiſt. n. 439.*

Aracus ſ. Cicera. *Dod. pempt. p. 523.*

Occurrit hinc inde in Iberiâ mediâ et in Tauriâ meridionali. ⊙

Bracteae ad pedunculi articulum ſub pedicello nonniſi rudimentum, ſicut in L. ſativo; nec *bractea* aritaeformis, ut in L. angulato.

1394. LATHYRUS *leptophyllus.*

Synonymon adde: L. ſphaericus? *Marſch. caſp. p. 210.*

Habitu quam proxime ad L. Ciceram accedit, ſed ſtipularum brevitate dentium *calycinorum* dignoſcitur. *Pedunculorum* aristа evidens, nec obliterata ut in L. Cicerâ, neque valde elongata ut in L. angulato.

1395. LATHYRUS *hirſutus.*

Occurrit paſſim per Caucaſum ſeptentrionalem, ad montem Baſchtau et in inferiore regione fluvii Kuban, nec Caucaſo orientali teſte *Steveno in mem. ſoc. nat. cur. moſq. 4. p. 52* peregrinus eſt.

1395*. LATHYRUS *roseus*.

L. pedunculis subbifloris, cirrhis diphyllis breuissimis, foliolis ouato-subrotundis, internodiis nudis. *Steuen in mem. soc. nat. cur. mosq. 4. p. 52.*

In Iberiâ rarius occurrit. Floret Julio. ♃

Planta glaberrima L. tuberoso affinis. *Caulis* gracilis. *Foliola* tenera venosa subtus glaucescentia L. tuberoso latiora. *Stipulae* subulatae paruae. *Pedunculi* tenues folio longiores. *Flores* paullo minores quam in L. tuberoso. *Calyx* dentibus acutis: superioribus breuioribus. *Corolla* amoene rosea: *petalorum* unguibus calyce longioribus. *Legumen* ignotum.

1397. LATHYRUS *rotundifolius*.

Synonyma adde: *Marsch. cent. plant. rar. rossic. 1. t. 22. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 72. Hoffm. hort. mosq. a. 1808. n. 1854.*

Folia ima oblonga, mox ouata, superiora tantum lata subrotunda.

Varietas insignis, forte distincta species in sylvis ad montem Beschtau occurrit: *caulis* alis latioribus, *stipulis* majoribus, *foliolis* etiam summis ellipticis nullis orbiculatis, *cirrhis* magis compositis, *corollis* miniatis.

1400. LATHYRUS *incurvus*.

Passim quoque per Caucasum orientalem et in Iberiâ obuius, teste *Steueno in mem. soc. nat. cur. mosq. 4. p. 52.*

1403. VICIA *cassubica*.

Pubes omnium partium parca, ita ut minime canescat, quâ praecipue notâ V. cassubicam Linnaei (*Sprengel pugill. 1.*

p. 49. n. 85. Lamarck et Decand. flor. franc. n. 4013. β) a V. Geradi (*Flor. franc. n. 4013 α*) diſtinguit *Cl. Decandolle in flor. franc. 6. ſuppl. p 576.* Attamen *Jacquini ſynonymon* noſtram, ſcilicet V. caſſubicam L. ſpectat.

1404. VICIA *polyphylla.*

Datur *varietas foliolis* latioribus breuioribusque, quae et villoſitate vulgo praepollet, vix diſtincta a V. villoſâ *Rothii;* nam quoad *ſtipulas* nullam inter hanc et V. polyphyllam conſtans discrimen video, idem obſeruante *Wahlenbergio carpat. ſub V. villoſâ n. 719.*

1405. VICIA *Cracca.*

Corolla coerulea: *vexillo* faturatiore; in praecedente *vexillum* coeruleum, *alae carinaque* albae. *Legumen* cylindricum, quod Craccae tribuit *Cl. Wahlenberg carpat. n. 718.* nec in taurico-caucaſicâ, nec in plantâ aliarum regionum video; quippe quod. ſient in affinibus, ad maturitatem usque conſtanter mihi compreſſum apparuit.

1406*. VICIA *variegata.*

V. pedunculis ſuboctoſloris folio ſublongioribus, racemis confertis, calycibus ſericeo-villoſis: dentibus tubo paullo breuioribus, ſtipulis ſemiſagittatis integerrimis, foliolis ellipticis villoſis, cirrhis ſubſimplicibus.

V. pedunculis multiſloris, floribus imbricatis, foliolis ellipticis villoſis, ſtipulis baſi biparitis onato-lanceolatis *Linn. ed. Willd. 3. p. 1096. Desfont. in annal. mus. paris. 12. p 111. t. 12. Steuen in mem. ſoc. nat. cur. mosq. 4. p. 52.*

V. orientalis multiflora argentea, flore variegato. *Tournef. cor. p. 27.*

Frequens in Caucaſi orientalis alpeſtribus circa Chinalug. Floret Junio. ♃

Planta omnibus partibus villoſa leuiter canescens: villis paginae ſuperioris foliolorum parcioribus. *Caulis* baſi ramoſiſſimus diffuſus vix pedalis angulatus *Folia* 3-8-juga: *coſtâ* ſtriatâ canaliculatâ, *cirrho* terminante breui ſaepe ſimpliciſſimo. *Foliola* non magna obtuſa: inferiorum foliorum elliptico-ouata mutica, ſuperiorum obiongo-elliptica breuiſſime ſubmucronata. *Stipulae* exquiſite acuminatae nervoſae; inferiores majores, neque vero foliolorum magnitudine. *Pedunculi* ſtriato-angulati, *Flores* ſubſeſſiles approximati horizontales ſpecioſi, magnitudine florum V. ſatinae. *Calyx* villis ſericeis copioſis pubescens: dentibus omnibus ex latâ baſi ſubulatis: inferioribus longioribus tubo breuioribus, nec duplo. *Corolla* calyce triplo longior glabra: *petalis* ad duas tertias in tubum conniuentibus. *Vexillum* emarginatum purpureum, venis ſaturatioribus pulchre pictum. *Alae* fere vexilli longitudine pallidae: venis tribus caeruleis. *Carina* alis duplo breuior pallida: baſi apiceque ſaturatioribus. *Legumen* leuiter pubescens, maturum ignotum. V. canescens *Labillard.* valde noſtrae affinis eſſe videtur.

1406**. VICIA *purpurea.*

V. pedunculis ſuboctofloris folio longioribus, racemis confertis, calycibus villoſis: dentibus tubo multo breuioribus, ſuperioribus obſoletis, ſtipulis ſemiſagittatis ſubintegerrimis, foliolis oualibus mucronulatis villoſis, cirrhis ſubſimplicibus.

V. pedunculis folio triplo longioribus ſuboctofloris, foliolis oualibus mucronatis pubescentibus, ſtipulis reflexis ſemi-

haſtatis foliolis duplo minoribus, cirrhis breuiſſimis ſubſimplicibus. *Steuen in mem. ſoc. nat. cur. moſq. 4. p. 53.*

Habitat et floret cum praecedente circa Chinalug, ſed minus frequens. Varietas minor paruifolia pallidiflora in regione alpium niui proximâ. ♃

Praecedente minor minus villoſa et vix canescens. *Foliola* minora. *Stipulae* minores reflexae: interdum denticulo paruo ſupra baſin. *Pedunculi* multo longiores. *Racemi* ut in praecedente. *Flores* minores, ſcilicet magnitudine circiter florum V. dumetorum. *Calyx* minus ſericeo-villoſus: denticulis longe minoribus. *Corolla* quoad formam ſimilis, purpurea non variegata. *Legumen* oligoſpermum, quod maturum non vidi.

1406***. VICIA *alpeſtris.*

V. pedunculis ſubſexfloris folio longioribus, racemis confertis, calycibus villoſis: dentibus tubo multo breuioribus, ſuperioribus obſoletis; ſtipulis ſemiſagittatis ſubintegerrimis, foliolis elliptico-obouatis mucronulatis villoſis, cirrhis ſubtrifidis contortis.

V. pedunculis elongatis ſubſexfloris, foliolis obouatis mucronatis, cirrho ſubtrifido contorto, ſtipulis ſemihaſtatis. *Steuen in mem. ſoc. nat. cur. moſq. 4. p. 53.*

Crescit in pascuis alpeſtribus montis Schadagh rarior et cum proxime praecedentibus floret. ♃

Secundum ſpecimina ſicca mihi ab inuentore communicata hanc ſpecie a praecedente *differre* aegre mihi perſuadeo; quâcum toto *habitu, pube, inflorescentiâ,* ſicut *ſorum* formâ magnitudine coloreque congruit. *Cirrhi* in praecedente etiam longitudine variant et ſuperiores ſaepe ſunt bifidi, immo quandoque trifidi. *Calycis* eadem penitus conformatio, etſi denticuli tres inferiores ſubulati paullo minores appareant.

1406****. VICIA *Eruilia*.

V. pedunculis ſubbifloris folio breuioribus ariſtatis, foliolis cuneiformibus truncatis, ſtipulis falcatis calycibusque ſetaceo-dentatis, leguminibus toroſis pendulis, ſeminibus obtuſe trigonis.

V. pedunculis ſubbifloris ariſtatis folio breuioribus, foliolis oblongis truncatis glabris, ſtipulis haſtatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1103. Lam. et Decand. flor. franc. n. 4018. Schultes obſ. p. 148.*

Eruum (*Eruilia*) germinibus undato-plicatis, foliis impari-pinnatis. *Linn. hort. ups. p. 224. Gaertner fruct. 2. p. 328. t. 151. f. 4. Hall. hiſt. n. 420.*

Eruum. *Riu. tetrap. irreg. t. 6.*

Circa Tiflin Iberiae ſpontanea. *D. Wilhelms.* ⊙

Spontanea *planta*, pro more, cultâ vel quaſi ſpontaneâ magis macilenta. *Pili* patuli admodum rari caulium foliorum atque pedunculorum vetant plantam glabram praedicare. *Stipularum* dentes baſeos valde elongati quandoque ſtipulas effi-ciunt ſubhaſtatas. *Pedunculi* haud raro triflori. *Corollae* pallidae vexillum venis coeruleis pictum, carina apice atro-violacea.

Species haec proprium genus exposcere videtur, *habitu* a caeteris Viciis aliena, nec *ſtylo* gaudens ſub *ſtigmate* altero latere barbato, ſed toto piloſulo.

1406*****. VICIA *cinerea*.

V. pedunculis ſubbifloris folio breuioribus, foliolis lineari-ellipticis obtuſis villoſo-canis, cirrhis breuiſſimis, ſtipulis bipartitis elongato-ſubdentatis.

Habitat circa Tiflin rariſſima. *D. Steuen.*

Planta mihi quidem haud ſufficienter nota, aperte diſtinctam ſpeciem loquitur, tota pilis proſtratis cinerascens. *Caulis* breuis angulatus *Folia* ſuboctojuga: *cirrho* terminante breuiſſimo plerumque ſimplici, in ſummis foliis bifido *Foliola* parua anguſta. *Stipulae* foliolis minores bipartito-ſemiſagittatae: lobis ſubulatis, ſaepius dente uno alteroue ſubulato elongato praeditis. *Pedunculi* 1-2-flori breuiſſime ariſtati flore paullo breuiores. *Flos* magnitudine V. Craccae. *Calyx* fericeo-villoſus: dentibus triangularibus acutis non acuminatis, ſuperioribus minimis. *Corolla* calyce triplo longior, dilute coerulea: *vexillo* emarginato cum mucrone, venis ſaturatioribus picto *alis* paullo longiore; *carinâ* obtuſâ alis breuiore. *Legumen* ignotum.

1407*. VICIA *inciſa.*

V. leguminibus ſeſſilibus ſubbinatis pubeſcentibus, foliolis ſuboualibus retuſis mucronatis inciſo-ſerratis, ſtipulis ſemiſagittatis dentatis.

Habitat in Tauriâ maxime meridionali. ⊙

Simillima V. ſatiuae *ſtaturâ, habitu, pube, ſtipulis, floribus* atque *leguminibus. Differt foliolis* ſupra medium utrinque ſerraturis 2-4 oppoſitis inſtar pectinis inciſis, fere ut in Potentillâ niueâ. An *varietas* ſingularis V. ſatiuae?

1409. VICIA *piloſa.*

Synonymon adde: *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 72.*

1410. VICIA *megaloſperma.*

Synonyma adde: V. pedunculis unifloris breuiſſimis, foliolis linearibus truncatis, ſtipulis bifidis, leguminibus tenuiſſime pubescentibus. *Willd. enum. hort. berol. p. 764. Catal.*

hort. gorenk. a. 1812. p. 72. Beſſer catal. hort. cremenec. a. 1816. p. 151.

Non video quomodo ab hàc *differat* V. Michauxii *Biehler plant. ſelect. hort. halens. p. 31.* cujus hortenſia ſpecimina comparaui. Hujus loci fortaſſis quoque eſt V. leptophylla *Raſinesque Schmaltz nou. gen. et ſpec. ſicil.* (Panormi 1810) *p. 71.*

1411. VICIA *Bieberſteinii.*

V. leguminibus ſubſeſſilibus ſolitariis patentibus glabris, foliolis ſublinearibus retuſis mucronatis, ſtipulis notatis, radice perenni. *Beſſer in litt.*

V. ſordida. *Flor. taur. cauc. n. 1411.* (*excluſis ſynonymis.*)

In Podoliâ (*Beſſer*), in inferioribus fluvii Tanais regionibus (*Henning*) etiam occurrit. ♃

Praeeunte *Cl. Beſſero* hanc a ſimillimâ V. ſordidâ, quae ad Tyram circa Bender ab *amic. Staueno* lecta eſt, ſpecie ſeparo. Differt ab hâc *foliolis* praeſertim ſuperiorum foliorum ſemper anguſtis, ſinu inter *calycis* dentes imprimis inter duo paria lateralia anguſtiori (ſubparabolico), nec lato (ſubhyperbolico), colore *corollae*, et praeprimis *radice*, obſeruante *Cl. Beſſero*, vivaci. *Varietas* foliis longis peranguſtis, *floribus* utplurimum ſolitariis in campeſtribus Boryſthenі vicinis, inter Cherſon et Nikolaef reperitur.

1412. VICIA *pannonica.*

Ad Caucaſi ſeptentrionalis radices in campis herbidis paſſim prouenit, circa Caſtellum Georgopolitanum lecta. *Varietatem* humilem, V. hybridae nimis affinem: floribus axillaribus ſolitariis, in agris inter Tauriae maxime meridionalis pagos littorales Sineis et Limenam nuper copioſam vidi.

1413*. VICIA *lineata*.

V. leguminibus subsessilibus solitariis reflexis hirsutis, stipulis notatis: *inferioribus* incisо-dentatis, foliolis lineari-ellipticis pilosis, vexillo lineato glabro, calyce glabro: dentibus pilosis.

Habitat in Tauriâ maxime meridionali, circa Nikitam. ⊙?

Colore *corollae* et habitu V. striatae similis, ab hac differt *pube* albidiore ex pilis magis sparsis, *foliolis* in universum angustioribus, *stipulis* minoribus: *inferioribus* in dentes nonnullos profundissime partitis, *floribus* solitariis, *calyce* breviore latioreque praeter dentes breviores glabro, *corollae vexillo* ampliore glabro. *Legumen* pilis copiosis sordide albis dense tectum ut in V. pannonicâ.

Stylus sub *stigmate* utrinque barbatus in V. hybridâ, pannonicâ, striatâ et lineatâ, sed latere tantum exteriore, pro more generis, in V. sordidâ et Bieberstеinii.

1414. VICIA *sepium*.

Definiatur: V. racemis subsessilibus subquadrifloris longitudine folioli, foliolis ovatis obtusis mucronatis, cirrhis elongatis.

Stipulae notatae: infimae dentatae. *Stylus* sub stigmate latere exteriore *tantum* barbatus. Caucasica vulgari *magis* villosa gaudet *foliolis* nonnihil majoribus et dentibus *calycinis* quidquam longioribus, specie tamen non *differt*.

1414*. VICIA *truncatula*.

V. racemis subsessilibus subsexfloris foliolo longioribus, foliolis ovatis obtusis subretusis mucronatis, cirrhis brevissimis.

V. truncatula. *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 72.*

Habitat in herbidis elatis ad latera montis thermas Conſtantinomontanas fundentis et in ipſo ejus cacumine. Floret aeſtate. ♃

Facies V. ſepium. *Foliola* ſimilia obtuſiora veluti truncata, ſuperiora retuſa. *Cirrhi* paucas tantum lineas longi. *Stipulae* ſemihaſtatae notatae, infimae quoque integerrimae. *Racemi* longiores et *flores* nonnihil majores quam in V. ſepium: dentibus *calycis* ſubulatis longioribus, *corollâ* ochroleucâ: unguibus longioribus. *Stylus* ſub *ſtigmate* undique barbatus. *Legumina* formâ V. ſepium glabra declinata. *Varietatem* ex Iberiâ habeo undique minus pubescentem, *calycis* dentibus brevibus quaſi ſphacelatis.

1416. VICIA *narbonenſis.*

Circa Derbentum etiam reperitur, teſte *Steueno in mem. ſoc. nat. cur. moſq. 4. p. 53.*

Foliola margine denticulis cartilagineis ſcaberrima, caeterum rariſſime dentem unum alterumue obſoletum apicem verſus exſerunt; ſed praeter ſcabritiem marginis vulgo ſunt integerrima. *Legumina* juniora undique villoſa, aetate hirſutiem praeter ſuturas exuunt.

1417. ERUUM *tetraſpermum.*

Definiatur: E. pedunculis ſubbifloris folio longioribus, leguminibus glabris ſubtetraſpermis, calycis dentibus ſubulatis tubi longitudine, ſeminibus globoſis.

Synonyma adde: *Smith brit. p. 775. Engl. bot. 1223. Junck obſ. p. 9. Poll. pal. n. 689.*

Vicia (*gracilis*) pedunculis ſubmultifloris folio longioribus, foliolis linearibus acutis, cirrhis ſimplicibus, ſtipulis ſe-

misagittatis linearibus *Loiseleur franc. n. 460. t. 12. Decand. flor. franc. 6. suppl. p. 581. n. 4029a.*

Vicia (*gracilis*) pedunculis subunifloris folio longioribus aristatis, foliolis linearibus cuspidatis, stipulis semisagittatis integris, leguminibus glabris subhexaspermis. *Spreng. pugill. 1. p. 50. n. 87.*

Hoc est E. tetraspermum plerorumque *auctorum*, probabiliter etiam *Linnaei;* subsequens enim affinis et cum hoc confusa species videtur esse minus communis. Equidem posterius, in Tauriâ passim proueniens, pro E. tetraspermo L. habens, prioris *varietatem* valde gracilem, pro distinctâ specie E. tenuissimo olim proposui; agnitâ vero postmodum identitate, cum vulgari conjunxi. Vulgo parce pubescens, interdum *pilis* copiosioribus subcanescit. Tale habeo ex Tauriâ maxime meridionali, quod et *pedunculorum* subtriflororum longitudine et *florum* magnitudine praecellit. *Legumina* omnium varietatum mihi saepissime tetrasperma apparuere.

1417*. ÆRUUM *Loiseleurii.*

E. pedunculis subbifloris folio breuioribus, leguminibus glabris tetraspermis, calycis dentibus setaceis tubo longioribus, seminibus globosis.

E. tetraspermum. *Marsch. casp. p. 185 sub n. 55.*

Vicia (*tetrasperma*) pedunculis subbifloris filiformibus folio breuioribus, leguminibus glabris tetraspermis, foliolis 8-10 oblongis submucronatis. *Loisel. franc. p. 460. Lamarck et Decand flor. franc. n. 4029 et 6. suppl. p. 581. Spreng. pugill. 1. p. 50 sub n. 87.*

Cum praecedente in Tauriâ legi et hucusque confusum habui. ⊙

Dignoscitur a praecedente *stipulis* tantum imis subsemihastatis, plerisque angustioribus subulatis basi non appendicu-

latis; *pedunculis* multo breuioribus fupra ultimum florem in ariftam longiorem eductis, *calycinis* dentibus longioribus tenuioribusque *corollâ* paullo breuioribus. Quoad *foliolorum* formam nullum inter hoc et praecedens conftans discrimen perfpicio.

1418. ERUUM *hirfutum*.

Pedunculi florentis folio breuiores, fructiferi folium fubaequantes. *Legumen* faepiffime difpermum.

1421. CYTISUS *fupinus*.

Definiatur: C. pedunculis lateralibus fubgeminis calyce breuioribus, pilis fericeis proftratis undique pubescens, caulibus declinatis, foliolis obouato-ellipticis, leguminibus hirfutis.

Calyx valde hirfutus bilabiatus: labio fuperiore bifido, lobis latis veluti oblique abfciffis, inferiore breuiore apice attenuato: apiculo femper minutim tridentato, denticulis pilorum copiâ connexis et obliteratis.

Varietatem hujus elatiorem effe C. hirfutum *Flor. taur. cauc. n. 1420 (excluſis ſynonymis Linnaei et Jacquini)* monet *Cl. Treuiranus in repert. ſoc. nat. cur. berol. a. 1813. 2. p. 152*, cui modo et ego affentio. Dudum hancce *varietatem* pro C. fupino wolgenfi recenfuit *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 68*, quam fecundum fpecimina ficca a *Cl. Decandolle* fibi communicata pro C. bifloro *Herit.* declarat *amiciff. Steuen in litteris;* certe vero eft C. hirfutus in itineribus rofficis paffim commemoratus. C. biflorum *Waldft. et Kit. rar. hung. 2. t. 166* conjungit cum C. fupino L *Wahlenb. carpat. fub n. 220.* C. fupinus *Decand. flor. franc. 6. fuppl. p. 549. n. 3827*[a] calycis praefertim ftructurâ a noftro recedit.

1421*. CYTISUS *polytrichus.*

C. pedunculis lateralibus subgeminis calyce breuioribus, pilis elongatis patulis undique hirsutissimus, caulibus declinatis, foliolis obouato-ellipticis, leguminibus hirsutis.

Habitat in Tauriae maxime meridionalis montium altiorum pinetis. ♄

Late diffusus simillimusque praecedentis *varietati* humili latifoliae; sed, loco hujus pubis sericeae prostratae, totus *pilis* albis longis copiosis est hirsutissimus, qui pili in *foliolis* supra quoque haud deficiunt. *Calyx* etiam valde pilosus *bracteolâ* propriâ destituitur. *Vexillum* dorso pilis sparsis obsitum.

C. capitatus hirsutie etiam patulâ, sed minus longâ et subrufâ praeditus, passim per Ucraniam et Poloniam australiorem obuius, intra Florae nostrae limites nondum repertus est; omnium vero apud nos frequentissimus est *C. austriacus.*

1423. CYTISUS *calycinus.*

Synonymon adde: C. pauciflorus. *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 68.*

Bracteae tres pedicellorum propriae, quibus affinem huic C. nanum *dignosci* commemorat *Willdenouius in enum. hort. berol. p. 769,* nec in nostro desunt. *Calyce* similis est C. argenteo *Linn.*

1425*. ROBINIA *mollis.*

R. pedunculis simplicibus calycibusque pubescentibus, foliolis quaternatis subpetiolatis tomentoso-canis mucronato-spinosis, leguminibus sericeo-villosis.

R. mollis M B. *Beſſer catal. hort. cremenec. a. 1816. p. 117.*

R. tomentoſa M B. *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 71.*

Habitat in promontorio Caucaſi ſeptentrionali paſſim, frequentior in Beſſarabiâ inter Eliſabethgrad et Odeſſam, nec non in Poloniâ auſtraliore. ♄

Suffrutex humilis, praeter *pubem* mollem quâ undique canescit, R. frutescenti ſimillimus, ita ut ſuſiori deſcriptioni ſuperſedere poſſimus. *Petalorum* ungues calyce manifeſte longiores ſunt, in R. frutescente calycem vix ſuperant. Caute diſtinguenda a *varietate* poſterioris villoſiore.

1426. ROBINIA *grandiflora.*

Synonymon adde: *Marſch. cent. plant. rar. roſſic. 1. t. 15.*

Legumen formâ R. frutescentis, maturum fuscum. *Semina* magna atro-cinerea.

1429. COLUTEA *caſpica.*

Synonymon adde: Phaca falſula. *Marſch. caſp. p. 210.*

Germen pubescens, futurâ ſuperiore pilis longioribus confertis hirſutum. *Stylus* latere interiore per totam ſuam longitudinem villoſus.

Huic ſimilis Phaca falſula *Pallaſii* videtur ad Coluteam etiam referenda.

1431. GLYCYRRHIZA *glandulifera.*

Hujus omnino loci eſt Gl. hirſuta, paſſim apud peregrinatores roſſicos *Pallaſium, Güldenſtaedtium, Gmelinum, Lepe-*

chinum commemorata, nec diuerſam reputo cognominem *Linnaei* plantam, vel Gl. orientalem filiquis hirſutis *Tournef. cor. p. 26 et it. ed. orig. galic. 2. p. 145.*

Species Roſſiae indigenae omnes mihi exhibuere *calycem* quinquedentatum: dentibus inaequalibus, 2 ſuperioribus minoribus, infimo longiore; nec bilabiatum $\frac{3}{1}$, qualem exposcit caracter eſſentialis generis a *Linnaeo* conſtitutus; Gl. vulgarem officinarum autem ſtructurâ *calycis* a noſtratibus non diſferre patet ex *Perſoon enchirid. 2. p. 313.*

1433. CORONILLA *iberica.*

Synonymon adde: *Beſſer catal. hort. cremenec. a. 1816. p. 43.*

Herbacea videtur nec ſuffruticoſa. *Lomenta* juniora facie et ſitu C. coronatae reſpondent. Quum *discrimen* inter hanc et C. cappadocicam *Willd. in Linn. ſpec. plant. 3. p. 1154* potiſſimum in *ſtipulis* conſiſtat, quae ſicut in affinibus caducae, ad ſiccam plantam difficilius rite deſcribuntur, ſatis conueniente inſuper *icone* C. orientalis herbaceae flore magno luteo *Tournef. cor. p. 44 apud Buxb. cent. 2. t. 40. f. 1,* utramque conjungendam eſſe nunc ſtatuo.

1434. CORONILLA *coronata.*

Longe alia, forte noua ſpecies, pro C. coronatâ deſcribitur apud *Lam. et Decand. flor. franc. n. 4048.* Noſtram, quae C. montana *Decand. flor. franc. 6. ſuppl. p. 583. n. 4049[a],* optime illuſtrat *Flora auſtriaca loc. cit.*

1435. CORONILLA *Securidaca.*

Frequens in collibus herbidis Tauriae meridionalis; et hanc quidem tenellam fructibusque deſtitutam pro C. minimâ

habui et descripsi in *Flor taur. cauc. 2. n. 1438*, quae igitur *loc. cit.* expungi debet.

1437. CORONILLA *cretica.*

Synonyma adde: *Schultes obs. p. 151.*

Ornithopodium purpureum siliquâ longissimâ. *Buxb. cent. 2. p. 37. t. 40. f. 1.*

1440. HIPPOCREPIS *monocarpa.*

H. lomentis subsessilibus solitariis glaberrimis.

H. unisiliquosa. *Flor. taur. cauc. n. 1440. (exclusis synonymis.)*

In Tauriâ non occurrit.

Plantam, quam in viciniâ urbis Schamachi fructiferam tantum vidi, pro vulgari H. unisiliquosâ habens, negligenter in loco natali observavi; nunc eam glabritie plenariâ *lomenti* manifeste a vulgari *differre* animadverto.

H. unisiliquosae definitionem propono sequentem: „H. lo„mentis subsessilibus solitariis: isthmis barbatis, lobis ciliis.„

1440*. HIPPOCREPIS *dicarpa.*

H. lomentis geminis: isthmis barbatis, lobis ciliatis, pedunculis folio brevioribus.

Crescit in Tauriâ meridionali, circa urbis Chersonesi rudera. ⊙

Planta spontanea pusilla glabriuscula. *Stipulae* subulatae parvae. *Folia* petiolata: *foliolis* subtrijugis linear-cuneatis subretusis cum denticulo medio minimo vix animadvertendo. *Pedunculi* calyce longiores, fructiferi quoque folio quidquam

breuiores, quandoque uniflori, trifloros autem nunquam vidi. *Lomenta* formâ et pube H. unifiliquoſae ſimilia.

Sub H. multifiliquoſâ *Linn.* nonnullas latere ſpecies ſatis notum eſt. Diſtinxit olim *Willdenouius in repert. ſoc. nat. cur. berol. a. 1808* et deinde *in enum. hort. berol. p. 173* H. multifiliquoſam ab H. ciliatâ; noſtra vero iterum *discrepat* a priore *lomentis* minime glabris, praeter alias notas; a poſteriore vero *lomentis* geminis ſiue ſolitariis nec ſubſenis: iſthmis barbatis lobis ciliatis, nec utroque margine ciliatis. Non diuerſam a noſtrâ tauricâ habeo ex Galliâ meridionali, mihi ab *amiciſſ. Liboſchitz* pro H. multifiliquoſâ communicatam; a quâ H. multifiliquoſa *Lamarck et Decand. flor. franc. n. 4042* lomentis glaberrimis differt, ad cognominem plantam *Willdenouii loc. cit.* procul dubio referenda.

1441*. SCORPIURUS *ſubuilloſus.*

Sc. pedunculis ſubquadrifloris, leguminibus extrorſum ſpinis confertis acutis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1161. Lamarck et Decand. flor. franc. n. 4036. Kniph. ectyp. Moris. hiſt. 2. p. 127. ſect. 2. t. 11. f. 11.*

Occurrit circa Tauriae maxime meridionalis pagum littoralem Gaspram. ⊙

Variat pedunculis 1-4-floris, ſicut Sc. muricatus, cui nimis eſt affinis.

1442. HEDYSARUM *Pſeudalhagi.*

Synonymon adde: Alhagi camelorum. *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 72.*

In campis aridiſſimis caſpicis, inter Baku et Schamachi vetus, omnium facile copioſiſſima planta, teſte *Steueno in mem. ſoc. nat. cur. moſq. 3. p. 248.*

1445. HEDYSARUM *grandiflorum.*

H. acaule, foliis pinnatis: foliolis ellipticis ſubtus ſericeo-canis, calyce alas ſubaequante, carinà vexillo breuiore, lomenti articulis albo-villoſis rugoſis disco muricatis. *Marſch. cent. plant. rar. roſſic. 2. t. 63 et caſp. app. p. 210. Pall. it. 2. p. 743. n. 120. t. Y et 3. p. 314, 503. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 73.*

H. ſericeum. *Flor. taur. cauc. n. 1445.* (*cum ſynonymis.*)

Calycis dentes et in hoc ſicut in affinibus H. argenteo et candido longitudine variant, unde varia *alarum* ad *calycem* ratio pendet. Tubercula disci articulorum *lomenti*, in H. argenteo et candido obtuſa, in grandiflоro in paruas ſpinulas apice glochidatas educuntur. Identitatem *plantae* noſtrae cum *Pallaſianà* agnoui ex ſpeciminibus vivis ſpontaneis collium calcareorum Boryſtheni vicinorum inter Cherſon et Berislaf et ex ſiccis *Tauſcherianis* trans Wolgam lectis.

1447. HEDYSARUM *tauricum.*

Synonymon adde: H. caulescens, foliis pinnatis ſubquinquejugis pilis proſtratis canescentibus: foliolis longe ellipticis, pedunculis folio longioribus, calycibus incanis: dentibus tubo paullo longioribus, vexillo alis duplo longiore carinâ breuiore, lomentis patentibus reticulato-venoſis incanis. *Marſch. cent. plant. rar. roſſic. 2. t. 85.*

Pedunculorum fructiferorum directio minus eſt conſtans, nec *legumina* flore emarcido recondita pendula dici poſſunt; hic igitur caracter ex *definitione* ſpeciei eliminandus erat.

„H. (*roſeum*) caulescens aſſurgens, foliis pinnatis: foliolis „ellipticis, racemis capitatis axillaribus pedunculatis, vexillo „ſtriato emarginato carinâ longiore *Botan. magaz. 996*„, quod ex ſeminibus Caucaſicis enatum eſſe dicitur, mihi qui-

dem ignotum et praeter *vexilli* ad *carinam* rationem H. tauricо ſimile eſt.

1449. HEDYSARUM *Pallaſii.*

Synonyma adde: Onobrychis Palluſii. *Marſch. cent. plant. rar. roſſic. 1. t 35. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 73. Beſſer catal. hort. crem. a. 1816. p. 93.*

O. major fructu alato *Buxb. cent. 2. p. 38 t 42.*

Synonymon Buxbaumii ſub inſequente excludens, huc transfero, ob *foliola* ex icone manifeſte acuta, nec obtuſa cum mucrone; quamuis noſtrum extra Tauriae limites hucusque non ſit inuentum, planta vero Buxbaumiana patriam habeat Iberiam.

1450. HEDYSARUM *radiatum.*

H. foliis impari-pinnatis: foliolis ouatis mucronatis, floribus laxe racemoſis ſubſeſſilibus, leguminibus orbiculatis radiatis dentatis villoſis. *Desfont. in annal. mus. paris. 12. p. 112. t. 13. Marſch. cent. plant. rar. roſſic. 2. t. 55. (ſub Onobrychi.)*

H. Buxbaumii. *Flor. taur. cauc. n. 1450. (excluſis ſynonymis.) Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 73. (ſub Onobrychi.) Beſſer cat. hort. cremenec. a. 1816. p. 155. (ſub Onobrychi.)*

H. circinnatum. *Hoffm. hort. moſq. a. 1808. n. 1537.*

H. ſpecies elegans, floribus ſtriatis. *Pall. it. 3. p. 591.*

Onobrychis orientalis flore flauescente: vexillo lineis purpureis ſuperne variegato. *Tournef. cor. p. 26. (ex auctoritate Desfontainii.)*

1451. HEDYSARUM *Onobrychis*.

Caules adſcendentes villoſi. *Calyx* hirſutus: dentibus valde piloſis, infimo caeteris paullo breuiore. *Corolla* pallide purpurea: *vexillo* ſtriis ſaturis picto, ſupra unguem utrinque plagâ lutescente opacâ; *alis* minutis calyce longe breuioribus; *carinâ* vexillum ſubaequante. *Lomenta* piloſa.

Varietatem lomentis quidquam majoribus: dentibus tam disci quam marginis triplo longioribus exquiſite aculeatis ex Iberiâ habeo, ab *amiciſſ. Steueno* communicatam, cujus *corollam* non vidi; foliis autem ſicut pube et calyce cum vulgari conuenit. An tamen diſtincta ſpecies?

1452. HEDYSARUM *confertum*?

Habitu minus depreſſo et *racemis* longioribus paſſim per Caucaſi alpeſtria reperitur, ſic propius ad proxime dictum accedens, ut *varietatis* ſuſpicio augeatur. *Vexillum carinam* ſubaequans. *Alae* nonnihil majores quam in praecedente, ſemper tamen *calyce* manifeſte breuiores. *Stipulae* ſcarioſae fuscae margine albidae, baſi connatae, ſubulato-acuminatae in hoc et in praecedente.

Si H. Onobrychi *Linnaei* et *Smithii*, ſiue Onobrychi ſatiuae *recentiorum* conſtanter *alae* ſunt *calycis* longitudine; noſtrum, quod certe H. Onobrychis *Jacquini*, *Pollichii* aliorumque multorum eſt, pro diſtinctâ ſpecie reputandum erit. Quaero porro anne noſtrum H. confertum ad H. montanum *Florae francicae* referri poſſit?

1453. HEDYSARUM *petraeum*.

Synonyma adde: *Hoffm. hort. moſq. a. 1808. n. 1552. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 73.* (*ſub Onobrychi.*) *Beſſer catal. hort. cremenec. a. 1816. p. 93.* (*ſub Onobrychi.*)

Hoc ſpecie ab H. faxatili Galloprovinciae et agri Nicaeenſis non *differre* obſeruat *Treuiranus in repert. ſoc. nat. cur. berol. a. 1813. 2. p. 152.*

1456. GALEGA *orientalis.*

Synonyma adde: *Marſch. cent. plant. rar. roſſic. 2. t. 67. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 71. Beſſer catal. hort. cremenec. a. 1816. p. 60.*

G. (*montana*) foliis pinnatis, foliolis cordato-lanceolatis glabris, margine, neruis, petiolis cauleque pubescentibus, ſtipulis cordato-ouatis, racemis terminalibus multifloris, leguminibus pendulis. *Schultes obs. p. 154. Hoffm. hort. moſq. a. 1808. n. 1402.*

382*. PHACA. Carina obtuſa. Stylus imberbis. Legumen turgidulum, uniloculare. Semina futurae ſuperiori, interne tumidae affixa.

1456*. PHACA *brachytropis.*

Ph. caulescens adſcendens glabriuscula, floribus racemoſis: carinâ alis breuiore. *Steuen in mem. ſoc. nat. cur. mosq. 4. p. 53.*

Habitat in Caucaſi orientalis alpe Schadagh. Floret Junio. 2

„*Differt* a Ph. aſtragalinâ (Aſtragalo alpino L.) lapponicâ „et ſibiricâ, *foliolis* fere glabris (nec incanis) euidentius petio„latis obtuſioribus, *calycis* dentibus minoribus, *carinâ alis* bre„uiore (nec longiore), *germine* hirſuto breuius pedicellato. In „Ph. alpinâ et frigidâ *carina alas* longitudine aequat. *Steuen* „*loc. cit.*„

Planta mihi ex ſpecimine floriſero ſicco *Steueniano* tantum nota. *Caulis* dodrantalis ſimplex ſtriato-angulatus glabri-

usculus. *Stipulae* latae breues obtusiusculae integerrimae *Folia* f. xjuga breuiter petiolata: cosiâ pubescente. *Foliola* oblongo-elliptica opposita subretusa non mucronata, subtus pilis albis paruis adpressis pubescentia, supra glabriuscula: *pedicellis* tam lateralium quam impaiis breuissimis. *Pedunculi* axillares folio multo longiores striato-angulati, intra racemum pilis brevibus nigricantes. *Racemus* breuis circiter 12-florus. *Pedicelli* breuissimi. *Bracteae* subulatae minutae. *Flores* magnitudine Ph. astragalinae patentes. *Calyx* nigro-pilosus: denticulis breuibus. *Corolla* coerulescens: *alis* obtusiusculis. *Legumen* ignotum. Ph. astragalinae proxima esse videtur.

383. ASTRAGALUS. Carina mutica. Legumen futurâ inferiore introflexâ biloculare, aut subbiloculare.

1461. ASTRAGALUS *onobrychioides*.

Definitur: A. caulescens adscendens pilis prostratis incanus, capitulis axillaribus longissime pedunculatis, calycibus piloso-hispidis: dentibus tubo subaequalibus, vexillo elongato emarginato, leguminibus subgloboso-ouatis acutis lanatis.

Synonymon adde: *Hoffm. hort. mosq. a. 1808. n. 416.*

1461*. ASTRAGALUS *lasioglottis*.

A. caulescens adscendens pilis prostratis incanus, capitulis axillaribus longe pedunculatis, calycibus incumbenti-pilosis: dentibus tubo breuioribus, vexillo elongato emarginato, leguminibus subgloboso-ouatis acutis lanatis.

A. lasioglottis. *Steuen manuscr.*

Habitat in lapidosis apricis Caucasi cabardinici, ad riuum Podkumok circa acidulam Nartsana. ♃ ♄

A. onobrychioidi proximus et valde affinis, ſicut hic *caulibus* baſi perſiſtentibus ſupra radicem cespitat atque gemmascit. *Pubes* caulis atque foliorum ut in hoc e pilis fericeis proſtratis conſtat. *Stipulae* ut huic connato-vaginantes. *Differt caulibus* floriferis vulgo magis ramoſis, nec ſaepiſſime unico pedunculo racemifero in ſingulo caule; *pedunculis* folio quidem longioribus neque tamen adeo longis ut in Onobrychioide; *ſtipulis* ſaepe coerulescentibus; *foliis* minoribus breuius petiolatis, ſuperioribus ſubſeſſilibus; *foliolis* minoribus ſupra viridibus parce piloſis, *bracteis* in uniuerſum minoribus, *calycibus* coloratis, pilis paruis proſtratis albis nigriſque puberſcentibus nec pilis elongatis valde hirſutis: denticulis multo breuioribus. Quoad *corollam* et *legumina* breuia turgida, *ſtyli* baſi perſiſtente acuminata, pilis copioſis fericeis mollibus veſtita cum A. Onobrychioide conuenit.

1461**. ASTRAGALUS *hypoglottis*.

A. caulescens declinatus pilis ſparſis hirtus, ſpicis axillaribus ſubcapitatis longe pedunculatis, calycibus patenti-piloſis: dentibus tubo breuioribus, vexillo oblongo emarginato, leguminibus ouatis acutis piloſis erectis.

A. caulescens procumbens, foliolis oblongis obtuſis, ſpicis ouatis pedunculatis folio longioribus, leguminibus erectis ouatis canaliculatis piloſis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1285. Smith brit. p. 779. Engl. bot. t. 274. Decand. aſtrag. p. 118. t. 14. Wahlenb. carpat. n. 710.*

A. arenarius. *Pall. aſtrag. n. 46. t. 34. Flor. dan. t. 614. Güldenſt. it. 1. p. 112.*

A. Glaux. *Pall. it. 2. p. 464. 3. p. 252. S. G. Gmel. it. 1. p. 127.*

A. danicus. *Retz. obſ. 2. p. 41.*

Ad Caucaſum legit *D. Wilhelms.* ♃

Affinis A. Onobrychioidi et lafioglotti, *foliorum* formâ priori, *calycibus* pofteriori fimilis. Ab utroque *pube* parcâ non fericeâ, *fabâ* anguftiore et *legumtinibus* ouatis (nec fubglobofis videlicet aeque latis ac longis) pilis minus denfis et elongatis veftitis potiffimum *dignoscendus*. *Vexilli* lamina fupra unguem in medio alba coerulco-lineata.

1463. ASTRAGALUS *dealbatus*.

Synonymon Gmel. fib. 4. p. 44. n. 58, potius ad A. Cicer referendum, hic excludatur. Sub Oxytropi recenfetur apud *Perfoon enchirid. 2. p. 334*, non fuo loco.

Calyx ftriis quinque pilorum nigrorum: a bafi tubi ad dentium apices usque fingulis.

1464. ASTRAGALUS *glaucus*.

Pallafius priorem cum hoc conjungens pro *Synonymo* ponit A. veficarium *Linn*, quem a noftro glauco vix discrepare ego quoque nunc agnosco. Nec aliter quam colore *corollae* videtur differre „A. (*mixtus*) caulescens fuffruticofus „diffufus canus, foliis fubfexjugis ellipticis, ftipulis fubulatis, „fpicis fubcapitatis pedunculatis folia fuperantibus, leguminibus oblongis calyce ouato turgido longioribus. *Marfch. cent. „plant. rar. roffic. 1. t. 26*„, Beffarabiae collium apricorum incola, *vexillo* purpureo *alis carinâque* flauicantibus praeditus. Huc quoque fpectant A. veficarius *Lam. et Decand. flor. franc. n. 3962* et A. albidus *Waldft. et Kit. rar. hung. 1. t. 40.*

1465. ASTRAGALUS *virgatus*.

Definiatur: A. caulescens bafi fublignescens erectus, foliis fubfexjugis ellipticis canescentibus, petiolis foliolo paullo

longioribus, racemis fpicatis elongatis, leguminibus oblongis triquetro-prismaticis oblique mucronatis erectis.

Species polymorpha *foliolorum* quoque formâ mire varians; quae lineari-elliptica longa in plantâ elatiore magis fruticante defertorum meridionalium, minora oblongo-elliptica in campeftri humiliore, denique breuia elliptico-ouata in varietate elatiore minus canescente Ucraniae arenofis familiari, quam *varietatem* commemorat *Pallafius loc. cit.* Species forte diftinctae hic latent, quarum vero terminos hucusque non perfpicio.

Varietati humiliori quoad habitum non abfimilis eft occurrens in campeftribus Beffarabiae inter Hypanin et Tyram

* ASTRAGALUS *pallescens.*

A. caulescens adfcendens, foliis fubfexjugis lineari-ellipticis canescentibus, petiolis foliolo multo longioribus, racemis fpicatis laxis, leguminibus oblongis triquetro-prismaticis rectiuscule mucronatis.

Calycis dentes quidquam longiores quam in A. virgato. *Corolla* ochroleuca, quae purpurea in omnibus varietatibus A. virgati, a quo longitudine petiolorum praeprimis dignofcitur.

1465*. ASTRAGALUS *vimineus.*

A. caulescens erectus fruticofus, foliis fubquinquejugis lanceolatis pubescentibus, fpicis fubcapitatis pedunculatis, leguminibus oblongo-lanceolatis villofis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1268. Pall. monogr. n. 28. t. 21.*

A. cornutus. *Pall. it. 1. p. 499. app. n. 122. 3. p. 512.*

In Iberiâ mediâ occurrit, nec non in abruptis argillofis et glareofis collium haud procul Odeffâ. Floret aeftate. ♄

Odeſſanus ſuffrutices format ſaepe bipedales valde ramoſos: *capitulis* ouatis, *floribus* usque ad 15, *foliolis* utrinque piloſo-canis; ſed *ibericus* humilior gaudet *capitulis* abbreuiatis: *floribus* vix ultra 6 et *foliolis* paullo minoribus ſupra viridibus ſubpiloſis, quibus notis propius quam prior ad nimis affinem noſtro A. fruticosum *Pall.* accedit. *Legumen* perfecte biloculare.

1467*. ASTRAGALUS *virescens.*

A. caulescens erectus glaber, foliolis lanceolatis acutis, racemis folio longioribus, leguminibus compreſſo-triquetris falcatis acutis pendulis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1272. Schultes obſ. p. 155.*

A. (*falcatus*) pedunculis folio aequalibus. foliolis 33-41 vix pubescentibus, leguminibus ſubtriquetris arcuatis nutantibus. *Decand. aſtrag. p. 176. Vahl. ſymb. 1. p. 58. Pallas monogr. n. 37. t. 28. Gmel. ſib. 4. p. 41. n. 55.*

A. orientalis altiſſimus Galegae foliis amplioribus, flore parvo flauescente. *Tourneſ. cor p. 29.*

Crescit in Caucaſi ſeptentrionalis ſubalpinis circa Nartſana. ♃

Herba viret, ſed pilis incumbentibus raris pubescit. *Racemi* valde elongati ſolia ſemper ſuperant, ſed *pedunculi* ſaepe folio breuiores ſunt.

Willdenouius loc. cit. noſtrum acutifolium orientalem enumerans, haud bene ad obtuſifolium africanum A. falciformem *Decand.* excitatur apud *Perſoon enchirid. 2. p. 539.*

1472. ASTRAGALUS *ſtriatellus.*

Synonymon adde: *Marſch. cent. plant. rar. roſſic. 1. t. 20.*

1474. ASTRAGALUS *hamoſus.*

A. trimeſtris *Flor. taur. cauc. n. 1473* videtur eſſe mera hujus *varietas: pedunculis* longioribus paucifloris; *varietatem* enim habeo intermediam ibericam breuipedunculatam ſimulque pauciforam. *Stipulae* in utroque baſi latâ ſemiamplexicauli connatae, ſubulato-acuminatae. (*conf. Willden. enum. hort. berol. ſuppl. p. 51.*)

1474*. ASTRAGALUS *reticulatus.*

A. caulescens diffuſus glaber, foliolis cuneatis emarginatis, pedunculis ſubquinqueflоris folio breuioribus, leguminibus hamatis-ſubulatis reticulato-venoſis.

Habitat in Iberiâ mediâ, nec non ad Wolgam circa coloniam Sareptanam. ⊙?

Habitus proxime praecedentis, ſed praeter racemos totus glaberrimus. *Folia* formâ praecedentis. *Stipulae* multo minores diſtinctae. *Pedunculi* folio breuiores. *Racemus* cum calycibus pilis paucis minutis nigricantibus pubescens. *Bracteae* ſubulatae minimae. *Flores* nonnihil A. hamoſo minores. *Corolla* pallida: vexillo coerulescente. *Legumina* formâ et ſitu A. hamoſo reſpondent quidquam minora, ſed glabra: venis tranſuerſis eleuatis anaſtomoſantibus pulchre reticulata.

Conferendus eſt A. crenatus *Schultes obſ. p. 156*, qui ſecundum definitionem et deſcriptionem *Cl. auctoris* noſtro affinis videtur.

1477. ASTRAGALUS *oxyglottis.*

Synonyma adde: *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 71. Hoffm. hort. moſq. a. 1808. n. 414.*

A. (*ſeſameus*) caulescens ſubpiloſus, foliolis nouemjugis, emarginatis, capitulis axillaribus ſubpedunculatis, leguminibus

fubulato-triquetris canaliculatis. *Pall. monogr. n. 104.* (*excluſis ſynonymis.*)

Circa Aſtrachan etiam obuius. *D. Blum.*

1480. ASTRAGALUS *fubulatus.*

Definiatur: A. caulescens depreſſus, foliolis linearibus piloſo-canis, pedunculis folio longioribus, racemis paucifloris: floribus inferioribus remotis, leguminibus fubulato-triquetris fubarcuatis erectiuſculis.

Affines A. fubulato ſed ſpecie diſtincti ſunt

* ASTRAGALUS *corniculatus.*

A. caulescens procumbens ſuffruticoſus, foliolis linearibus piloſo-canis, pedunculis folio longioribus paucifloris, floribus fubumbellatis, leguminibus fubulato-triquetris fubarcuatis patentiſſimis. *Marſch. cent. plant. rar. roſſic. 1. t. 45.*

Frequens in campis elatis Beſſarabiae, circa Odeſſam, in Podoliâ auſtrali etiam occurrit. Floret Majo, Junio. ♄ 2

** ASTRAGALUS *ceratoides.*

A. caulescens depreſſus, foliolis oblongo-ellipticis ſparſim ſericeo-piloſis, pedunculis folio longioribus, racemis ſubcapitatis, leguminibus fubulato-triquetris erectis.

A. fubulatus altaicus. *Pall. monogr. n. 27. β. t. 20. A. Perſoon enchirid. 2. p. 336.*

A. caulibus ſubramoſis proſtratis, floribus capitatis, leguminibus fubulatis. *Gmel. ſib. 4. p. 51. n. 66?*

Sibiriae praeſertim altaicae incola eſt. 2

Dignoscitur a praecedentibus latitudine *foliolorum* parum canescentium, *floribus* nonnihil breuioribus in racemum terminalem confertum, quandoque 8-10 florum collectis, *legumi-*

nibus vix arcuatis: maturis furrectis ad pedunculi apicem quafi fasciculatis. *Pedunculi* apex cum *bracteis* minutis atque *calyce* pilis nigris proftratis copiofis obfiti, qni nec in *leguminibus* defunt. *Calycis* denticuli breuiffimi.

*** ASTRAGALUS *macrolobus.*

A. fubcaulescens depreffus totus pilofo-candicans, foliolis oblongo-ellipticis, pedunculis folio fublongioribus, racemis fubcapitatis, leguminibus fubulato-triquetris erectis.

A. fubulatus albiflorus. *Pall. monogr. n. 27. fub var. β. t. 20. B. Perfoon enchirid. 2. p. 336.*

Habitat in Sibiriâ altaicâ, ad Jenifeam, in deferto Kirgifiorum circa Orfk. ♃ ♄

Bafis perennis gemmascens *caulium annofiorum* euidentior quam in affinibus, fed *caules annotini* floridi breuiores; ita quidem, ut *pedunculi* inter folia faepius e gemmis enati fcapos mentiantur radicales. *Pubes* omnium partium proftrata candida, ut in A. dealbato feu argentato. *Foliola* formâ et numero cum praecedente conueniunt, fed magis approximata, adeoque ipfa *folia* breuiora funt. Situs *florum* et *leguminum* horumque forma fere ut in praecedente; pili autem nigri intra *racemum* vix apparent. *Calycis* dentes fubulati longiores quam praecedentis. *Corolla* albida.

A. fubulatus uralenfis *Pall. monogr. n. 27. var. γ. t. 20. C* fine dubio ad *varietatem* humilem A. virgati referendus eft.

1481*. ASTRAGALUS *refupinatus.*

A. fubcaulescens diffufus, foliolis ellipticis acutiusculis incumbenti-pilofis, racemis pedunculatis folium fubaequantibus, leguminibus oblongis teretiusculis arcuatis refupinatis pilofiufculis.

A. phyſodis varietas perpuſilla. *Flor. taur. cauc. 2. p. 198.*

Habitat in Iberiâ mediâ ♃

Hanc, dum *legumen* ignorarem, pro *varietate* nanâ A. phyſodis habui, quam ſatis concinne refert; modo *affinitatem* agnoui cum A. redunco, cui etiam *habitu* ſubacauli reſpondet. Pili proſtrati ſericei *caulis* atque *foliorum* ſparſi, ut tota plantula praeſertim vero *foliolorum* pagina ſuperior virescat. *Stipulae* connatae baſi latâ vaginantes lanceolato-ſubulatae. *Pedunculi* ſubradicales longe quam in A. reduncо breuiores. *Racemus* ouatus breuis. *Bracteae* ſubulatae calyce breuiores. *Flores* magnitudine formâ et colore A. Ciceri ſimiles: foecundati reſupinati, unde inſolitus leguminum ſitus; ſic quoque in A. reduncо. *Legumen* quoad formam etiam huic ſimile, ſed duplo breuius minus arcuatum et pilis proſtratis parce pubescens, nec valde hirſutum.

1482. ASTRAGALUS *Onobrychis.*

Varietatem notabilem tenuifoliam diffuſam *flore vexillo*que minore totam *pilis* non penitus proſtratis hirſutam, *leguminibus* quoque valde villoſis in inferiore regione Tanais *amiciſſ. Henning* legit.

1483. ASTRAGALUS *aduncus.*

Synonyma adde: *Marſch. cent. plant. rar. roſſic. 2. t. 80. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 71. Beſſer catal. hort. crem. a. 1816. p. 19.*

Synonyma Decandollii et *Tournefortii*, A. ornithopodioiden ſpectantia hic expungantur.

Frequens ad latera collium circa ſortalitium Caucaſi Alexandrinum et in monticulo thermas Conſtantinomontanas ſubdente.

Varietatibus minoribus A. Onobrychis nimis affinis eſt, per quas cum priore conjungi videtur.

1484. ASTRAGALUS *flaccidus.*

Corolla leucophaea: *carinae* apice ſature coeruleo. *Legumen* maturum dorſo valde conuexum turgidum, cujus, ut in toto genere, futura inferior introflectitur; error vero, per quem ſuperiorem introflecti dixi, ab eo profectus eſt, quod *ſtyli* baſis perſiſtens in hoc, ſicut in A. Onobrychi et aduncо, deorſum flectitur, ipſaque *legumina* matura, ſitu minus conſtanti, haud raro ventre caulem ſeu coelum reſpiciunt.

1485. ASTRAGALUS *mollis.*

A eriocarpus. *Flor. taur. cauc. n. 1485.*

Scapus folio breuior, verum *racemus*, fructifer praeſertim, eo longior. *Stipulae* petioli baſi adnatae. *Corolla calyce* vix duplo longior: *vexillo alas* haud ita multo ſuperante. *Legumina* turgida ſemibilocularia, praelongis candidisque pilis velata e *calyce* demum erumpunt.

Nomen ſpeciei mutaui, ne confundatur cum affini A. eriocarpo *Decand.*, qui *differt foliolis* minoribus, *ſtipulis* glabratis, *bracteis* calycem aequantibus et *vexillo* longiore acuto non emarginato.

1487. ASTRAGALUS *phyſodes.*

Synonymon adde: A. humilis ſerpilli folio. *Gmel. ſib. 4. p. 56. n. 72.* (*excluſo ſynonymo Buxbaumii.*)

Plantam fructu plane ſimili ſed hirſuto, *habitu* quoque non alieno, ſenilem: florum vix ullo veſtigio ſuperſtite legi in ſubalpinis Schirvanenſibus circa Kurtbulak, praeterea diſcrepantem *foliolis* minoribus patenti-villoſis, *ſcapis* folio multo

breuioribus, *caule* basi persistente admodum multicipe ut in Astragalis exscapis, similem, praeter *foliola* minora et rotundiora, A. Pallasii *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 71*, in transwolgensibus nascenti, a quo, cum *amic. Fischero* non diuersum existimo A. physodi affinem leguminibus hirsutis *Pall. astrag. sub n. 80. t. 59*, quamuis huic *foliola* non hirsuta sed subtus tantum prostrato-pilosa *loc. cit.* adscribantur.

1489. ASTRAGALUS *fabaceus.*

A. tumidus. *Flor. taur. cauc. n. 1489. Steuen in mem. soc. nat. cur. mosq. 4. p. 55.*

In Iberiae collibus apricis inter fluuios Alget et Kzia frequens *Steuen loc. cit.*, quo nomine nomen triuiale mutani, ne commutetur cum A. tumido *Willd.* e tribu Tragacantharum.

Legumen magis oblongum atque compressum quam in A. longisloro et utrigero, A. baetici legumini haud absimile, perfecte biloculare directionem saepe mutat et maturum erectiusculum apparet.

1490. ASTRAGALUS *utriger.*

Synonymon Ammanni, ex auctoritate *Pallasii* adductum sub hoc stare nequit, quum *Ammannus* describat plantam *scapo* folio longiore et *leguminibus* oblongis densissime tomentosis instructam, quae notae nostro plane repugnant; ipse vero *Pallasius* idem *Amnanni synonymon* demuo ad A. campestrem *monogr. n. 60* adducit. *Legumina* subunilocularia *Pallasio*, mihi biloculuria apparuere.

1491. ASTRAGALUS *calycinus.*

Synonyma adde: *Marsch. cent. plant. rar. rossic. 1. t. 9. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 71.*

Ad latera collium fortalitio Caucafi Alexandrino immifcentium cum A. Onobrychi, adunco et brachycarpo frequens.

Calyx fructus amoene roseus.

1492. ASTRAGALUS *monfpeffulanus*

Synonymon adde: *Steuen in mem. foc. nat. cur. mosq. 4. p. 55.*

Varietates potiffimum ex *foliorum bractearumque* formâ et pube recenset *Steuen loc. cit.*, qui *corollas* ochroleucas vel dilute carneas et *fcapos* nequaquam foliis longiores effe obferuat. Ego vero fpecimina caucafica *fcapo* folia manifefte fuperante feruo, quod tamen minime conftans effe fateor; fed *racemus* rite evolutus folia conftanter excedit. Colorem *corollae* bene mihi defcripfiffe videtur *Hallerus loc. cit.*, *vexillum* purpureum (in meis carneum feu leucophaeum), *alas* pallidas, *carinam* apice purpuream praedicans.

Varietatem pufillam valde incanam: *foliolis* minoribus nonnihil anguftioribus, *racemo* abbreuiato, *calycibus* nigro-pilofis: dentibus breuioribus ex alpibus Offeticis ficcam accepi, facie A. incani, ulterius in viva obfernandam; ad quam A. incanus *Pall. monogr. n. 116. t. 84 (excluſis fynonymis)* referendus effe videtur.

1493. ASTRAGALUS *fanguinolentus.*

Eundem in montium Caucafi orientalis cacumine, inter Budach et Chinalug, fefe inueniffe refert *Steuen in mem. foc. nat. cur. mofq. 4. p. 55.*

Oxytropis non eft, fub qua de genere dubius hunc recenfet *Perfoon enchirid 2. p. 332.*

1494. ASTRAGALUS *brachycarpus.*

Synonymon adde: *Marſch. cent. plant. rar. roſſic.* 2. t. 58.

Variat foliolorum latitudine. *Corolla* ſordide purpurea. *Scapi* fructiferi declinati, demum procumbentes. *Legumen* perfecte biloculare, immaturum pulpâ dulci refertum, maturum *calyci* aequale aut paullo longius rubicundum.

1495. ASTRAGALUS *teſticulatus.*

Definiatur: A. ſubcaulescens procumbens cinereo-villoſus, pedunculis aggregatis axillaribus pauciflоris brevissimis, foliolis oblongo-ellipticis, calycibus cylindricis: dentibus tubo longe brevioribus, leguminibus ovatis acutis lanatis.

Varietas albiflora taurica: *villis* omnium partium ſaepe e cinereo rutilantibus, *corollis* longioribus, ulteriori examine indiget.

1496. ASTRAGALUS *diffuſus.*

Definiatur: A. ſubcaulescens procumbens piloſo-hiſpidus, floribus aggregatis axillaribus ſubſeſſilibus, foliolis oblongo-ellipticis, calycibus cylindricis: dentibus ſetaceis tubo longioribus, leguminibus ovatis acuminatis hirſutis.

1497. ASTRAGALUS *humilis.*

Definiatur: A. ſubacaulis depreſſus cinereo-villoſus, floribus aggregatis ſubſeſſilibus, foliolis ſubrotundo-ellipticis, calycibus cylindricis: dentibus tubo longe brevioribus, leguminibus ovatis acuminatis hirſutis.

Medium obtinet inter proxime praecedentem et penultimum, huic tamen propior, imprimis *varietati* albiflorae tauricae.

1498. ASTRAGALUS *rupifragus.*

Definiatur: A. fubcaulescens procumbens cano-villosus, pedunculis axillaribus longitudine variantibus saepe breuissimis paucifloris, foliolis oblongo-ellipticis, calycibus oblongis turgidulis: dentibus tubo paullo breuioribus, leguminibus ouato-oblongis acutis lanatis.

In hoc et mox recensitis affinibus exscapis omnibus observo *vexillum* emarginatum, *alas* obtusas plus minus oblique emarginatas, *legumen* perfecte biloculare detritâ pube venis prominulis inaequale (callofo-lanatum *Pallasio*).

A. exscapus ruthenicus *Pall. monogr. sub n. 85*, ob *corollam* pubescentem ad A. pubiflorum *Decand.* erit referendus. Ego huncce ruthenicum in collibus apricis Rossiae minoris circa villam *illustr. Comitis Sergii Rumänzof* Taschan autumno fructiferum legi, *affinitatem* naturalem cum A. dasyantho omnino monstrantem: *leguminibus* aggregatis *scapo* pollicari supra radicem eleuatis, *corollae* extus undique fericeo-villosae rudimentis adhuc superstitibus.

1499. ASTRAGALUS *nummularius.*

Synonyma adde: *Steuen in mem. soc. nat. cur. mosq. 4. p. 56. Pall. monogr. n. 78.* (*ex Vahlio.*)

A. exscapi varietas. *Marsch. casp. app p. 210.*

In Caucasi orientalis montibus altis circa Buduch etiam reperitur.

1499*. ASTRAGALUS *Pseudotragacantha.*

A. frutescens, petiolis spinescentibus, foliis subnonemjugis piloso-canis, foliolis oblongis acutiusculis muticis, floribus

glomeratis ſuboctonis, calyce lanato: dentibus ſetaceis tubo longioribus, ſtylo ſtaminibus breuiore, ſtigmate capitato.

A. frutescens, petiolis ſpinescentibus decemjugis, floribus capitato-glomeratis, leguminibus (nudis) tetraſpermis. *Pall. monogr. n. 3. t. 3. Steuen in mem. ſoc. nat. cur. moſq. 4. p. 56. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 71.*

Crescit in monte Beſchtau, in rupibus Caucaſi orientalis ſubalpini inter Dſchymit et Söygyb, in Armeniâ ibericâ ad riuum Dſegam in monte Tſcherdachli. Floret aeſtate. ♄

Affinis quidem et proximus A. ariſtato *l'Herit.*, quorum a *Pallaſio* et *Willdenouio* conjungitur, ſed ſpecie ſufficienter diuerſus: pilis copioſioribus quibus *folia* canescunt, *floribus* copioſioribus denſe glomeratis minoribus, *calycibus* lanâ longiore tectis profundius diuiſis: dentibus diuaricatis piloſiſſimis, *corollis* flauicantibus: carinâ *concolore*, nec purpurascentibus: *carinâ* apice atro-violaceâ, denique *ſtylo* breuiore et *ſtigmate* craſſiore orbiculato, nec minimo truncato. *Legumina* in utroque lanugino ſo-villoſa.

1500. ASTRAGALUS *caspicus.*

Synonymon adde: *Steuen in mem. ſoc. nat. cur. moſq. 4. p. 56.*

A. creticus. *Marſch. caſp. p. 78.*

In collibus aridis ditionis Schekenſis hunc legit *Steuen.*

1502. ASTRAGALUS *Arnacantha.*

Synonyma adde: *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 71. Beſſer catal. hort. cremenec. a. 1816. p. 19.*

1502*. ASTRAGALUS *compactus.*

A. frutescens, petiolis ſpinescentibus, foliis ſubquinquejugis tomentoſo-albis, foliolis ellipticis mucronato-ſpinoſis, flori-

bus glomeratis ſubquaternis, calyce quinquepartito: dentibus ſetaceis lanatis.

A. frutescens, petiolis ſpinescentibus, foliis quadrijugis, foliolis oblongis mucronatis villoſo-incanis, floribus globoſo-capitatis, calicinis dentibus ſubulatis villoſis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1324. Willd in act. acad. ſcient. berol. a. 1794. p. 29. t. 1. f. 1. Lamarck dict. 1. p. 319. Vahl ſymb. 1. p. 64. Pall. monogr. n. 7.*

A. (*pycnophyllus*) frutescens, petiolis ſpineſcentibus, foliis ſubquinquejugis, foliolis ouatis conduplicatis mucronato-ſpinoſis albo-tomentoſis, calyce pentaphyllo lanato. *Steuen in mem. ſoc. nat. cur. mosq. 4. p. 57.*

Tragacantha orientalis humilis candidiſſima et tomentoſa, floribus in foliorum alis in capitulum denſum nascentibus. *Tournef. cor. p. 29.*

Occurrit in Armeniae ibericae prouinciâ Kaſach, in Albaniâ ibericâ circa Signach, nec non in montibus Schiruanenſibus. ♄

Tota *planta* tomento denſo candicans. *Calyx* quaſi pentaphyllus denſiſſime niueo-lanatus. *Corolla* calyce duplo longior alba immaculata.

Comparaui ſpecimina caucaſica *Steueniana* cum ſpecimine orientali mihi a *Willdenouio* dono dato, et praeter *folia floresque* in hoc quidquam majora, nullum plane *discrimen* perſpicio; conjungendos igitur exiſtimo, quum et ibericum *foliolis* duplo majoribus variare *Steuenus loc. cit.* moneat.

1502**. ASTRAGALUS *denudatus.*

A. frutescens, petiolis ſpinescentibus, foliis ſeptemjugis pubescentibus viridibus, foliolis lanceolatis mucronato-ſpinoſis, floribus glomeratis, calyce quinquepartito: dentibus ſetaceis lanatis.

A. frutescens, petiolis spinescentibus, foliis septemjugis, foliolis lanceolatis acutiusculis spinoso-mucronatis utrinque viridibus pubescentibus, calyce pentaphyllo lanato. *Steuen in mem soc. nat. cur. mosq. 4. p. 57.*

Habitat in Caucasi orientalis montibus altioribus circa Schamachi vetus et Buduch. Floret aestate. ♄

Facies A. caucasici, *calyx* A. compacti, *corolla* parva: *vexillo* striato A. caspici. *Folia* juniora subtomentosa aestate caluescunt.

383*. OXYTROPIS. Carina unguiculata. Legumen futurâ superiore introflexâ biloculare, aut semibiloculare.

1502**. OXYTROPIS *pilosa.*

Astragalus pilosus. *Flor. taur. cauc. n. 1462.* (*cum synonymis.*)

1502***. OXYTROPIS *Pallasii.*

O caulescens decumbens pilosissima, foliolis oblongo-ellipticis acutiusculis, racemis capitatis pedunculatis folio subbrevioribus, leguminibus oblongis mucronatis hirsutis erectis.

O. Pallasii. *Persoon enchirid. 2. p. 334.*

Astragalus lanatus. *Flor. taur. cauc. n. 1469.* (*cum synonymis.*)

Reperitur etiam in Iberiâ et in Bessarabiâ.

Biennem esse monet *Steuen in litteris.*

1502****. OXYTROPIS *cyanea.*

O. subacaulis piloso-cana: pilis petiolorum scapique surrectis, foliolis elliptico-lanceolatis, scapis folio longioribus, ra-

cemis abbreuiatis, floribus patentibus, leguminibus oblongo-ouatis villosis demum patulis.

O. montana. *Steuen in mem. soc. nat. cur. mosq. 4. p. 54.*

O. montana iberica. *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 71.*

Astragalus montanus. *Flor. taur. cauc. n. 1486.* (*exclusis synonymis, praeter Hallerum.*)

β. O. (*albana*) acaulis subsericea, scapis declinatis folio longioribus, bracteis calyce minoribus, leguminibus ouatis inflatis pubescentibus. *Steuen loc. cit.*

Varietas β in alpibus Caucasi orientalis occurrens apprime conuenit cum *specimine* Europae occidentalis mihi pro O. montanâ a *b. Roemero* communicato et cum descriptione *Halleri loc. cit.*, de plantâ sericeo-pilosâ sermonem facientis; attamen in dicto *specimine* pili nigri intra *racemum* copiosiores sunt et *carinae* unguiculus breuissimus.

Astragalus montanus *Linnaei* et plurimorum *auctorum*, quem fistit *Jacq. austr. 2. t. 167*, *differt pilis* omnium partium rarioribus in caule et petiolis patentissimis, unde herba viret; *scapis* vix folium aequantibus, *corollis* dilutioribus. Quoad *bracteas florumque* formam et magnitudinem nullum constans a nostro *discrimen* video.

Corolla nostro amoene coerulea: *vexillo* rotundato emarginato lineato, *carinâ alis* breuiore: unguiculo lineam fere longo. *Legumen* breuissime intra calycem pedicellatum, semibiloculare.

1502*****. OXYTROPIS *uralensis.*

O. acaulis sericeo-villosa, foliolis elliptico-lanceolatis ovatis, scapis folio longioribus, racemo ouato conferto, floribus leguminibusque ouato-acuminatis villosis erectis.

O. acaulis villoso-fericea, leguminibus erectis ouato-cylindraceis inflatis bilocularibus. *Decand. astrag. p. 68. Lam. et Decand. flor. franc. n. 3955. Steuen in mem. soc. nat. cur. mosq. 4. p. 54.*

Astragalus (*uralensis*) acaulis, foliolis ouato-lanceolatis fericeo-villosis, scapis folio longioribus calycibusque lanatis, capitulis oblongis, bracteis longitudine calycis, leguminibus ouatis acuminatis pubescentibus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1312. Jacq. ic. rar. 1. t. 155. Pall. monogr. n. 55. t. 42. Hall. hist. n. 410. t. 14 et opusc. p. 308. t. 2. Gmel. sib. 4. p. 59. n. 76. t. 30. Amm. ruth. n. 167.*

Phaca uralensis. *Wahlenb. carpat. n. 737.*

Occurrit in alpibus Caucasi orientalis circa fontes torrentis Chodjal, nec non in Ossetiâ. Floret aestate. ♃

Nullum majoris momenti *discrimen* inter caucasicum et helueticum vel sibiricum perspicio. In Ossetico *pubes* nonnihil brevior fericea, *corolla* amoene coerulea: *vexilli* laminâ basin versus maculâ mediâ albâ coeruleo-lineatâ, ut in A. hypoglotti. *Legumen* nostratis non vidi.

Synonyma Gmelini et Ammanni ad Astragalum ambiguum, pube rarâ et legumine uniloculari ab uralensi potissimum discrepantem, cur amandauerit *Pallasius monogr. p. 54.* nescio; quum de plantâ hirsutâ et incanâ loquantur dicti scriptores, *Gmelinus* autem legumen biloculare suae differtis verbis tribuat. *Bracteas* imas tantum *calycem* interdum nec constanter subaequare in plantâ omnium regionum obseruo.

1503. PSORALEA *palaestina.*

Legumen hirsutum: rostro ensiformi calyce longiore, praeter marginem piloso-hispidum glabro.

1504. PSORALEA *acaulis.*

Synonymon adde: *Steuen apud Hoffm. in comment. ſoc. phyſico-med. moſq. I.* vol. I. p. 47.

Corolla pallida cum halitu caerulei: *carinae* apice atro-violacco. *Germen* totum ſericeo-piloſum.

1506. TRIFOLIUM M. *officinale.*

Definiatur: Tr. M leguminibus ſphaeroideis compreſſiusculis reticulato-rugoſis ſubmonoſpermis, racemis elongatis, foliolis cuneiformibus ſerratis, ſtipulis ſetaceis, corollâ calyce plus duplo longiore.

Caules erecti ſtriato-angulati paniculati. *Stipulae* ſetaceae diuaricatae. *Foliola* inaequaliter ſerrata baſi acuta: inferiora lata, ſuperiora anguſtiora elliptico-cuneiformia. *Corolla calyce* plus duplo longior, ſaepius lutea quam alba: vexillo alis, alis carinâ paullo longioribus. *Legumina* ſphaeroidea parum compreſſa, rugis intricatis inaequalia, monoſperma, juniora leuiſſime pubescentia. Conuenit igitur noſtra, per totam Roſſiam meridionalem communis, potius cum „Meliloto (*vulgari*) leguminibus racemoſis nudis monoſpermis rugoſis obouatis acu„tis, ſtipulis ſetaceis *Willd. enum. hort. berol. p. 790*„, quam cum „Meliloto (*officinali*) leguminibus racemoſis nudis diſper„mis ſubrugoſis ouatis ſubcompreſſis acutis, ſtipulis ſubulatis, „caule erecto. *Willd. loc. cit.*„ *Florum* vero color, ſecundum meas obſeruationes, has affines ſpecies (nam in Ucraniâ ſolãnam quoque leguminibus diſpermis praeditam vidi) non diſtimit.

Varietatem: flore luteo mediae magnitudinis inter vulgatam plantam et Tr. paruiflorum, in littore praerupto riui Salgir haud procul Sympheropoli legi, Meliloto altiſſimae *Flor. paris.* non male reſpondentem.

1506*. TRIFOLIUM M. *paruiflorum.*

Tr. M. leguminibus fubgloboſis reticulato-rugoſis monoſpermis, racemis cylindricis, foliolis cuneiformibus ferratis, ſtipulis ſubulatis, corollà calyce vix duplo longiore.

Tr. M. paruiflora. *Desfont. atl. 2. p. 192. Perſoon enchirid. 2. p. 347. Lamarck et Decand. flor. franc. n. 3896.*

Tr. indicum δ. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1353.*

Melilotus lutea minor, floribus et ſiliculis minoribus ſpicatim et denſe diſpoſitis. *Moris. hiſt. 2. ſect. 2. p. 161.*

Occurrit verſus oſtia Cyri fluminis, circa Sallian. ⊙

1506**. TRIFOLIUM M. *tauricum.*

Tr. leguminibus ſubrotundis compreſſis tranſuerſe plicato-rugoſis monoſpermis, racemis elongatis, foliolis rhombeo-cuneatis lineatis antice dentato-ferratis, ſtipulis ſubulato-ſetaceis.

Habitat frequens in Tauriae meridionalis ſterilibus abruptis. Aeſtate cum affinibus floret. ♂?

Planta glaberrima glauco-viridis, Meliloti odorem eximie ſpirans, M. italicae proxima. *Caulis* erectus paniculato-ramoſus vulgo minus elatus quam in vulgari ſpecie. *Foliola* lateribus baſin reſpicientibus integerrima: inferiora breuia atque lata, ſuperiora pro more anguſtiora. *Inflorescentia* vulgaris ſpeciei. *Flores* nonnihil majores conſtanter albi. *Legumina* majora magis compreſſa atque corrugata, juniora euidenter pubescentia.

Diſtinctum a mox recenſitis eſt, circa coloniam Sareptanam in praeruptis argilloſis ſicciſſimis nec alibi nascens „Tr. M. (*ruthenicum*) leguminibus ouatis compreſſis reticulato-„rugoſis monoſpermis, racemis elongatis laxis, pedicellis lon-„gitudine floris, foliolis cuneiformibus remote ferratis: ſum-

„mis lineari-ellipticis ſubintegerrimis, ſtipulis ſetaceis.„ *Habitus* vulgaris ſpeciei. *Foliola* in uniuerſum anguſtiora. *Racemi* longi: *floribus* longius pedicellatis magis diſtantibus minus nutantibus minoribus: *corollâ* albâ breuiore. *Legumen* majus quam in vulgari ſpecie, ſimile legumini M. macrorhizae, ſed intra calycem ſeſſile, nec uti in hac therapodio breui ſultum. *Semen* duplo majus quam in vulgari, teſtaceum.

Tr. M. dentatum, in transwolgenſibus mari Caſpio adjacentibus nuper repertum, neque agro Sareptano peregrinum *Florae noſtrae* limites haud intrat.

1507. TRIFOLIUM M. *hamoſum*.

Synonymon adde: Melilotus uncinata. *Beſſer Catal. hort. cremen. a. 1816. p. 155.*

Pedunculus ariſtâ breui terminatus. *Calycis* dentes inaequales, 2 ſuperiores longiores, infimus minimus.

Caucaſicum, in apricis circa Kubam etiam nascens *differre* a taurico *caule* multo longiore, *floribus* pallide flauis, *ſtipulis* longioribus, *leguminibus* magis villoſis: hamo adpreſſo nec angulo recto tantum patente et ſpecie forte diſtinctum eſſe obſeruat *Steuen in nem. ſoc. nat. cur. moſq. 4. p. 57.*

Hoc et Trigonella aegyptiaca *Melilotos* cum *Trigonellis* conjungunt, ſicut Medicago falcata et Trigonella ruthenica *Medicagines.*

1510. TRIFOLIUM *ambiguum*.

Varietas corollis caerulescentibus in Tauriâ meridionali occurrit.

1512. TRIFOLIUM *pictum*.

In Iberiâ mediâ etiam reperitur.

1514*. TRIFOLIUM *medium*.

Tr. ſpicis laxis ſubgloboſis (ſolitariis), calycis dente infimo tubum corollae monopetalae ſubaequalis aequante, ſtipulis ſubulatis, foliolis ellipticis tenuiſſime ſerrulatis ſtriato-venoſis, caulibus ramoſis flexuoſis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1367. Flor. dan. t. 1273. Smith in act. ſoc. Linn. lond. 1. p. 237. brit. p. 786. Engl. bot. 190.*

Tr. flexuoſum. *Jacq. auſtr. 4. p. 45. t. 376.*

Tr. majus tertium. *Clus. hiſt. 2. p. 245.*

In Iberiae pratis occurrit. 2

Diagnoſis a Tr. alpeſtri facillima ex conformatione dentium *calycis:* in alpeſtri 4 ſubaequalibus infimo duplo triplove breuioribus; in Tr. medio: 2 ſuperioribus infimo breuioribus nec duplo, 2 lateralibus infimum ſubaequantibus. *Capitula* vulgo gemina approximata: altero ſeriore, tam in alpeſtri quam in medio.

1516. TRIFOLIUM *ochroleucum*.

In herbidis ſiccioribus Tauriae meridionalis minime rarum.

Calycis dentes 4 breues parum inaequales, infimus duplo ſaltim longior in hoc et in ſubſequente.

1517. TRIFOLIUM *pannonicum*.

Synonyma adde: *Allion. pedem. n. 1099. t. 42. f. 2. Beſſer galic. n. 893. Schultes obſ. p. 158.*

1518. TRIFOLIUM *trichocephalum*.

Definiatur: Tr. ſpicis hirſutis ellipticis baſi foliоſis, calycis dente infimo caeteris paullo longiore alis duplo breuio-

re, caule adfcendente fimpliciffimo paucifolio, foliolis integerrimis ouatis oblongifue.

Synonyma adde: *Steuen in mem. foc. nat. cur. mofq. 4. p. 58. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 69.*

Variat magnitudine, ita ut fpecimina circa acidulam Narfana lecta vix Tr. pannonico humiliora fint, praeterea *foliis* caulinis remotis 2-3 praedita: *foliolis* oblongo-ellipticis fere ut in Tr. pannonico; quae *varietas* fpeciminibus mediae magnitudinis, in alpeftribus Caucafi orientalis et in alpibus Offetiae lectis cum pumilâ, quam olim defcripfi, connectuntur. Nec *capitula* conflanter folitaria fiunt, fed et ut in Tr. ochroleuco, inter *folia* fumma oppofita occurrunt gemina breue pedunculata.

Tr. armenium *Willd. enum. hort. berol. p. 793* pro *fynonymo* noftri ponit *Steuen loc. cit.*; ego vero in noftro *foliola* lineari lanceolata emarginata non video.

Tr. canescens *Botan. magaz. 1168*, fortaffis, excluso *fynonymo Willdenouii*, hujus potius loci eft.

1518*. TRIFOLIUM *coerulescens.*

Tr. fpicis ouatis fericeo-villofis aphyllis, foliolis fubrotundo-rhombeis villofis ftipulisque femiouato-fubulatis dentatis, calycis dentibus fubaequalibus alas fubaequantibus.

In deferto Anketeri fluuiis Terek et Kumae interjacente habitat. *D. Steuen.* ⊙

Tr. incarnato proximum, quocum formâ *floris* et colore *corollae* pallido conuenit. *Dignoscitur foliolis* lineatis antice argutius dentatis, *ftipulis* nequaquam membranaceis neruofis vaginantibus obtufiusculis, fed minoribus totis viridibus ex latâ bafi in acumen fubulatum productis, margine dente uno alteroue praeditis; *capitulis* breuioribus et *floribus* nonnihil minoribus.

1521. TRIFOLIUM *lappaceum.*

Synonyma adde: *Steuen in mem. ſoc. nat. cur. mosq. 4. p. 58. J. Bauh. hiſt. 2. p. 378. f. 3. (loco 2. p. 383.)*

In Tauriâ meridionali nuper quoque inuentum.

Calycis dentes baſi nernis tribus valde prominulis inſtructi *corollam* manifeſte ſuperant, recte nonente *Steueno loc. cit.*; eandem *calycis* ad *corollam* pronortionem ſtatuit *Saui cent. plant. rar. etrusc. p. 144*, ſed ex Iberiâ habeo ramos floriferos: *corollâ calycem* aequante, hujus fructiferi dentibus baſi haud ita neruoſis. Anne duae *diſtinctae* ſpecies ſub hoc latent?

1521*. TRIFOLIUM *erinaceum.*

Tr. ſpicis oblongis piloſis aphyllis, foliolis cuneatis emarginatis ſubintegerrimis villoſis, ſtipulis lanceolato-cuſpidatis, calycis dentibus ſubaequalibus tubo paulio longioribus corollam ſuperantibus, caule erecto ramoſo.

Habitat in Iberiâ mediâ. *D. Willeims.* ⊙

Tr. dimaricato *Schousb.* proximum et admodum affine. *Differt* habitu minus elongato, *pilis* omnium, partium erecto-patulis nec patentiſſimis horizontalibus, *foliolis* nonnihil longioribus: denticulis apicis vix uliis et *calycis* dentibus breuioribus concoloribus, nec tubo duplo fere longioribus plerumque purpuraſcentibus.

Calyx ore pilis munitus, quibus conniuentibus fructifer clauditur, ut in Thymis; dentes autem rigescentes in ſtellam panduntur, ſicut in Tr. lappaceo ejusque affinibus.

1522. TRIFOLIUM *leucanthum.*

Calyx hirſutie ſubruſâ et albâ variat, fructifer villis faucis etiam clauditur.

1526. TRIFOLIUM *echinatum.*

Synonymon adde: *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 69.*

In planioribus ditionis Kubenſis, mare caſpium verſus, circa portum Nisabad *amiciſſ. Steuen* legit.

1527. TRIFOLIUM *turgidum.*

Synonyma adde: Tr. (*veſiculoſum*) caule ereeto ſulcato, foliis ouato-oblongis ferrulato-ciliatis, capitulis ouatis terminalibus, calycibus fructiferis inflatis ventricoſis glaberrimis corollâ ſcarioſâ perſiſtente dimidio breuioribus. *Loiſeleur flor. franc. p. 485. t. 15. Saui flor. pis. 2. p. 165. Decand. flor. franc. 6. ſuppl. p. 561. n. 3886a. Treuiranus in repert. ſoc. nat. cur. berol. a. 1813. 2. p. 152.*

Tr. (*recuruum*) capitulis ouatis fructiferis oblongis, calycibus fructiferis inflatis nudis, caulibus erectis: ramis recurnis, foliolis ſetaceo-ferrulatis. *Waldſt. et Kit. rar. hung. 2. t. 165. Hornem. hort. hafn. a. 1813. p. 718.*

Specimen italicum comparaui et nullum a noſtro *discrimen* inueni.

1528. TRIFOLIUM *fragiferum.*

Per prata ſpongioſa Ucraniae magnâ copiâ nascitur, pecori gratiſſimum.

Paleae ad baſin *capituli* ſubulatae quandoque bicuſpides, et minores inter *floſculos.*

1528*. TRIFOLIUM *tomentoſum.*

Tr. capitulis globoſis, calycibus fructiferis membranaceis tomentoſo-lanatis: dentibus breuiſſimis, pedunculis folio breuioribus, caulibus flaccidis glaberrimis, foliolis obouato-cuneatis.

Tr. capitulis globoſis, calycibus fructiferis inflatis membranaceis tomentoſis: dentibus obliteratis, caulibus proſtratis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1380. Lamarck et Decand. flor. franc. n. 3888.*

Occurrit in Iberiâ.

Foliorum ferraturae ut in Tr. reſupinato et phyſodé. *Capitula* breue pedunculata neque vero ſeſſilia, florentia vix Piſo majora tota tomento calycum goſſypino obnupta: *vexillis* tantum e lana emergentibus, fructifera magnitudine aucta, attamen Tr. fragiferi capitulis fructiferis multo minora.

1532. TRIFOLIUM *paruiflorum.*

Synonymon adde: Tr. capitulis ſubrotundis axillaribus pedunculatis, calycibus trineruiis recuruis corollâ longioribus, foliolis obouatis ferrulatis, ſtipulis ouato-ſubulatis integerrimis. *Sprengel pugill. 1. p. 63. n. 90.*

In campeſtribus Tauriae, ab iſthmo usque ad montium radices paſſim prouenit.

1533. TRIFOLIUM *agrarium.*

Definiatur: Tr. ſpicis fructiferis ſphaeroideis: vexillis deorſum imbricatis ſulcatis, foliolis lanceolato-cuneatis: impari ſubſeſſili, ſtipulis lanceolato-enſiformibus petiolo longioribus, caule erecto paniculato, calycibus glabriusculis.

Synonyma adde: *Lamarck et Decand flor. franc. n. 3891 et 6. ſuppl. p. 561. Wahlenb. carpat. n. 756.*

Tr. (*aureum*) ſpicis ouatibus imbricatis, vexillis deflexis perſiſtentibus, calycibus nudis, ſtipulis lanceolatis nudis, foliolo impari ſeſſili, caule erecto. *Pollich pal. n. 708.*

Icon allegata Vaillantii hic excludenda, videtur ſubſequentis eſſe.

1534. TRIFOLIUM *campeſtre.*

Tr. ſpicis fructiferis ſphaeroideis: vexillis deorſum imbricatis ſulcatis, foliolis obouatis: impari petiolato, ſtipulis semiouatis acutis, caule recto: ramis diffuſo-procumbentibus, calycibus pubescentibus: dentibus inaequalibus.

Tr. ſpicis ouatis imbricatis, vexillis deflexis perſiſtentibus, foliolis ouato-lanceolatis: intermedio petiolato, caule ſubdiffuſo: ramis decumbentibus. *Schreber ap. Sturm. icon. flor. germ. Beſſer galic. n. 901. Decand. flor. franc. 6. ſuppl. p. 562. n. 3891.*

Tr. procumbens. *Flor. taur. cauc. n. 1534. (excluſo ſynonymo Raji.) Wahlenb. carpat. n. 757. Engl. bot. 945.*

Tr. (*agrarium*) ſpicis ouatis imbricatis, vexillis deflexis perſiſtentibus, calycibus ſubpubescentibus, ſtipulis cordatis ciliatis, foliolo impari petiolato, caule diffuſo. *Poll. pal. n. 707. Curt. lond. Sobolewski petrop. p. 481.*

Hoc apud nos omnium affinium vulgatiſſimum ramis magis minuſue elongatis atque decumbentibus variat. Praecedens longe rarius in pratis ſyluaticis Ucraniae quoque occurrit.

1537. LOTUS *corniculatus.*

Varietas β erectior atque altior glabra, *foliis ſtipulisque* anguſtioribus, *capitulis* depauperatis, quam multi ſpecie ſeparant, in graminoſis depreſſis inter Boryſthenem et iſthmum Tauriae frequenter occurrit; eandem circa Aſtrachan legit *D. Blum.*

Notabilis admodum *varietas* eſt, paſſim per Iberiam et copioſe ad latera montis thermis Conſtantinomontanis imminentis occurrens L. tenuis caucaſicus *Catal. hort. gorenk. a. 1813. p. 70.* L. ciliatus Steueni *Hoffm. hort. moſq. a. 1808.*

n. 1944, totus *pilis* ſparſis longis tuberculo impoſitis hirſutus; quem altamen non ſeparo, quum praeter pubem nullum plane discrimen a vulgari L. corniculato videam, qui et ipſe quandoque ſubpiloſus reperitur.

1538. DORYCNIUM *monſpelienſe.*

Calyx pilis incumbentibus incanus: dentibus non ouatis, ſed triangularibus acutis breuibus.

1539. DORYCNIUM *latifolium.*

Synonymon adde: *Steuen in mem. ſoc. nat. cur. moſq. 4. p. 58.*

In lapidoſis prouinciae Caucaſi orientalis Schekenſis inter frutices, nec non in montoſis Tauriae maxime meridionalis occurrit.

Calyx hirſutus: dentibus anguſtioribus quam in praecedente. An huc D. ibericum *Willd. enum. hort. berol. ſuppl. p. 52?*

1539*. TRIGONELLA *tenuis.*

Tr. leguminibus ſubquaternis ſubarcuatis erectis, pedunculo mutico: florifero folium ſubaequante, foliolis cuneatis ſtriatis ſerrulatis, ſtipulis rectis.

Tr. tenuis. *Fiſcher in hort. gorenk.*

Habitat in montibus Tifli imminentibus, circa Kadſchari. *D. Wilhelms.* ⊙

Affinis maxime Tr. cancellatae *hort. Paris.*, quae ab aliis ſub nomine Tr. ornithopodiodis colitur. Differt *pube* proſtratâ omnium partium praeſertim in juniore copioſiore, *foliolorum* ſerraturis crebrioribus (circiter 21 nec tantum 13), *ſtipulis* minus elongatis aut cauli parallelis aut parum paten-

tibus, nec reflexis seu revolutis; *pedunculis* florentis folio fructiferae legumine quidquam brevioribus 2-4-floris raro 6-floris, nec florentis folio fructiferae legumine nonnihil longioribus constanter 5 6-floris; denique *leguminibus* leviter tantum curvatis divergentibus, nec valde arcuatis ita ut matura supra pedunculum communem apicibus convergant.

1539**. TRIGONELLA *flexuosa*.

Tr. leguminibus subsessilibus subarcuatis erectiusculis flexuoso-torulosis, pedunculo mutico: floriferо folium superante, foliolis cuneatis striatis serrulatis, stipulis rectis.

Tr. flexuosa. *Fischer in hort. gorenk.*

Habitat circa Tiflin cum praecedente. *D. Wilhelms.* ⊙

Praecedenti valde affinis, quâcum *pube*, *foliis* et *stipulis* convenit; sed differt *pedunculis* 6-8-floris: floriferis folio longioribus fructiferis longitudine leguminis; *stylo* lineam fere longo, nec brevissimo ut in praecedente et in Tr. cancellatâ; denique *leguminibus* minoribus: maturis magis divergentibus et inter semina flexuoso-tortis, unde nomen triviale.

1541*. TRIGONELLA *calliceras*.

Tr. leguminibus pedunculatis congestis declinatis falcatis sulcatis stylo acuminatis, pedunculo aristato folio longiore.

Tr. calliceras. *Fischer in herb. gorenkensi.*

Circa Tiflin cum Tr. tenui et flexuosâ reperitur. *D. Wilhelms.* ⊙

Spontanea duabus mox commemoratis quidquam major et villosior. *Foliola* rotundiora. *Pedunculi* 4-6-flori, floriferi folium subaequantes, fructiferi folio paullo longiores, in quibus *flores* foecundati statim reflectuntur. *Legumina* situ atque for-

mâ leguminibus Aſtragali hamoſi aliquomodo analoga, teretia pubescentia ſulcis pluribus longitudinalibus pulchre exarata, in roſtrum ſubarcuatum ipſorum fere longitudine definentia. *Semina* oualia oculo nudo lacuia flauicantia.

1542. TRIGONELLA *gladiata.*

In Caucaſi orientalis collibus ad mare Caſpium, inter rudera munimenti Buinaki etiam obuia, teſte *Steueno in mem. ſoc. nat. cur. moſq. 4. p. 58.*

Non videtur a noſtrâ differre Tr. proſtrata *Decand. flor. franc. 6. p. 571. n. 3927*[a].

1543. MEDICAGO *cretacea.*

Synonyma adde: M. pedunculis multifloris racemoſis, leguminibus reniformibus monoſpermis, foliolis rhombeo-ſubrotundis mucronatis obſolete denticulatis, caule diffuſo ſuffruticoſo. *Willd. enum. hort.. berol. p. 800. Marſch. cent. plant. rar. roſſic. 2. t. 76. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 69.*

M. nummularia Steueni. *Beſſer cat. hort. cremenec. a. 1816. p. 85.*

1545. MEDICAGO *glutinoſa.*

Synonyma adde: *Marſch. cent. plant. rar. roſſic. 2. t. 84. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 69. Beſſer catal. hort. cremenec. a. 1816. p. 85.*

In Tauriâ meridionali rarius obuia.

Culta vulgo *flores* fert ochroleucos, qui in ſpontaneâ imprimis alpeſtri ſaepe caerulescunt. Pro pabulo coli meretur et Ucraniae coelum eximie fert.

1546. MEDICAGO *falcata.*

Planta polymorpha, tam *foliolorum* formâ, quam *pube.* Notabilem *varietatem pube* copiosâ cinerascentem: *foliolis* lineari-cuneatis peranguſtis legi in campis elatis Boryſthieni vicinis circa Cherſon, quam etiam ad Tanain inuenit *D. Henning.* Alia *varietas flore* ochroleuco in campis ad Caucaſum circa Georgiewsk et Conſtantinogorsk reperitur. Cum hac varietate conferenda eſt M. media *Perſoon enchirid. 2. p. 356.*

1547. MEDICAGO *rupeſtris.*

Synonymon adde: *Beſſer cat. hort. cremenec. a. 1816. p. 85.*

Legumine venis a disco ad marginem excurrentibus radiato commode ab affinis M. proſtratae *leguminibus* aueniis praeditae *varietatibus* macilentis *dignoscitur;* a M. cancellatâ vero, praeter notas olim indicatas, breuitate *pedunculorum.*

1550. MEDICAGO *lupulina.*

Stipulae denticulatae, quâ notâ differt a M. Willdenowii *Mérat flor. paris. 296.* ſtipulis integerrimis praeditâ, ad quam ablegandum eſt *Synonymon Willdenouii ſpec. plant.*

1550*. MEDICAGO *brachycarpa.*

M. capitulis axillaribus ſeſſilibus, leguminibus ſemiorbiculatis acutis lineatis monoſpermis.

M. brachycarpa. *Fiſcher in herbar. gorenkenſi.*

Habitat in montoſis prope Tiflin, circa Kadſchari. *D. Wilhelms.* ⊙

Planta puſilla digitalis ſeu palmaris tota ſicut M. minima villoſa: *cauliculo,* in meis ſpeciminibus, recto non ramoſo. *Fo-*

liola obouato-cuneata, apicem verſus minutiſſime argute ferrulata. *Stipulae* lanceolato-ſubulatae baſi ſubdentatae. *Flores* intra ſummorum foliorum axillas glomerati: *calycibus* valde villoſis *corollis* pallide luteis. *Legumen* ſimile legumini M. cretaceae, quidquam minus et in reniformem figuram minus dilatatum.

1552*. MEDICAGO *denticulata.*

M. pedunculis multifloris, leguminibus cochleatis utrinque planis: anfractibus binis reticulatis margine aculeatis, aculeis diuergentibus; ſtipulis ciliato-dentatis, foliolis obouatis dentatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1414. Lam. et Decand. flor. franc. n. 3921. Steuen in mem. ſoc. nat. cur. mosq. 4. p. 58.*

M. perfica Steueni. *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 69.*

Occurrit in Tauriâ et ad Caucaſum paſſim. ⊙

Differt ab affini M. macula à praeſertim *leguminibus* magis complanatis: aculeis marginalibus bifariam patentibus, nec demum lateribus leguminis incumbentibus et ſupra ejus baſin atque apicem conniuentibus, quo facto hoc ſphaeram refert.

1553. MEDICAGO *Gerardi.*

Varietas erectior caucaſica, *pedunculis* breuioribus longius ariſtatis ſaepe unifloris a tauricâ etiam aberrat. Poſteriorem vero culturâ quidquam mutatam ſiſtit, quae ſub M. caſpicâ *Bernhardi* hortos noſtros botanicos intrauit.

1554. MEDICAGO *minima.*

Varietatem perpuſillam: *pedunculis* quadrifloris, *leguminum* aculeis duplo breuioribus legi in collibus lapidoſis Caucaſi ſeptentrionalis caſtello Alexandrino imminentibus, Junio florentem.

POLYADELPHIA.

POLYANDRIA.

1560. HYPERICUM *elegans.*

Synonyma adde: *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 52. Beſſer catal. hort. crem. a. 1816. p. 71.*

Late diſſeminata per Roſſiae auſtraliora ſpecies, quam in Volhynia *Cl. Beſſer*, ego in pinetis ſabuloſis ad fluuium Donez, haud ita procul Charcoviâ legere.

1561. HYPERICUM *hyſſopifolium.*

Synonymon adde: H. diuerſifolium. *Decand. flor. franc. 6. ſuppl. p. 631. n. 4583a.*

Lego in *Repertorio botanico anglico*, H. Corin ex feminibus tauricis in hortos anglicos fuiſſe introductum; ſub quo H. hyſſopifolii varietatem anguſtifoliam intelligendam eſſ ſuſpicor, quam pro Cori ipſemet olim propoſui *in deſcr prouinc. caſpic. append. p. 210;* veram autem Corin : hactenus, nec in Tauriâ, nec intra Florae noſtrae limi' libi obſeruauit.

SYNGENESIA,

AEQUALIS.

1563. TRAGOPOGON *undulatus.*

Flos vulgo quidquam minor quum in Tr. pratenſi: *floſculis* ſaepius calycem ſuperantibus, *pedunculo* ſub calyce vix incraſſato, qui in priore imprimis ſub fructeſcentiam ſemper tumet. *Lana* vaga ad baſin caulis et foliorum ſicut in calyce juniori vix unquam deeſt; quo in ſtatu caute diſtingendus eſt a Tr. floccoſo *Waldſt. et Kit.*, flore et pedunculis quoque ſimili. Hic in ſabuletis ad Wolgam inferiorem haud rarus, ad Caucaſum non excurrit, nec in Tauriâ hucusque repertus eſt.

Tr. orientalis *Wahlenberg carp. n. 770* ab undulato noſtro vix differre videtur (conf. *Treuiranus in repert. ſoc. nat. cur. berol. a. 1813. 2. p. 152*): longe vero alia *planta* eſt Tr. orientale anguſtifolium, flore maximo luteo *Tournef. cor. p. 36*, *floſculis calyce* duplo pene longioribus, *florem* ſpecioſum amoene luteum efformantibus praeditum, quod ex herbario *b. Stephani* habeo cum adſcripto loco natali Sibiriâ.

* Tr. roſeus *Treuiranus in repert. ſoc. nat. cur. berol. a. 1813. 2. p. 152*, qui Tr. ruber *S. G. Gmel. it. 2. p. 198. Linn. ſyſt. nat. ed. Gmel. 2. P. 2. p. 1268*, *varietas* forte Tr. mutabilis *Jacquini*, Florae aſtrachanenſis, obſeruante jam Gmelino ciuis, per Tauriam Caucaſumque non occurrit.

1563*. TRAGOPOGON *pusillus.*

Tr. calycibus corollâ breuioribus, pedunculo aequali, foliis linearibus basi amplexicauli dilatatis glabriusculis, caule subunifloro.

Tr. orientalis? *Steuen in mem. soc. nat. cur. mosq. 4. p. 59.*

Habitat in collibus Armeniae ibericae australioris ad riuum Dsegam, nec non in campis apricis Iberiae occidentalis circa Gori.

Refert *varietatem* pygmaeam Tr. undulati. *Caulis* palmaris simplicissimus uniflorus usque ad medium foliosus. *Folia* caulem aequantia aut superantia, praeter basin anguste linearia, juniora apicem versus undulata. *Pedunculus* sub flore vix incrassatus. *Flos* magnitudine Tr. undulati. *Corollulae* pallide flauae argute 5-denticulatae: subtus striis 5 fuscis. *Antherae* fuscae. Notis a *Steueno loc. cit.* indicatis diuersitas a Tr. orientali extra dubium ponitur.

1564. TRAGOPOGON *major.*

Corollulas apice rotundatas non video in meis, sed apicem versus angustiores: denticulis apicis 5 minimis nigro-marginatis.

1568. SCORZONERA *taurica.*

Synonyma adde: *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 34. Besser catal. hort. cremen. a. 1816. p. 126.*

Semina incana costata: costis apicem versus denticulato-scabris. *Varietatem* totam lanugine canescentem legi in collibus calcareis Borysthcni vicinis, inter Cherson et Berislaf; et alteram angustifoliam subunifloram circa acidulam Nartsanensem lectam *amiciss.* *Steuen* mihi communicauit.

1569. SCORZONERA *ſtricta.*

Sc. foliis lineari-ſubulatis carinatis lanuginoſo-villoſis: caulinis ſuperioribus diminutis ſubulatis, caule pedunculis aequalibus elongatis paniculato, calycibus villoſis demum calueſcentibus.

Sc. caule ſimplici multifloro, foliis lineari-ſubulatis carinatis baſi ſublanatis ſtrictis, pedunculis longiſſimis ſubnudis, calycibus glabris. *Hornem. hort. hafn. a. 1813. p. 750.*

Sc. villoſa. *Flor. taur. cauc. n. 1569.* (*excluſis ſynonymis*)

In campeſtribus apricis ſiccis ad Wolgam inferiorem et in transwolgenſibus ad Rhymnum usque paſſim reperitur.

A Sc. villoſâ *Scop.*, quacum *habitu* conuenit, *discrepat* potiſſimum *pappo* non obſcure plumoſo vel ſerrulato-ſcabro, verum, ut in reliquis Scorzoneris, ſicut in Tragopogone, duplici: exteriore multiſeto toto inſigniter plumoſo, interiore longiore quinqueſeto: baſi plumoſo apice ſerrulato. *Planta* junior euidenter villis mollibus pubescens, immo cinerascens, aetate euadit glabriuscula, imprimis ſuperne. *Folia* juniora mollia, ſeniora rigescunt et erigantur.

1569*. SCORZONERA *mollis.*

Sc. foliis lineari-ſubulatis carinatis lanuginoſo-villoſis: junioribus margine undulato-crispis, caule breuiſſimo folioſo, pedunculis elongatis apice incraſſatis ſubcorymboſis calycibusque lanuginoſo villoſis.

Sc. tomentoſa. *Pall. it. 3. p. 513. 537. 654. 682.*

Crescit in collibus apricis ſiccis Tauriae, ad Wolgam inferiorem circa coloniam Sareptanam, etiam in transwolgenſibus. Floret Majo. ♃

Fefellit me *habitus* hujus fingularis, ut pro *varietate* juniore magis pubescente humili praecedentis eam haberem: caule aetate demum ultra folia elongando; poſtmodum *discrimina* agnoui conſtantia, ſecundum quae tuto pro peculiari ſpecie proponi poteſt. *Pubes* cinerea totius plantae etiam in pedunculis atque calyce copioſa, ne quidem in feminiferâ enaſcit. *Radix* validior ad terrae ſuperficiem multiceps. *Caulis* ita breuis, ut *pedunculi* ſcapos radicales referant folia vix ſuperantes. *Folia* baſi quidquam latiora quam in praecedente, flaccidiora: neruo medio valde dilatato. *Calycis* ſquamae exteriores longiores. *Flosculis* et *ſeminibus* cum praecedente conuenit.

Comparanda eſt cum Sc. undulatâ *Vahlii* et *diagnoſis* ritè ſtabilienda.

1570. SCORZONERA *enſifolia.*

Synonyma adde: Sc. ſpecies, Idſchelik Kirgiſis. *Pall. it. 3. p. 464.*

Laſioſpermum enſifolium. *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 34.*

In transwolgenſibus ad Rhymnum usque et ultra verſus orientem in deſertis arenoſis paſſim prouenit, nuper quoque in Ucraniâ a *Candidato medicinae Tſchernajew* reperta eſt.

1571. SCORZONERA *erioſperma.*

Synonyma adde: *Marſch. cent. plant. rar. roſſic. 2. t. 69. Hoffm. hort. moſq. a. 1808. n. 2888.*

Laſioſpermum anguſtifolium. *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 34. Beſſer catal. hort. cremenec. a. 1816. p. 77.*

1573. SCORZONERA *tuberosa.*

Synonymon adde: Chondrilla altera Dioscoridis Rauwolffii. *Clus. hist. 2. p. 145.*

1574. SCORZONERA *lanata.*

Synonyma adde: Sc. caule unifloro, foliis linearibus utrinque lanatis, radice tuberosâ. *Hoffm. in comment. soc. physico-med. mosq. t. vol. 1. p. 9 et hort. mosq. a. 1808. n. 2893.*

Tragopogon (*lanatus*) foliis ensiformibus undatis villosis, scapis radicalibus. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1495.*

Leontodon (*lanatus*) foliis ensiformibus integris hirsutis, calyce erecto simplici. *Linn. amoen. 4. p. 287. n. 74.*

Chondrillae alterius Dioscoridis Rauwolffii aliud genus. *Clus. hist. 2. p. 145.*

Circa Derbentum crescit, teste *Steueno in mem. soc. nat. cur. mosq. 4. p. 59.*

Calyculi squamae paucae adpressae inter lanam calycis delitescunt, quas *Linnaeus* neglexit: plantâ ad Tragopogonem relatâ.

1576. SCORZONERA *laciniata.*

Duas sub hac distinctas species latere monet *Cl. Treuiranus in obseru. botanicis p. 13;* alteram: *caule* scabro, *calyce* acuto *flosculis* paullo breuiore; alteram: *caule* molliter pubescente, *calyce* obtuso *flosculis* duplo breuiore; quarum priorem *in repertorio societ. nat. cur. berol. a. 1813. 2. p. 153* pro Sc. laciniatâ *Linnaei*, posteriorem pro Sc. calcitrapifoliâ *Vahlii* proponit. Haec, in Tauriâ atque Caucaso vulgaris, conuenit cum Sc. laciniatâ *agri Vindobonensis atque Jac-*

quini; illa, quam olim Stuttgardtiae quoque legi, non folum *caule*, verum etiam *foliorum* margine et neruis fubtus muriculato-afpera, apud nos rarius occurrit. Quoad *foliorum* formam nullam inter utramque *differentiam* animaduerto, atque pofteriorem genuinam effe *Vahlii* plantam valde dubito, quamuis ambas fpecie diftinguendas effe lubenter concedam.

Omnium Scorzonerarum *femina* bafi excauatâ recipiunt *receptaculi* tuberculum vel fetulam ipfa fuftinentia. Sicut tubercula haec vel fetulae, ita et vacua feminis bafis in variis fpeciebus magnitudine variat; fic Podofperma *Decand.*, appendice feminum bafilari inftgniore praedita, fpecibus intermediis e. g. Sc. ftrictâ, *continuâ ferie cum Scorzoneris connectuntur.*

1578. SONCHUS *uliginofus.*

Synonyma pone: *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 33. Treuiranus in repert. foc. nat. cur. berol. a. 1813. 2. p. 153.* S. glaber *Schultes obs. p. 162.* S. aruenfis varietas prima *Beffer galic. fub n. 923;* reliqua vero a nobis huc olim adducta expungantur, quippe S. oleraceum fpectantia.

Radix minime annua fed valde repens, ficut in S. aruenfi, qui in feptentrionalioribus communis, per auftraliora exulat; S. noftro uliginofo in Ucraniam usque per culta aeque molefto. *Semina* fubtetragona fusca: ftriis crenulatis.

1579. SONCHUS *oleraceus.*

S. pedunculis calycumque bafi fubhifpidis, foliis amplexicaulibus argute dentatis lyrato-runcinatis indiuififue, feminibus tuberculatis, radice annuâ.

S. pedunculis demum nudis, foliis runcinato-lyratis amplexicaulibus integrifue, feminibus margine dorfoque tranfuer-

fim fcabris. *Wallroth flor. halens. fuppl. 3. p. 98. Beſſer galic. n. 924. Rebentiſch flor. neomarch. p. 90. Flor. dan. t. 687. Schkuhr bot. n. 4220. t. 256. Hall. hiſt. n. 21. Gmel. ſib. 2. p. 9. n. 8.*

S. oleraceus α. β. laeuis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1514. 1515.*

S. oleraceus β. *Flor. taur. cauc. ſub n. 1579.*

S. aſper. *Gaertner fruct. 2. p. 360. t. 158.* (*excluſis ſynonymis*)

S. laeuis latifolius tertius. *Tabern. Kraeuterb. p. 499.*

S. laeuior vulgaris primus. *Clus. hiſt. 2. p. 146.*

1589*. SONCHUS *aſper.*

S. pedunculis calycumque baſi ſubhiſpidis, foliis amplexicaulibus argute elongato-dentatis runcinatis indiuiſiue, feminibus laeuibus, radice annuâ.

S. aſper. *Beſſer galic. n. 925. Rebentiſch flor. neomarch. p. 90. Flor. dan. t. 843. Schkuhr bot. n 4221. t. 256. Hall. hiſt. n. 22. Gmel. ſib. 2. p. 10. n. 9.*

S. (*fallax*) pedunculis calycibusque demum nudis, foliis amplexicaulibus ouato-oblongis laciniatis eroſo-dentatis runcinatisque, feminibus utrinque glabris triſtriatis. *Wallroth flor. halens. fuppl. 3. p. 98.*

S. oleraceus γ. δ. asper. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1515.*

S. oleraceus. *Flor. taur. cauc. n. 1579.* (*excluſâ varietate β.*)

S. aſper primus. *Tabern. Kraeuterb. p. 499.*

1581. SONCHUS *ſibiricus.*

Synonymon adde: S. (*albanus*) pedunculis ſquamatis calycibusque glabris, floribus corymboſis, foliis ouatis ſubulato-

dentatis: ſuperioribus baſi cordatis ſubſagittatis, infimis lyratis. *Steuen in mem. ſoc. nat. cur. moſq. 4. p. 59.*

Ad riuulos ſub alpe Schadagh Caucaſi orientalis Junio florens reperitur.

Planta alpina Caucaſica, ſeptentrionali in úniuerſum humilior minusque ramoſa atque multiflora, *foliis* etiam latioribus gaudet, quoad *florum* magnitudinem et *calycis* formam et colorem autem nullum inter utramque conſtans discrimen inuenio.

Locus natalis Tauria ſub hoc expungendus eſt, *varietatem* enim integrifoliam S. tatarici, paſſim per Tauriam naſcentem, perperam pro hoc olim habui.

1583. SONCHUS *caculiaefolius.*

Synonymon adde: *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 33.*

Occurrit quoque circa acidulam Naitſana.

Folia praeſertim ſuperiora ſubtus ad neruos piloſa. *Inflorescentia* et *flores S. Plumieri,* cui proximus eſt. *Semen* compreſſum laeue.

S. (*caucaſicus*) foliis ſeſſilibus: inferioribus cordatis dentatis, ſuperioribus integris hiſpidis, pedunculis ſquamoſis *Biehler cent. plant. rar. herb. Spreng. p. 12. n. 31* huc videtur eſſe reuocandus, quamuis *flores* lutei praedicentur; is enim error deſcriptionem ad ſicca ſpecimina concinnatam facile intrare potuit.

1584. SONCHUS *prenanthoides.*

Synonyma adde: *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 33. Beſſer cat. hort. cremenec. a. 1816. p. 135.*

Sicut praecedens *S. Plumieri*, ita hic *S. alpino* fimilis et proximus eft. *Semen* oblongum multiftriatum: ftriis minutim crenulatis huic et S. alpino.

1585. LACTUCA *altiffima.*

Synonyma adde: *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 33.*

L. orientalis altiffima, foliis integris, flore luteo. *Tournef. cor. p. 36.*

Circa montem Befchtau etiam lecta eft, et nuperrime ad Boryfthenem haud procul Catherinoslaw.

1585*. LACTUCA *ftricta.*

L. foliis fubtus laeuibus: radicalibus infimisque runcinato-lyratis dentatis, fuperioribus ruucinato-pinnatifidis bafi anguftatis fagittatis, floribus corymbofis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1525. Waldft. et Kit. rar. hung. 1. t. 48.*

Occurrit circa montem Befchtau, nec non in Iberiâ mediâ. ♂

Planta caucafica cum hungarico-auftriacâ, quam circa Bruck ad Leytham legi, omnino conuenit.

1588. CHONDRILLÁ *juncea.*

Prenanthes? hifpida *Pallafii loc. cit.* hic excludenda eft, ob *pappum* feffilem nec longe ftipitatum.

1590. CHONDRILLA *graminea.*

Synonyma adde: Ch. graminifolia. *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 33.*

Prenanthes chondrilloides. *Pall. it. 3. p. 537.*

Gummi ex hujus plantae radice emanans chemico examini fubiecit *Georgi act. acad. ſcient. petrop. a. 1779. P. I. hiſtorica p. 68.*

1592. PRENANTHES *tuberoſa. Steuen in mem. ſoc. nat. cur. moſq. 4. p. 59.*

Pr hiſpida. *Flor. taur. cauc. n. 1592.*

In ſyluis Armeniae ibericae, verſus fontes riui Akſtapha, Aprili florens lecta

Radix tuber ſubrotundum Auellanâ paullo majus: epidermide fuscescente. *Pappi* ſtipes femine multoties brevior, ut vulgo in hoc genere.

1593. PRENANTHES *eryſimifolia.*

Pro hac *varietatem* Pr. muralis: *paniculâ* minus compoſitâ, deſcripſiſſe mihi modo videor, qualem nuper et in ſiluis altioribus Tauriae maxime meridionalis legi.

1594*. PRENANTHES *deltoidea.*

Pr. calycibus ſuboctofloris, foliis runcinato-pinnatifidis dentatis ſubtus villoſis: lobo terminali maximo deltoideo, floribus paniculatis.

Habitat in Iberiâ mediâ. *D. Wilhelms in herb. gorenkenſi.*

Caulis ſimpliciſſimus tripedalis teres ſtriatus glaber. *Folia* magna: lobo terminali ita amplo, ut pars reliqua folii *petiolum* late foliaceum auriculatum quodammodo referat; ſupra glabriuscula, ſubtus villis crispis ſparſis pubescentia. *Panicula* glabra oblonga: *ramis* alternis, *pedicellis* alternis brevibus ſquamatis. *Flores* magnitudine Pr. purpureae. *Calyx* ſubocto-phyllus: foliolis glauco-viridibus apice purpurascentibus; cae-

lyculo circiter triplo breuiore: fquamis lanceolatis inaequalibus. *Flosculi* 8-10 lutei. *Semina* nigricantia: *pappi* pilofi ftipite breui.

1595. LEONTODON *Taraxacum.*

Definitur: L. calyce exteriore reflexo: fquamis fubulato-lanceolatis, interioris fquamis fub apice gibbis, foliis runcinatis dentatis pilofiusculis: lobis triangularibus retrofalcatis.

1595*. LEONTODON *glaucescens.*

L. calyce exteriore patulo: fquamis ouato-lanceolatis, interioris fquamis fub apice appendiculatis, foliis runcinato-pinnatifidis fubdentatis-glabris: lobis lineari-lanceolatis fubfalcatis diftantibus.

Taraxacum glaucescens. *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 34.*

L. Taraxaci varietas foliis tenuiffime laciniatis. *Treuiranus in repert. foc. nat. cur. berol. a. 1813. 2. p. 153.*

Habitat in campis argillofis fubfalfis Caucafo a feptentrione fubjacentibus et in ditionibus Wolgenfibus inferioribus. ♃

Affinis maxime L. Taraxaco. *Differt* colore glauco *foliorum* tenuius laciniatorum, *calyculo* quidquam breuiore: fquamis *minus productis*, et *calycis interioris* fquamis fub apice non tantum incraffatis, fed fquamulâ extante diftinctâ auctis: apiculo quafi duplicato.

1595**. LEONTODON *caucaficus.*

L. calyce exteriore laxo: fquamis ouatis marginatis, foliis runcinato-pinnatifidis: laciniis retrorfum fubimbricatis. *Steuen in mem. foc. nat. cur. mofq. 4. p. 60.*

Habitat in promontorio Caucafi feptentrionali, ad fluuium Terek circa Tarartup. Floret primo vere. ♃

Folia polymorpha, praefertim quoad magnitudinem lobi terminalis; *diftinctus* tamen a L. Taraxaco, cui *foliorum* lobi patentes diftantes et *calyculi* foliola lanceolata. *Steuen loc. cit.*

Ex fpeciminibus junioribus ab *amiciff. Steueno* communicatis mihi hac de fpecie haud penitus liquet, imprimis quoad *diagnofin a varietate* profundius incifâ L. liuidi.

1597. LEONTODON *liuidus.*

Varietas foliis finuato-runcinatis, quae L. paluftre *Smith brit. p. 823. Engl. bot. 553.* autumno ad Boryfthenem et in graminofis Tauriae meridionalis frequens eft; habet tamen *foliorum* lobos minus profundos et magis approximatos quam planta britannica: terminali majore obtufo vel obtufiufculo. *Semina* magis compreffo-dilatata quam in L. Taraxaco, totâ lineis tuberculorum complanatorum fquamatim obtecta: quorum fumma in breuiffimam fpinulam educuntur. Haec varietas a L. laeuigato *Willd.* vel pauciffimis differt, vel plane non discrepat.

1597*. LEONTODON *alpinus.*

L. calyce exteriore erecto: fquamis lanceolatis, fcapo unifloro, foliis lanceolatis obtufis fubdentatis glabris. *Steuen in mem. foc. nat. cur. mosq. 4. p. 60.*

Habitat in fummâ alpe Schadagh, Junio florens. ♃

Diftinctus a varietate integrifoliâ L. liuidi, cui admodum fimilis, *flore* majore, *calyculo* calyce duplo nec quadruplo breuiore: fquamis anguftis vix marginatis. *Pappus feminis* immaturi (maturum enim hucusque ignotum) breuiffime ftipitatus.

1598. APARGIA *caucasica.*

Synonyma adde: Leontodon caucasicus. *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 34. Besser catal. hort. cremenec. a. 1816. p. 78. Willd. enum. hort. berol. suppl. p. 54.* (*sub Apargiâ*)

Folia, praeter pilos simplices sparsos, ad lentem pube exili tota pubescunt, quae pubes in congeneribus nostratibus adhuc euidentior est. Glandulae nigrae apicis *corollularum* nec in hac desunt, magis tamen conspicuae in A. hispidâ. Pili ad faucem *corollularum* nostratibus omnibus communes sunt.

1601. APARGIA *strigosa.*

Synonyma adde: Scorzonera hispida. *Marsch. casp. app. p. 210. Hoffm. hort. mosq. a. 1808. n. 2891.*

1603. PICRIS *strigosa.*

Varietas minus ramosa: *calycibus* incanis vix hispidis, in Iberiâ reperitur.

1696. HIERACIUM *bifurcum.*

Definiatur: H. scapo ramoso basi subfolioso hispido: ramis elongatis paucifloris, foliis lanceolatis acutis integerrimis pilosis subtus villoso-tomentosis, stolonibus repentibus.

Synonyma adde: *Besser cat. hort. cremenec. a. 1816. p. 69.*

H. (*collinum*) foliis obouato-lanceolatis subtus subtomentosis, stolonibus repentibus, scapo ramoso nudo, floribus concoloribus. *Besser galic. n. 937.* (*ex autopsiâ specim. ab auctore communicatorum.*) *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 33.*

Plantam ex loco natali aprico ficco macilentam in *Florâ taurico-caucaſicâ* definiui, *ſtolonibus* deſtitutam. Poſtmodum ex ſpeciminibus, locis inumbratis per Tauriam meridionalem, praeſertim ad vias ſyluaticas in monte Tſchatturdag crescentibus, veram hujus ſpeciei indolem aguoui, quae omnino *ſtoloniſera* eſt. *Caulis* hiſpidus: pilis elongatis horizontalibus baſi nigricantibus, flores verſus conſertioribus. *Folia* baſi attenuata, ſupra pilis ſordide albis ſparſis incumbentibus undique hirta, ſubtus ſubpiloſa villis ſtellulatis confertis pubescunt. *Pedunculi calycesque*, praeter pilos elongatos, tomento albicante: interſperſis pilis breuibus nigris glanduliferis veſtiti. *Flores* Piloſellâ paullo minores.

Conferenda ſunt H. flagellare *Willd. enum. hort. berol. ſuppl. p. 54* et H. brachiatum Bertolonii *Decand. flor. franc. 6. ſuppl. p. 442.*

1607. HIERACIUM *Auricula.*

H. ſcapo ſimplici paucifolio undique piloſo-hiſpido, foliis lanceolatis acutis ſparſim piloſis ſubtus ſubpubescentibus, floribus corymboſis, ſtolonibus repentibus.

α. Floribus paucioribus ſubumbellatis.

H. Auricula. *Flor. taur. cauc. n. 1607.* (*cum ſynonymis.*) *Smith brit. p. 828. Poll. pall. n. 742.*

β. Corymbo compoſito multifloro.

H. cymoſum. *Flor. taur. cauc. n. 1608.* (*non ſynonyma.*)

H. (*Bauhini*) ſtolonibus repentibus, floribus ſubumbellatis, foliis lanceolatis acutis ſubintegerrimis margine carinâque ciliatis ſcapoque glabris. *Schultes obs. p. 164. Beſſer galic. n. 940.* (*ex autopſiâ ſpeciminum ab auctore communicatorum.*)

H. collinum. *Gochnat diff. 17. t. 1? Villars it. heluet. p. 61. n. 8? Decand. flor. franc. 6. ſuppl. p. 440. n. 2915α.*

Planta polymorpha ſtaturâ, inflorescentiâ et pube. *Scapus* inter dodrantalem et bipedalem altitudinem varians, ſemper magis minusue hiſpidus: pilis tuberculo nigro impoſitis, ipſis baſi fae e nigricantibus, in baſi et apice ſcapi copioſioribus. *Stolones* plerique ſcandentes piloſo-hiſpidi, quandoque deſiderantur. *Folia* nunquam lata, ſemper baſi attenuata, acutiuscula aut acuta, ſupra tota ſubtus praecipue carinâ et verſus marginem pilis longis beluolis aut albis ſparſis praedita, ſubtus palidiora undique pube ſtellulatâ mox euidenti nox vix niſi ad lentem viſibili veſtita: *caulina* 1-3 ſupra baſin ſcapi alterna. *Pedunculi* corymboſi piloſo-hiſpidi et inſuper cum ſcapi apice ſubtomentoſi: in α ſimplices uniflori ſubumbellati, in β ramoſi multiflori. *Pedicelli* flore breuiores. *Flores* parui: *calycis* pilis breuibus glanduliferis nigricantibus, pilis albidis longioribus interſperſis. *Floſculi* utrinque lutei. *Semina* nigra: *pappo* albo ſcabro calycem ſubaequante. II. Auricula *Schultes obſ. p. 164. Beſſer galic. n. 942. Lamarck et Decand flor. franc. n. 2914?* noſtri imprimis varietati α perquam affine, tamen *foliis* obtuſioribus mollius piloſis, ſubtus praeter pilos marginis et carinae glabris et *florum* quidquam majorum conſtanti paucitate diſcrepare videtur; intra Florae noſtrae limites vero hucusque non eſt obſeruatum.

1608*. HIERACIUM *praemorſum.*

H. foliis ouatis ſubdentatis, ſcapo nudo racemoſo, floribus ſuperioribus primoribus. *Linn. ed., Willd. 3. p. 1567. Flor. dan. t. 942. Lamarck et Decand. flor. franc. n. 2903. Hall. hiſt. n. 51. Gmel. ſib. 2. p. 32. n. 28. t. 13. f. 2. Amm. ruth. n. 219.*

Circa montem Beſchtau promontorii Caucaſici ſeptentrionalis lectum eſt. 4

1611. HIERACIUM *echioides.*

Synonymon adde: *Beſſer galic. n. 944.*

Pedunculi calycesque tomento ſordide albo copioſo ſicut *foliorum* pagina inferior veſtiti. Pili *calycum* elongati rutili, mox copioſiſſimi, mox rari.

Varietas tripedalis: *corymbo* valde ramoſo, in campeſtribus promontorii Caucaſici ſeptentrionalis, inter Alexandrow et Georgiewsk, cum infequente occurrit.

1612. HIERACIUM *incanum.*

Synonyma adde: *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 33. Beſſer catal. hort. cremenec. a. 1816. p. 69.*

Folia carinâ quoque elongato-piloſa, interdum etiam disco ſparſim piloſa reperiuntur.

1614. HIERACIUM *folioſum.*

H. caule erecto ſimplici, foliis ouatis cordatis amplexicaulibus denticulatis ciliatis, floribus paniculatis, calycibus glabris. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1589. Waldſt. et Kit. rar. hung. 2. t. 145. Schultes obſ. p. 166. Beſſer galic. n. 952. Perſoon enchirid. 2. p. 374.*

H. ſabaudum. *Flor. taur. cauc. n. 1614. (excluſis ſynonymis Linnaei, Florae danicae, Halleri et forte Allionii.) Pall. it. 2. p. 297.*

H. viroſum. *Pall. it. 1. p. 501. app. n. 125.*

Ad Boryſthenem circa cataractas quoque obuium.

1614*. HIERACIUM *fabaudum.*

H. caule erecto multifloro, foliis ouato-lanceolatis dentato-ferratis fubanplexicaulibus fubtus feabris. *Smith brit. p. 834. Engl. bot. t. 34y. Flor. dan. t 872. Lam. et Decand. flor. franc. n. 2927. Beffer galic. n. 953. Hall. hift. n. 35. Gmel. it. 1. p. 138. Amm. ruth. n. 209.*

H. caule erecto fimplici, foliis ouato-oblongis fubglabris acutis feffilibus fubamplexicaulibus bafin verfus dentatis, floribus corymbofis. *Linn. ed. Wild. 3. p. 1587.*

In nemorofis promontorii caucafici feptentrionalis, circa montem Befchtau occurrit, nec non in ripâ praeruptâ fluuii Terek ex aduerfo Caftelli Wladikawkas. ♃

Folia admodum polymorpha, ita quidem, ut *varietas* anguftifolia H. umbellato affimiletur: talis valde gracilis et pauciflora ad fluuium Terek loco indicato reperitur. *Calyx* femper atro-viridis, rarius penitus glaber eft, quam villis albidis incumbentibus imprimis bafin verfus fubpubescens.

1614**. HIERACIUM *prenanthoides.*

H. caule multifolio villofo fimplici, foliis oblongis acuminatis denticulatis ciliatis: bafi amplexicauli cordatâ, floribus cymofis glandulofo-hifpidis. *Wahlenb. carpat. n. 799. Smith brit. p. 835. Lamarck dict. enc. bot. 2. p. 367. Hall. hift. n. 43.*

H. caule erecto fimplici, foliis lanceolatis cordatis amplexicaulibus denticulatis pubescentibus, floribus racemofocorymbofis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1590.*

H. fpicatum. *Allion. pedem. n. 795. t. 27. f. 1. 3.*

In Iberiâ mediâ reperitur. ♃

Staturâ, foliorum formâ et tenuitate, nec non *floribus* H. paludofo haud abfimile, fed *caule* et *foliorum* margine elon-

gato-pilofum nec glabrum. *Pdunculi* non longi glandulofo-vilofi 2-4-flori, laterales alterni, fummi fubcorymbofi. *Calyx* pilis nigris glanduliferis hifpidus.

1618. CREPIS *rigida.*

Per auftraliora Roffiae Europaeae late diffeminata planta, in collibus apricis graminofis Ucraniae Charkoviam usque, in campis Tanaicenfibus, nec non in Poloniâ auftraliore occurrens.

1621. CREPIS *taurinenfis.*

Cr. foliis fcabris: radicalibus lyrato-runcinatis, caulinis lanceolatis amplexicaulibus baft dentatis, calycibus fubtomentofis: fquamis exterioribus margine membranaceis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1595.*

Cr. biennis. *Flor. taur. cauc. n. 1621.* (*excluſo ſynonymo Linnaei.*)

Cr. taraxacifolia, *Thuillier flor. paris. 2. P. 1. p. 409. Lamarck et Decand. flor. franc. n. 2949.* (*ſub Barkhauſiâ.*)

Cr. praecox. *Balbis miſc. p. 37. t. 9. Perſoon enchirid. 2. p. 375.*

In Iberiâ mediâ etiam reperitur.

Tomentum *pedunculorum* atque *calycum* componitur ex pilis confertis brevibus glanduliferis. Simillimam caucaficae plantam ferno, olim circa Stuttgardtiam pro Cr. bienni a me lectam.

1623. CREPIS *agreſtis.*

Synonymon adde: Cr. neglecta. *Marſch. caſp. app. p. 210.*

In Tauriâ meridionali etiam obuia.

Seminum coſtae ad lentem minutiſſime crenulatae.

1624. CREPIS *hiſpida*.

Synonyma adde: Barkhauſia ſetoſa. *Lamarck et Decand. flor. franc. n. 2951 et 6. ſuppl. p. 450.*

Tauriae quoque indigena.

Semina coſtis aſpera, apice valde attenuata, potius breuiſſime ſtipitata, quare ad Barkhauſias trahitur a *Decandollio loc. cit.* quibuscum *habitu* etiam conuenit.

1625. CREPIS *rhoeadifolia*.

Ad *Barkhauſiam* pertinet, *pappo* longe ſtipitato gaudens; immo dubium intercedit, anne ſit mera Cr. foetidae varietas: *foliis* magis diſſectis.

402*. LAGOSERIS. Receptac. paleaceum: paleis capillaribus. Cal. calyculatus. Pappus piloſus, ſeſſilis.

1626*. LAGOSERIS *nemauſenſis*.

L. foliis runcinato-pinnatifidis, calycibus piloſo-hiſpidis.

Crepis (*nemauſenſis*) foliis runcinato-lyratis obtuſis dentatis, ſcapo nudo ſubhiſpido multifloro, calycinis ſquamis margine membranaceis, receptaculis ſetoſis. *Loiſel. flor. franc. p. 525. Flor. taur. cauc. n. 1615.* (*cum ſynonymis.*) *Lam. et Decand. flor. franc. n. 2940.* (*ſub Andryalâ.*)

Noſtra *floribus* quidquam minoribus et *calycinis* ſquamis anguſtioribus a plantâ gallicâ aberrat.

1626**. LAGOSERIS *taurica*.

L. foliis runcinato-bipinnatifidis, calycibus villoso-tomentosis.

L. (*crepoides*) foliis runcinato-bipinnatifidis radicalibus, scapo ramoso. *Marsch. cent. plant. rar. rossic. 1. t. 30. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 34.*

Crepis purpurea. *Flor. taur. cauc. n. 1616.* (*cum synonymo.*)

1627*. HEDYPNOIS *persica*.

H. diffusa hirta, foliis dentatis basi attenuatis: caulinis cordato-amplexicaulibus, pedunculis incrassatis, calycibus undique piloso-hispidis.

H. persica *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 34.*

H. rhagadioloides. *Steuen in mem. soc. nat. cur. mosq. 4. p. 60*

Habitat in Caucaso orientali, circa Derbentum. Floret Majo ⊙

Differt ab H. monspelienti *statura* nonnihil altiore, *hispiditate* omnium partium insigniore, *pedunculis* calycem versus eximie incrassatis atque fistulosis, *calycibus* totis pilis paleaceis coopertis. *Semina marginis* urceolo membranaceo acute denticulato coronata loco pappi; *semina disci* pappo paleaceo raro praedita. An satis distincta ab H. creticâ?

1628*. HYPOCHOERIS *canescens*.

H. foliis sinuato-dentatis glabris, caule ramoso folioso, pedunculis subsquamosis calycibusque pubescenti-canis. *Steuen in mem. soc. nat. cur. mosq. 4. p. 60.*

Crescit in ripâ fluuii Terek, sub fortalitio Wladikawkas Floret Septembri. ♃

Differt ab affini H. radicatâ, *caule* magis ramoso basique folioso, defectu pilorum et setarum in *foliis* atque *calyce*, *pedunculis* minus squamatis, *pappo* candido nec fordide-albo. *Florum* magnitudine II. radicatam vix superat.

1629*. LAPSANA *intermedia.*

L. caulescens ramosa, foliis angulato-dentatis: inferioribus lyrato-pinnatifidis, pedunculis calycibusque glabris, florum radio calyce longiore.

In Tauriae et Caucasi inumbratis, syluosis vulgari alibi specie frequentior. Floret aestate. ☉

Conuenit cum L communi glabritie *paniculae* et *calycibus* viridibus, sed discedit *flore* duplo fere majore, quâ notâ L. grandiflorae assimilatur. *Hirsutie* caulis atque foliorum sicut L. communis variat.

1630. LAPSANA *grandiflora.*

Synonymon adde: *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 33.*

Vulgo L. communi magis pubescit. *Pedunculorum* et *calycum* pubes in plantâ alpestri spontaneâ copiosa diminuitur in cultâ, quo in statu L. lyratam *Willdenouii enum. hort. berol. p. 832* plane refert. Etenim *folia* in his adeo affinibus speciebus nullum constans discrimen mihi suppiditare visa sunt: inferioribus scilicet in omnibus lyrato-pinnatifidis, mediis indiuisis latis angulato-dentatis, superioribus angustis subdentatis.

405*. ZACINTHA. Receptaculum nudum. Calyx calyculatus: fructifer clauſus, induratus, ſquamis in medio gibboſis angulatus. Pappus breuiſſimus, ſerrulatus.

1930*. ZACINTHA *verrucoſa. Linn. ed. Willd. 3. p. 1624. Gaertner fruct. 2. p. 358. t. 157. Lamarck et Decand. flor. franc. n. 2959. Schultes obſ. p. 170.*

Lapſana (*Zacintha*) calycibus fructus torulosis depreſſis obtuſis ſeſſilibus. *Linn. ſpec. plant. p. 1141. Pall. ind. taur. Habl. taur. p. 165.*

Crepis Zacintha. *Loiſeleur flor. franc. p. 527.*

Cichorium verrucatum, Zacintha. *Clus. hiſt. 2. p. 143. icon. p. 144.*

Occurrit in Tauriae meridionalis glareoſis ad margines torrentium rarius. Floret aeſtate. ⊙

Flores ad dichotomiam caulis ſubſeſſiles et terminales pedunculati: *pedunculis* glanduloſo-ſubpiloſis. *Calycis* interioris ſquamae carinâ ſpinuloſo-muricatae.

1631. RHAGADIOLUS *edulis.*

Rh. feminibus glaberrimis, floribus lateralibus ſeſſilibus, pedunculis glabris; foliis inferioribus lyratis, ſuperioribus lanceolatis ſubdentatis. *Willd. enum. hort. berol. p. 833. Linn. ed. Willd. 3. p. 1625. Gaertn. fruct. 2. p. 354. Lamarck et Decand. flor. franc. n. 2878.*

Rh. ſtellatus. *Flor. taur. cauc. n. 1631. (excluſis ſynonymis praeter Pallaſii.)*

Lapſana (*Rhagadiolus*) calycibus fructus undique patentibus: radiis ſubulatis, foliis lyratis. *Linn. hort. ups. p. 245. Kniph. ectyp.*

Rh. Lampfanae folio. *Tournef. cor. p. 36.*

Rh. ftellatus ab hoc differt *floribus* etiam lateralibus longe pedunculatis: *pedunculis* fcabriusculis, *feminibus* dorfo hifpidis et foliis omnibus indiuifis. *Willd. hort. berol. loc. cit.*

1631*. RHAGADIOLUS *Koelpinia.*

Rh feminibus aculeatis patentibus, foliis linear-lanceolatis integerrimis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 1626.*

Lapfana (*Koelpinia*) calycibus fructus undique patentibus: radiis fubulatis incurvis echinatis, foliis caulinis lanceolatis indiuifis. *Linn. fuppl. p. 348.*

Koelpinia linearis. *Pall. it. 3. p. 755. app. n. 130*. t. Lk. f. 2.*

Rh. creticus minor capfulis echinatis. *Tournef. cor. p. 36?*

Occurrit in Iberiâ mediâ. ⊙

Planta pufilla, junior tota cum *calycibus* pube molli vagâ veftita, quae aetate euanescit.

1634. ARCTIUM *majus.*

A. calycibus glabriusculis: fquamis interioribus fubulatis decoloribus exteriores vix fuperantibus, floribus fubcorymbofis.

A. floribus fubcorymbofis, calycibus glabris: foliolis baſi paleis ciliatis, caule fuperne ramofo. *Beſſer galic. n. 970. Loifeleur flor. franc. p. 534. Hoffm. germ. ed. 4. p. 124. Schkuhr bot. 3. t. 227.*

A. Lappa. *Flor. taur. cauc n. 1634.* (*cum fynonymis.*) *Schultes obſ. p. 171. Perfoon enchirid. 2. p. 383. Goldbach in mem. foc. nat. cur. mosq. 5. p. 135.*

Lappa major. *Lamarck et Decand. flor. franc. n. 3011.*

1634*. ARCTIUM *minus.*

A. calycibus arachnoideo-ſubuilloſis: ſquamis interioribus ſubulatis ſubcoloratis exteriores vix ſuperantibus, racemis axillaribus paniculatis.

A. floribus ſubſeſſilibus terminalibus axillaribusque, calycibus glabris: foliolis baſi margine hiſpidis, caule paniculato, ramis ſubuirgatis patentibus. *Beſſer galic. n. 971. Goldbach in mem. ſoc. nat. cur. mosq. 5. p. 135. Hoffm. germ. ed. 4. p. 124. Schkuhr bot. 3. t. 227. Schultes obſ. p. 171. Perſoon enchirid. 2. p. 383. (ſub A. Lappâ β.)*

A. Lappa. *Loiſeleur flor. franc. p. 533.*

Lappa minor. *Lamarck et Decand. flor. franc. n. 3010.*

Lappa glabra α. *Lam. dict. enc. bot. 1. p. 377. ſub n. 2.*

Lappa major. *Gaertn. fruct. 2. p. 379. t. 162. (quoad iconem.)*

Lappa ſiue Bardana major, flore albo. *Vaillant paris. p. 113. n. 2.*

Paſſim cum praecedente obnia. Affinibus dimidio menſe citius floret, ſecundum *Schultes loc. cit.* ♂

Dignoscitur a praecedente *floribus* duplo minoribus, in *racemos* breues axillares digeſtis: lateralium *pedicellis* breuiſſimis, nec omnibus florem aequantibus, ſuperioribus vero eo manifeſte longioribus; *calycibus* vulgo villis arachnoideis haud penitus deſtitutis, etſi longe minus lanati ſint quam in ſequente.

1635. ARCTIUM *Bardana.*

Definiatur: A. calycibus arachnoideo-lanatis: squamis interioribus lanceolatis coloratis subradiantibus, floribus subcorymbosis.

Synonyma adde: A. floribus subcorymbosis, calycibus arachnoideo-lanatis: foliolis margine hispidis, caule superne ramoso. *Besser galic. n. 969. Goldbach in mem. soc. nat. cur. mosq. 5. p. 135. Schultes obs. p. 171. Loiseleur flor. franc. p. 534.*

A. tomentosum. *Persoon enchirid. 2. p. 338. Hoffm. germ. ed. 4. p. 124. Schkuhr bot. 3. p. 49. t. 227.*

Lappa tomentosa. *Lamarck et Decand. flor. franc. n. 3009.*

Lappa major montana capitulis tomentosis. *Vaill. paris. p. 114. n. 3. (nec n. 1, quae ad A. majus referenda.)*

Flores mediae magnitudinis inter praecedens et penultimum. *Folia* cordata subtus incano-tomentosa in hoc sicut in praecedentibus.

410. SERRATULA. Recept. setosum, seu paleaceum. Calyx imbricatus, subinermis. Pappus persistens, pilosus: pilis serrulato-scabris, liberis.

* *Receptaculo setoso, pappo scabriusculo.*

1636. SERRATULA *quinquefolia.*

S. calycibus ovatis subinermibus, foliis impari-pinnatis subbijugis: pinnis decurrentibus serratis, paniculâ laxâ subco-

rymboſâ. *Marſch. differt. n. 3. Flor. taur. cauc. n. 1636.* (*cum ſynonymis.*) *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 36. Hoffm. hort. moſq. a. 1808. n. 2965. Beſſer cat. hort. crem. a. 1816. p. 129.*

δ. foliis pinnatifidis ferratis: lobis 3-5 confluentibus, involucri ſquamis interioribus elongatis coloratis. *Decand. in annal. mus. paris. a. 8. fasc. 9. n. 4.*

1637. SERRATULA *radiata.*

S. calycibus globoſis: ſquamis mucronato-ſpinoſis, foliis pubescenti-ſcabris pectinato-pinnatifidis: laciniis oblongis acutis ſubſerratis, pedunculis elongatis unifloris, caule undique ſcabro. *Marſch. differt. n. 5. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 36. Beſſer cat. hort. cremen. a. 1816. p. 129.*

S. centauroides. *Flor taur. cauc. n. 1637.* (*excluſo ſynonymo Linnaei et ſynonymo Gmelini ad var. β relato*) *Marſch. caſp. p. 210. Willd. enum. hort. berol. p. 836.* (*deſcriptio nec ſynonymon Linnaei.*) *Decand. in annal. mus. paris. a. 8. fasc. 9. n. 1.*

Carduus radiatus. *Schultes obſ. p. 171.*

Carduus caule plerumque unifloro, foliis pinnatifidis, ſquamis calicis cartilagineis ſpinulâ reflexâ terminatis. *Gmel. ſib. 2. p. 46. n. 39. t. 18.*

Jacea orientalis perennis lato Coronopi folio. *Tournef. cor. p. 32?*

β. Foliis minus profunde incisis: lobis latioribus.

Carduus caule ramoſo, foliis pinnatifidis: foliolis inferiorum dentatis, ſquamis ex lanceolato ſpinoſis. *Gmel. ſib. 2. p. 44. n. 38. t. 17.*

Differunt ab hâc: S. centauroides *Linn.* (*Gmel. fib. 2. p. 39. n. 70. t. 40*), Sibiriae et regionum Wo'gae inferiori finitimarum incola, habitu graciliore, fcabritie omnium partium leuiore, colore glauco-viridi, foliis anguftioribus in univerfum *minus* diffectis, floribus minoribus, fquamarum calycinarum exteriorum fpinulâ debiliore: *intimis minus* elongatis atque radiantibus, denique flosculis tenuioribus dilutius purpureis; porro S. heterophylla *Desfont.* (Cardnus lycopifolius *Villarfii*), in pratis fyluaticis Ucraniae occurrens, caule conftanter fimpliciffimo unifloro, latitudine foliorum radicalium et fquamarum calycis mucrone recto molli. Cardus nitidus *Waldft. et Kit.* non videtur a S. heterophyllâ differre.

1638. SERRATULA *xeranthemoides.*

S. calycibus oblongis: fquamis mucronato-fpinofis, foliis runcinato-pinnatifidis dentatis hirtis, caule ramofiffimo virgato. *Marfch. differt. n. 9. Flor. taur. cauc. n. 1638.* (*cum fynonymis.*) *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 36.*

1638*. SERRATULA *Picris.*

S. calycibus ouatis: fquamis fubrotundis margine fcariofis, foliis lanceolatis: inferioribus bafi fubdentatis, caule paniculato: ramis foliofis unifloris. *Marfch. differt. n. 10.*

S. amara? *Pall. it. 1. p. 375 et app. p. 500. n. 124. Marfch. cafp. p. 210.*

Centaurea Picris. *Flor. taur. cauc. n. 1815.* (*cum fynonymis.*)

Calycinae fquamae intimae villis albis mollibus copiofis veftitae.

** *Receptaculo paleaceo: paleis diftinctis, pappo ferrulato.*

1639. SERRATULA *multiflora.*

S. calycibus subcylindricis inermibus incanis, foliis linear-lanceolatis integerrimis subtus tomentosis, corymbo confertó multifloro. *Marsch. diss. n. 11. Flor. taur. cauc. n. 1639.* (*cum synonymis.*) *Gaertner fruct. 2. p. 380. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 36.*

S. falicifolia wo'gensis. *Hoffm. hort. mosq. a. 1808. n. 2967.*

S. (*linearifolia*) foliis linearibus integris acutis, ramis angulosis, floribus corymbosis. *Decand. in annal. mus. paris. a. 8. fasc. 9. n. 10.*

1640. SERRATULA *stoechadifolia.*

S. calycibus oblongo-ouatis inermibus tomentosis, foliis linearibus integerrimis subtus niueo-tomentosis, corymbo laxo. *Marsch. dissert. n 12, Flor. taur. cauc. n. 1640 et Cent. plant. rar. ruth. 1. t. 49. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 36.*

S. tomentosa. *Hoffm. hort. mosq. a. 1808. n. 2968.*

1640*. SERRATULA *elegans.*

S. calycibus ouatis subinermibus incanis, foliis linear-lanceolatis utrinque viridibus: imis pinnatifidis, ramis simplicissimis unifloris.

S. foliis linearibus margine reuolutis imis pinnatifidis, caule basi ramoso: ramis simplicissimis unifloris, calycis squamis subspinosis: extimis mucrone patulo. *Steuen in mem. soc. nat. cur. mosq. 4. p. 61 et in act. soc. Linn. lond.* (*cum icone.*) *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 36.*

Habitat rarius in Caucaſi orientalis glareoſis, nbi amnis Gogtſchai promontorio medio eripitur, ſub pagò Dshanaqbulak. Floret Julio. ♃

Statura praecedentis, ad quam etiam habitu accedit. *Caules* ex hybernaculo denſe tomentoſo aggregati ſimplices leviter ſtriati tenuiſſime pubescentes. *Folia* conferta patentia 1-2-uncialia firma glabriuscula utrinque viridia lineari-lanceolata margine reuoluta, ima pinnadifido-dentata: lobis integerrimis acutis, pleraque integerrima. *Flores* ſpecioſi magnitudine fere florum S. coronatae. *Calycis* ſquamae lanceolatae in mucronem minutum patentiusculum abeuntes, exteriores incanae, intimae multoties majores acuminatae coloratae. *Corollulae* calycem longe excedentes roſeae. *Stamina* corollulam ſubaequantia. *Stylus* exſertus: *ſtigmatibus* acutis longiusculis. *Pappus* exacte ut in reliquis ſpeciebus hujus tribus.

*** *Receptaculo paleaceo: paleis baſi coadunatis, pappo ſerrulato.*

1640**. SERRATULA *depreſſa.*

Differt a varietate albiflorâ A. tinctoriae (A. caucaſicâ *Hort. halens.*) *habitu* firmiore, *pube* caulis atque foliorum parciore, *pinnis* latioribus planis ſubbiſerratis, *floribus* quidquam majoribus: radio conſtanter albo. *Paleae* anguſtae ſubulatae eximie cuspidatae longitudine circiter flosculorum disci et *ſemina* margine anguſto ſubrepando coronata in hac et in A. tinctoriâ.

„A. (*caucaſica*) foliis pinnatis ſubcarnoſis planis: pinnis „groſſe ſerratis, ſerraturis dentatis *Hornem. hort. hafn. a.* „*1813. p. 832*„, ex ſeminibus *horti Gorenkenſis* enata, videtur eſſe mera A. rigescentis *Willd.* varietas.

1775. ANTHEMIS *tinctoria.*

Hujus varietatem *β*: radio albido ſpectat „A. (*caucaſica*) „caule villoſiusculo erecto ramoſo, foliis ſeſſilibus carnoſis pin„natis: pinnis decurrentibus inaequalibus, ſuperioribus dentato„mucronatis. *Henckel a Donnersm. plant. ſelect. hort. halens.* „*P. 9.*„

1776. ANTHEMIS *Marſchalliana.*

Synonyma adde: *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 41.*

Chryſanthemum Bieberſteinianum. *Hoffm. hort. moſq. a. 1808. n. 866.*

In Caucaſi orientalis alpibus Schadagh et Tyſendagh naſcitur, teſte *Steueno in mem. ſoc. nat. cur. moſq. 4. p. 65*; nuper quoque in montibus circa acidulam Narſanenſem lecta eſt.

Paleae lanceolatae flosculis disci ſubaequales, apice lateraliter dentato-lacerae, mucrone medio longiore debili. *Semina* compreſſo-tetragona: margine apicis vix protuberante, coronulâ nullâ.

1777. ANTHEMIS *Rudolphiana.*

Synonyma adde: *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 41. Hoffm. hort. mosq. a. 1808. n. 238.*

1779. ACHILLEA *grandiflora.*

Synonyma adde: *Willd. enum. hort. berol. p. 912. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 41. Besser catal. hort. crem. a. 1816. p. 2.*

A. (*leucanthema*) foliis (integerrimis) linearibus, caule ramosissimo, ramis virgatis foliosis, flosculis radii multis calyce majoribus. *Persoon enchirid. 2. p. 467.*

Anthemis ptarmicaefolia. *Hoffm. hort. mosq. a. 1808. n. 236.*

1780. ACHILLEA *biserrata.*

In subalpinis Caucasi orientalis et nuper in Iberiâ circa Tiflin lecta est.

1783. ACHILLEA *taurica.*

Nimis affinis A. leptophyllae, quâcum mediante *varietate:* corymbo magis conferto, floribus minoribus: radio aureo, conjungi videtur.

1784. ACHILLEA *micrantha.*

Varietas foliis tenuius dissectis, *florum radio* intensius luteo in campestribus ad Caucasum septentrionalem circa Mosdok et Georgiewsk occurrit. Conferatur ad hanc *Treuiranus in mem. soc. nat. cur. berol. a. 1813. 2. p. 154.*

1786. ACHILLEA *Eupatorium.*

Synonyma adde: *Schultes obſ. p. 184. Hoffm. hort. moſq. a. 1808. n. 15. Beſſer catal. hort. cremenec. a. 1816. p. 2.*

* *Achillea glomerata* (A. compacta *Willd. ſpec. plant. 3. p. 2106*), in Beſſarabiâ circa Bender et alibi nascens, floribus floſculoſis cum A. Eupatorio conueniens, lanâ omnium partium fordide albâ denſâ et praeſertim foliis A. Milleſolio ſimilibus longe diſcrepat.

1787. ACHILLEA *filicifolia.*

Synonyma adde: *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 41. Beſſer cat. hort. crem. a. 1816. p. 2.*

Corrigatur error ad calcem deſcriptionis noſtrae: pro Tanaceto incano *Willd.* ponendo T. angulatum.

439*. ECLIPTA. Receptac. paleaceum. Pappus o. Corollulae disci quadrifidae. Semina apice obſolete dentata.

1790*. ECLIPTA *erecta.*

E. erecta pilis proſtratis hirta, foliis oblongo-lanceolatis utrinque attenuatis remote ſerratis ſeſſilibus, pedunculis alternatim axillaribus geminatis.

E. caule erecto ſtrigoſo, foliis oblongo-lanceolatis ſeſſilibus remote ſerratis *Linn. ed. Willd. 3. p. 2217. Vahl. ſymb. 1. p. 74. Schultes obſ. p. 187. Dill. elth. f. 137. Gaertn. fruct. 2. p. 441. t. 169.*

In ipsis Florae nostrae limitibus, circa ostia Cyri fluminis nuper lecta est. ⊙

1793. BUPHTHALMUM *cordifolium.*

Synonymon adde: Inula (*caucasica*) foliis radicalibus amplis cordatis duplicato-serratis pubescentibus: caulinis amplexicaulibus. *Persoon enchirid. 2. p. 450.*

SYNGENESIA.

FRUSTRANEA.

1795. CENTAUREA *moschata.*

In varios hortos botanicos peruenit ex seminibus Caucasicis sub nomine C. glaucae: *Hoffm. hort. mosq. a. 1808. n. 764. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 36. Tenore hort. neap. a. 1813. n. 1037.* Ego vero hucusque nullum inter hanc caucasicam et vulgo in hortis cultam C. moschatam discrimen eruere potui.

Ad Cyrum fluuium, in glareosis ditionis Schekensis etiam occurrit, teste *Steueno in mem. soc. nat. cur. mosq. 4. p. 65.*

Semina pubescentia cinerea: hilo laterali, *pappo* ipsis paullo breuiori subpalcaceo albido.

1796. CENTAUREA *alata.*

Synonymon adde: C. babylonica et acuta. *Marsch. casp. p. 82 et app. p. 211.*

In collibus fupra Schamachi nouum copioſam vidit *Steuen mem. moſq. 4. p. 65.*

1798. CENTAUREA *phrygia.*

Tres complectitur *varietates:* 1) ramoſam, ſquamis baſeos calycis pubescentibus: ciliis parum elongatis haud recuruatis, radio floris mediocri, ad Caucaſum vulgarem, a quâ non diſtinguo cultam in hortis botanicis C. vochinenſem *Bernhardi;* 2) ramoſam, ſquamis baſeos calycis etiam infimis recuruato-plumoſis: omnium ciliis longioribus magis nigricantibus, radio floris quidquam majoris inſigni; in regionibus de quibus loquimur raram, ſed in ſeptentrionalibus ſicut circa Mosquam obuiam; 3) ſubunifloram: ſquamis calycinis omnibus apice latius nigro-appendiculatis (dum in binis praecedentibus cilia ſquamarum apiculo tenui ſubulato baſi nigrescenti adhaerent): ciliis magis etiam quam in ſecundâ elongatis, flore adhuc majore inſigniter radiato, pedunculo ſub flore valde incraſſato, in ſubalpinis circa acidulam Nartſana lectam, quam pro C. pectinatâ (quae tamen non eſt) cultam vidi. Quoad folia atque pubem nulla inter has varietates discrimina animaduerto; in omnibus calycinae ſquamae intimae appendiculo latiore nigricante ſublacero terminatae.

Secundum notas a *Wahlenbergio in florâ carpaticâ p. 280* in medium prolatas noſtra planta potius ad C. nigram *Linn.* floribus floſculoſis vel radiantibus, ſicut magnitudine apicis nigrescentis et longitudine ciliorum in ſquamis calycinis variantem pertineret, quam ad C. phrygiam *Linn.* apice ſquamarum calycinarum omnium concolore: plumis canescentibus praeditam et Heluetiae alpibus indigenam. Varietatem noſtrae tertiam, radio tamen deſtitutam, ſiſtere quoque videtur Cyanus niger *Gaertn. fruct. 2. p. 382. t. 161.*

1799. CENTAUREA *falicifolia*.

Synonyma adde: *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 36. Beſſer. cat hort. cremen. a. 1816. p. 34.*

Flores minores quam in C. phrygiae varietate primâ, *calyx* anguſtior: ſquamarum ciliis breuibus. *Semina* albida glabra: *pappo* obſoleto ex pilis paucis breuiſſimis albidis.

1800. CENTAUREA *trichocephala*.

Synonyma adde: *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 36. Hoffm. hort. moſq. a. 1808. n. 797. Beſſer cat. hort. crem. a. 1816. p. 35.*

In Tauriae campeſtribus et in Beſſarabiâ quoque occurrit.

C. capillata *Linnaei* comparanda et *diagnoſis* ſtabilienda eſt.

1801. CENTAUREA *ochroleuca*.

Synonyma adde: *Marſch. cent. plant. rar. ruthen. I. t. 46. Botan. magaz. 1175. Güldenſt. it. I. p. 426, 429. Steuen in mem. ſoc. nat. cur. moſq. 4. p. 65. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 36. Beſſer cat. hort. cremenec. a. 1816. p. 34.*

C. leucantha Adami. *Hoffm. hort. mosq. a. 1808. n. 767.*

Corolla alba rarius coerulea, ſecundum *Steuen loc. cit.*, hinc nomen triuiale Adami apud *Hoffm. loc. cit.* melius.

1801*. CENTAUREA *cheiranthifolia*.

C. calycibus ferratis, foliis tomentoſis lineari-lanceolatis

fubdecurrentibus: inferioribus pinnatifido-dentatis, fuperioribus integerrimis; caulibus unifloris adfcendentibus.

C. calycibus ferratis, foliis tomentofis: radicalibus pinnatifidis, caulinis feffilibus linearibus fubdentatis, caule unifloro. *Willd. phytogr. 12. p. 42. t. 17. f. 2. Linn. ed. Willd. 3. p. 2289.*

Cyanus orientalis anguftifolius incanus, flore magno citrino. *Tournef. cor. p. 32. (ex autopfiâ herbarii Vaillantii.)*

Crescit in alpeftribus Caucafi orientalis. *D. Steuen.* ♃

Planta tota uti Cheiranthus incanus pube molli albicans. *Varietas* forte C. ochroleucae, à quâ praeter tomentum tantum differt *foliis* anguftioribus breuiter angufteque decurrentibus: fummis fubfeffilibus. Caeterum in utrâque *folia* radicalia et infima caulina faepe funt bafi pinnatifido-dentata: dentibus in foliis altius per caulem dispofitis diminutis, fuperiorum plane nullis. *Flos* exacte C. ochroleucae.

1802. CENTAUREA *axillaris.*

Apud nos femper pube arachnoideâ magis minusve pubescit et faepius ramo uno alteroue laterali florifero, quam caule fimplici unifloro occurrit. Quoad *calycem* in duas praecipue varietates discedit:

α. Calycis fquamis late nigro-marginatis: ciliis apice albis.

C. mollis. *Beffer galic. n. 1066. Catal. hort. crem. a. 1811. fuppl. 3. p. 7.*

C. axillaris. *Beffer catal. hort. cremenec. a. 1816. p. 33.*

C. ftricta. *Waldft. et Kit. rar. hung. 2. t. 178.*

β. Calycis fquamis anguftе nigro-marginatis: ciliis totis albis.

C. axillaris caucaſica. *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 36. Beſſer cat. hort. crem. a. 1816. p. 34.*

C. feuſana. *Villars delph. 3. p. 52.*

Has haud absque jure cum C. montanâ *Linnaei* conjungunt *Wahlenberg carpat. n. 899 et Flora francica n. 3044.*

1803. CENTAUREA *depreſſa.*

Synonymon adde: C. pygmaea. *Hoffm. hort. moſq. a. 1808. n. 783.*

Annua vel biennis certe eſt, quandoque erecta ſemipedalis: *caule* ſuperne ramis nonnullis unifloris, ſic C. Cyano ſimilior.

1806. CENTAUREA *arenaria.*

Synonyma adde: *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 36. Beſſer catal. hort. crem. a. 1816. p. 35.*

Varietas in ſabuletis Ucraniae et in Podoliâ auſtraliore occurrens, *floribus* nonnihil majoribus, *calycibus* latioribus: ſquamarum ciliis longioribus, ad C. paniculatam accedens, dignoscitur ab hâc *calycibus* magis incanis: ſquamis in uniuerſum anguſtioribus ſubtrineruiis nec ſubquinqueneruiis, apice minus nigro-ſphacelatis, ſaepius dilute tantum fuscescentibus et *ſeminum pappo* quidquam longiore.

1807. CENTAUREA *declinata.*

C. calycibus ciliatis ſubbracteatis, foliis utrinque tomentoſo-lanatis diſſectis: laciniis ouatis undulatis, foliorum inferiorum inciſo-lobatis; caulibus lanatis declinatis unifloris.

C. Cineraria. *Flor. taur. cauc. n. 1807. (excluſis ſynonymis praeter Pallaſii.)*

C. Cineraria taurica. *Steuen in mem. ſoc. nat. cur. moſq. 4. p. 65.*

Occurrit etiam in Iberiâ. *D. Wilhelms.*

Recte monet *amiciſſ. Steuen loc. cit.* tauricam noſtram a genuinâ C. Cinerariâ *Linnaei*, ex relatione *Steueni* in collibus ad mare Caspium circa Tarku obuiâ, a me vero hucusque inter taurico-caucaſicas non viſà, ſpecie differre. Recedit *caulibus* pluribus ſimplicibus declinatis unifloris vix folia radicalia ſuperantibus, nec unico recto elongato ramoſo multifloro; tum *foliorum* in uniuerſum minus tenuiter diſſectorum lobis latioribus. Propius accedit ad indiuidua humilia C. dealbatae et imprimis ad varietates C. ſibiricae incanas foliis diſſectis praeditas.

1808*. CENTAUREA *leucophylla.*

C. calycibus ciliatis, foliis diſſectis ſupra villoſis ſubtus tomentoſo-albis: laciniis ellipticis ſubdentatis, foliorum inferiorum inciſo-lobatis; caulibus tomentoſis rectiuſculis unifloris: pedunculo elongato ſubnudo.

C. Cineraria caucaſica. *Steuen in mem. ſoc. nat. cur. moſq. 4. p. 65.*

Ad latera collium per promontorium Caucaſi ſeptentrionale paſſim nascitur, circa thermas Conſtantinomontanas frequens. Floret Junio, Julio. ♃

Habitu et *foliis* accedit ad varietatem humiliorem C. dealbatae foliorum laciniis latioribus praeditam, quâcum confuſam habueram, ſed nunc monente *Steueno l. c.* ſpecie diſtinguo. Dignoscitur *tomento* albo *caulis* et paginae ſuperioris *foliorum* in uniuerſum copioſiore: his adultioribus demum ſuperne virentibus; *caule* graciliore, ſub flore, praeter ſquamam unam alteramue paruam, longo nudo; *flore* nonnihil minore,

calyce quidquam anguſtiore baſi incano: ſquamis minus dilatatis atque fuscescentibus.

1809. CENTAUREA *dealbata.*

Synonyma adde: *Steuen in mem. ſoc. nat. cur. moſq. 4. p. 65. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 36. Hoffm. hort. moſq. a. 1808. n. 758. Beſſer cat. hort. cremenec. a. 1816. p. 34.*

Addenda *varietas* γ. ramoſa multiflora: ſoliorum valde diſſectorum laciniis paruis, quam ex Iberiâ habeo. Modo creſcendi haec ad C. Cinerariam L. accedit, ſed defectu tomenti albiſſimi in caule foliorumque paginâ ſuperiore et rotunditate laciniarum in foliis locum ſibi inter varietates C. dealbatae vindicat.

1810. CENTAUREA *trineruia.*

Synonymon adde: C. amara. *Marſch. caſp. app. p. 211.*

In campis elatis Boryſtheni vicinis circa Catherinoslaw etiam reperitur.

1813. CENTAUREA *macrocephala.*

Synonyma adde: *Botan. magaz. 1248. Schultes obſ. p. 189. Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 36. Hoffm. hort. moſq. a. 1808. n. 769. Beſſer cat. hort. cremenec. a. 1816. p. 34.*

Collibus herbidis circa Gandſcham familiaris, referente *Steueno in mem. ſoc. nat. cur. moſq. 3. p. 249.*

1814. CENTAUREA *orientalis.*

Omni Roſſiae meridionali usque in Ucraniam, locis elatioribus herbidis apricis perquam familiaris eſt. Cilium

terminale in appendiculo ſquamarum *calycinarum* ſaepe in ſpinulam paruam rigescit.

1818. CENTAUREA *ſplendens.*

In arenoſis ad Hypanin circa portum Nikolaew occurrit Varietatem flore albo vel pallide-luteo in inferiore Tanais regione et in transwolgenſibus obuiam exprimit: C. calycibus membranaceis, caule ramoſiſſimo, foliis pinnatis laciniis linearibus. *Gmel. ſib. 2. p. 87. n. 68. t. 39. f. 1.*

1819. CENTAUREA *nitens.*

Synonyma adde: *Catal hort. gorenk. a. 1812. p. 36. Hoffm. hort. mosq a. 1808 n. 775.*

Flores omnes hermaphroditi fertiles. *Semina* quadrangula fusca punctulato-ſcabra: hilo albo haud vere laterali, *pappo* ipſis longiore ſordide albo deciduo: pilis inaequalibus ſcabris baſi in annulum connatis. Eſt igitur anomala in hoc genere ſpecies, quamuis *calycis* ſtructurâ conueniat; cui nullam analogam noſco.

1821. CENTAUREA *Adami.*

Synonyma adde: *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 36. Hoffm. hort. moſq. a. 1808. n. 748. Beſſer cat. hort. crem. a. 1816. p. 33.*

C. ſolſtitialis. *Marſch. caſp. app. p. 211.*

1823. CENTAUREA *Calcitrapa.*

Varietatem ſpinis *calycis* debilioribus baſi longius ciliato-ſpinuloſis ex planis ad oſtia Cyri habeo. *Semina pappo* carere obſeruant *Gaertner, Pollich, Decaadolle etc.*, quae apud nos *pappo* breui albo praedita ſunt.

1825. CENTAUREA *paruiflora.*

C. paruifloram *Desfont.* a „C. (*diffuſa*) calycibus ci-„liato-ſpinoſis exiguis, foliis radicalibus lyratis, caulinis an-„guſtis ſubintegris, caule diffuſo ramoſiſſimo *Lamarck enc.* „*loc. cit.*„ ſeparat *Clariſſ. Perſoon enchirid 2. p. 487*; haec quidem noſtra eſt, et fortaſſe non diuerſa a C. ſquarroſâ *Willdenouii.*

1826. CENTAUREA *ouina.*

Synonyma adde: *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 36. Hoffm. hort. moſq. a. 1808. n. 776. Beſſer cat. hort. crem. a. 1816. p. 34.*

Affinis huic, in Beſſarabiâ et in Podoliâ auſtraliore occurrens *C. virgata Lam.* dignoſcitur *foliorum* laciniis omnibus anguſtioribus ſaepe reuolutis, *corymbis* longe confertioribus ob breuitatem *pedicellorum* calycis longitudinem aegre attingentium, *calycibus* quidquam anguſtioribus, qui rigiditate ciliorum in ſquamis tam terminalium quam lateralium variant. *Floſculi* omnes ſubaequales, ſicut in hac, ita quoque in C. ouinâ. His C. paniculata *Loiſeleur franc. p. 594* et *Savi plant. etruſc. p. 188* perquam affinis eſſe videtur, immo *Cl. Savi l. c. ſynonymon Gmelini* ſub ovinâ apud nos citatum ſuae adſcribit.

1828*. CENTAUREA *cichoracea.*

C. calycibus (ſimpliciſſime) ſetaceo-ſpinoſis, foliis decurrentibus indiuiſis ſerrato-ſpinoſis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2325. Steuen in mem. ſoc. nat. cur. moſq. 4. p. 66.*

Jacea foliis cichoraceis, caule alato, flore purpureo. *Ray ſuppl. 203. Till. pis. 84. t. 27.*

In agris reſtibilibus ditionis Caucaſi orientalis Kubenſis, circa pagum ſubalpinum Söygyb et in alpeſtribus ſupra Chinalug frequens. ♃

Caulis ſimpliciſſimus uniflorus vix ſpithamaeus. *Folia* lanceolata inaequaliter ſerrata: ſerraturis mucrone breui rigido ſubpungente, glabra late per caulem decurrentia. *Flos* magnitudine floris C. Benedictae purpureus parum radians. *Calycis* ſquamae lanceolatae, in ſpinam longam ſetaceam patentem definentes, interiores ſenſim longiores molliores. An italica planta identica ſit nequeo dijudicare, quum nec mihi licuerit *Tillii* opus comparare, conueniunt tamen caracteres dati et folia plane cichoracea ſunt.

SYNGENESIA.

NECESSARIA.

442*. CALENDULA. Recept. nudum. Pappus nullus. Cal. polyphyllus, aequalis. Semina irregularia, arcuata, ſeu dorſo incraſſata.

1828*. CALENDULA *aruenſis.*

C. feminibus cymbiformibus incuruatis: exterioribus lanceolato-ſubulatis dorſo muricatis. *Linn. ed. Willd. 3. p. 2339. Lamarck et Decand. flor. franc. n. 3202. Poll. pal. n. 829. Beſſer galic. n. 1073. Schkuhr bot. 3. t. 265. Gaertn. fruct. 2. p. 421. t. 168. Hall. hiſt. n. 94. Tabern. Kraeuterb. p. 713.*

Planta haec, per Europam ſaltim auſtraliorem minime rara, Florae noſtrae ultimos tantum limites circa Cyri oſtia intrat; alibi mihi per Roſſiam ſpontanea non occurrit. ⊙

1829. MICROPUS *erectus.*

Varietas *caulibus* valde ramoſis diffuſis reperitur in glareoſis Tauriae meridionalis.

SYNGENESIA.

SEGREGATA.

1830. ECHINOPS *ſphaerocephalus.*

Varietatem ex Caucaſo orientali (E ſtrigoſum *Marſch. caſp. app. p. 211*) foliis valde diſſectis, calyculo majore: ſquamis exterioribus breuioribus cuneiformibus discedentem reſpicit fortaſſe E. perſicus Steueni *Fiſcher in cat. hort. gorenk. a. 1812. p. 37.* *Pili* baſin *calyculi* cingentes ramoſi; veluti ſquamae abortiuae, quarum quod ſubſtantiae demtum, ciliis marginalibus acceſſiſſe diceres. *Calyculi ſquamae* ad lentem potiſſimum punctis plurimis inaequales, apice ſunt concolores: ciliis marginalibus a medio ad apicem, ſquamam non ſuperantibus.

1831. ECHINOPS *ruthenicus.*

E. caule ramoſo; foliis ſupra glabris ſubtus albo-tomentoſis, pinnatifidis: lobis inciſis ſpinoſis; capitulis globoſis, calyculis baſi piloſis, ſquamis apice coloratis: ciliis marginalibus ſimplicibus ſquamâ breuioribus.

E. Ritro ruthenicus. *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 37. Beſſer catal. hort. crem. a. 1816. p. 52.*

E. tauricus. *Willd. enum. hort. berol. ſuppl. p. 62?*

Eſt E. Ritro *botanicorum roſſicorum*, nec non *Repertorii botanici anglici n. 932*, ſed diſtinctus videtur a cognomine plantâ Europae occidentalis *radice* viuaci, *caule* magis ramoſo, *capitulis* majoribus, et praeſertim *calyculo*, ut in praecedente, baſi piloſo, qui in E. Ritro occidentali (*Lam. et Decand. flor. franc. n. 3001*) pilis deſtituitur. Pro noſtri varietate per culturam giganteâ haberem, e ſeminibus a me olim *Hoſtio* communicatis Vindobonae enatum „E. (*paniculatum*) foliis ru„goſis ſquarroſis pinnatifidis ſupra glabris inferne glauco-tomen„toſis, caule ramoſiſſimo *Jacq. fl. eclog. p. 72. t. 79*„; niſi cilia ſquamarum calyculi deſcriberentur plumoſa, quae in noſtro ſicut in E. ſphaerocephalo vix ad lentem apparent ferrulatae. Pili rari glanduliferi in ſquamis calyculi nec noſtro deſunt.

Subnecto perelegantem, ulteriori Sibiriae peculiarem ſpeciem, vix dodrante majorem, tomento copioſo niueo caulis et paginae inferioris foliorum inſignem: capitulis E. ſphaerocephalo ſimilibus, quae mihi eſt

* ECHINOPS *humilis*.

E. caule ſubramoſo, foliis oblongis ſupra villoſis ſubtus niueo-lanuginoſis: inferioribus pinnatifidis, ſuperioribus remote ſpinoſo-dentatis; capitulis globoſis, calyculis ciliatis: ciliis ſquamam ſuperantibus.

GYNANDRIA.

MONANDRIA.

1832. ORCHIS *bifolia.*

Varietatem ſingularem elatiorem latifoliam: *floris cornu* longitudine tantum germinis, *bracteis* flore longioribus, inter arbuſta ad riuum Podkumok prope Caſtellum Georgopolitanum Majo legi. Tali varietate viſâ tuto nunc huic ſpeciei adſcribo *iconem Florae danicae t. 235,* de quâ etiam dubitauerat *Cl. Beſſer flor. galic. 2. p. 212.*

1833. ORCHIS *ſphaerica.*

In Caucaſo cisalpino nuper quoque circa montem Beſchtau lecta eſt.

Petala tantum tria ſuperiora clauato-appendiculata, duo interiora breuiora acuta. Affinitas caeterum cum O. glaboſâ ſumma.

1834. ORCHIS *pyramidalis.*

Synonymon adde: O. pratenſis anguſtifolia latiſſima, floribus rubellis, calcaribus longis. *Buxb. cent. 3. p. 3. t. 4.*

Varietas perquam vegeta: ſpicâ valde elongatâ, flore quoque nonnihil majore et germine longiore ad latera graminoſa

montis thermas Conſtantinomontanas fundentis reperitur. *Varietatem* albo flore, quam vidit in Alſatiâ *Mappi*, in Imeretiâ obſeruauit *Güldenſtaedt it. 1. p. 406.*

1835. ORCHIS *caſſidea.*

O. coriophora. *Flor. taur. cauc. n. 1835.* (*excluſis ſynonymis praeter Pallaſii.*)

Quum *petala* omnia ſint in cucullum connata: denticulis tantum apicis liberis, et praeterea *odor* cimicinus in noſtrâ exulet, eam ſpecie modo ab O. coriophorâ ſeparo, quamuis affinitatem naturalem utriusque maximam perſpiciam.

1836*. ORCHIS *laxiflora.*

O. bulbis indiuiſis, nectarii labio trilobo crenulato: lateralibus productioribus, petalis patentibus. *Lamarck dict. enc. bot. 4. p. 553. Lamarck et Decand. flor. franc. n. 2011.*

O. (*enſifolia*) labello obcordato denticulato, petalis patentibus, cornu adſcendente (germine triplo breuiore), foliis lineari-enſiformibus. *Linn. ed. Willd. 4. p. 25. Villars delph. 2. p. 29.*

O. morio foemina procerior majore flore. *Vaill. pariſ. t. 31. f. 33. 34.*

O. minor anguſtifolia in ſupremâ parte longis foliis. *J. Bauh. hiſt. 2. lib. 19. p. 765.*

β. O. (*paluſtris*) bulbis indiuiſis, nectarii labio inuerſe triangulari apice obiter trilobo: lobis rotundatis, medio emarginato, cornu obtuſo, petalis obtuſis: exterioribus patulis. *Jacq. ic. rar. 1. t. 181. Linn. ed Willd. 4. p. 26.*

Tam in Tauriâ meridionali quam in Iberiâ occurrit. ♃

Proxima quoad habitum et flores O. masculae, nec O. Morioni, ad quam obtuſitate petalorum accedit, et pro cujus

varietate habet *Willdenow loc. cit.* Differt ab O. masculâ *foliis* anguſtioribus acutioribusque, *floribus* paullo majoribus et *labelli* lobis lateralibus intermedio majoribus. Hic lobus, ubi valde breuis eſt vel plane obliteratus, fiſtit O. laxifloram *La. morckii;* ubi vero lateralibus magnitudine parum cedit, O. paluſtrem *Jacquini* exhibet. Apud nos utraque varietas promiſcue reperitur.

1837*. ORCHIS *uſtulata.*

O. labello tripartito: laciniis linearibus punctato-ſcabris, mediâ bipartitâ; petalis erectis acutis, cornu uncinato germine triplo breuiore, bracteis germen ſubaequantibus. *Linn. ed. Willd. 4. p. 20. Flor. dan. t. 103 et 884. Hall. hiſt. n. 1273. t. 28. f. 3. Gmel. ſib. 1. p. 15. n. 12.*

O. militaris pratenſis humilior. *Vaill. paris. t. 31. f. 35. 36.*

Rarius in pratis ſubalpinis Caucaſi ſeptentrionalis provenit. ♃

1838. ORCHIS *tephroſanthes.*

Ab hac, ob *petala* ſuperiora minus acuminata, ſpecie ſeparat O. ſimiam Lamarckii *Perſoon enchirid. 2. p. 504;* mihi vero eorum ſententia placet, qui utramque conjungunt.

1839. ORCHIS *militaris.*

Synonyma adde: O. labello triſido punctis ſcabro: laciniis linearibus, mediâ bilobâ longiore: denticulo interjecto, foliolis calycinis confluentibus impunctatis. *Perſoon enchirid. 2. p. 504. Steuen in mem. ſoc. nat. cur. mosq. 4. p. 67. Beſſer galic. n. 1082. Lam. et Decand. flor. franc. n. 2013. (excluſâ varietate β.)*

O. galeata. *Lam. et Decand. flor. franc. n. 2015.*

Iterum *Cl. Perſoon loc. cit.* O. Mimuſopen Thuillierii (quae O. galeata Lamerckii) ab O. militari non ex meâ ſententiâ ſejungit, in quo tamen ſequitur *Floram francicam loc. cit.*

1840. ORCHIS *fusca.*

Synonyma adde: O. labello trifido punctis piloſo-ſcabro: laciniis lateralibus linearibus diuaricatis, mediâ bilobâ longiore: denticulo interjecto, foliis calycinis confluentibus punctatis. *Perſoon enchirid. 2. p. 504.*

O. militariis *β. Lamarck et Decand. flor. franc. ſub n. 2013.*

O. militaris. *Flor. dan. t. 1277.*

Differt a *varietate* majore O. militaris, quacum a multis conjungitur, praeſertim breuitate et colore *petalorum* ſuperiorum.

1842. ORCHIS *caprina.*

O. labello tripartito: lineâ baſeos mediâ ſubpubescente, laciniis lateralibus falcato-lanceolatis: mediâ lineari longiſſimâ apice bifidâ, petalis obtuſis conniuentibus, nectario ſcrotiformi.

O. hircina. *Flor. taur. cauc. n. 1842. (excluſis ſynonymis praeter Pallaſii.)*

Huic ſimillima, diſtincta tamen ſpecies eſt Europae occidentalis incola „O (*hircina*) labello tripartito: lineâ baſeos „mediâ tomentoſâ, laciniis lateralibus lineari-falcatis: *mediâ* „longiſſimâ bifidâ, petalis obtuſis conniuentibus, nectario ſcro„tiformi.„ Diſcrimina praecipua elucent ex definitionibus datis. Accedit, quod in noſtrate *flores* ſint tantillum majores: *barbâ* adhuc longiore, *nectario* quidquam ampliore et *bracteae* in uniuerſum ratione *germinis* paullo breuiores.

1842*. ORCHIS *formosa.*

O. (radicibus testiculatis) labello trilobo: lateralibus brevibus repando-undulatis, medio elongato lineari-spathulato emarginato; petalis conniventibus: interioribus erosis, cornu germine paullo breviore.

O. (bulbis testiculatis) labello amplo trilobo: lobis lateralibus brevissimis undulatis, medio elongato lineari apice bifido; perianthii foliolis conniventibus: interioribus erosis. *Steven in mem. soc. nat. cur. mosq. 4. p. 66 et in act. soc. Linn. lond. (cum icone.)*

O. mutabilis. *Steven in mem. mosq. 3. p. 244.*

Habitat in sylvis Caucasi orientalis inter Derbentum et Kubam minus frequens. Floret Junio. ♃

Planta speciosa, staturâ, habitu, radice, inflorescentiâ et foliis O. hircinae similis, floribus quoque quodammodo analoga. *Bracteae* lineari-lanceolatae: inferiores florem notabiliter superantes, superiores flore vix longiores. *Flores* purpurei: labello demum viridi. *Petala* oblonga obtusa, duo interiora paullo minora undulato subrepanda. *Labellum* petalis longius margine repando-undulatum, antice dilatatum emarginato-bilobum: lacinia ex sinu magnâ porrectâ ipsius circiter longitudine aut paullo longiore lineari-spathulatâ leviter obtuse emarginatâ. *Cornu* tenue subarcuatum.

1843. ORCHIS *latifolia.*

In Tauriâ quoque passim obuia.

1844. ORCHIS *sambucina.*

Synonymon adde: *Flor. dan. t. 1232.*

Nuper etiam ad latera montis Beschtau lecta est, tam flore flauo quam purpureo.

1846. ORCHIS *conopſea.*

Eſt etiam Iberiae atque Taurine familiaris.

1847*. ORCHIS *ſatyriodes.*

O. labello trilobo: laciniâ mediâ elongatâ obtuſâ, perianthii foliolis (*petalis*) exterioribus connatis interioribus filiformibus, cornu obtuſo ſcrotiformi, bracteis breuiſſimis. *Steuen in mem. ſoc. nat. cur. moſq. 2. p. 176. t. 11. f. 6.*

Habitat in Iberiâ, Junio florens. ♃

Caulis fere pedalis ſtriatus. *Folium radicale* ellipticum obtuſum palmare, *caulina* duo longe vaginantia acuta parua. *Racemus* biuncialis ſpiralis laxus circiter vigintiflorus. *Bracteae* ſcarioſae breuiſſimae. inferiores obtuſae, ſuperiores acutae. *Flores* circiter magnitudine florum O. coriophorae. *Petala* tria exteriora in cucullum tridentatum e viridi purpuraſcentem connata, duo interiora cucullo recondita filiformia genitalium longitudine. *Labellum* pendulum pubescens trilobum: lateralibus oblongis obtuſis, medio duplo longiore ſpathulato. *Calcar* breuiſſimum ſcrotiforme bilobum. *Germen* tortum ſtriatum glabrum. *Stylus* breuis craſſus lineam longus. *Anthera* ſtyli apici poſtice adnata obtuſa bilocularis.

Hujus unicum ſpecimen ſiccum vidi in herbario *Steueniano*, e quo apparet ſpeciem eſſe ab omnibus diſtinctiſſimam.

1847**. ORCHIS *Monorchis.*

O. ſcapo nudo, labello tripartito: laciniis linearibus, lateralibus diuaricatis; bracteis longitudine germinis. *Linn. ed. Willd. 4. p. 61. Flor. dan. t. 102. Hall. hiſt. n. 1262. t. 22. f. 2 et opuſc. p. 90 ſeq. Gmel. ſib. 1. p. 18. n. 15. t. 5. f. 1.*

O. Monorchis caucafica. *Catal. hort. gorenk. a. 1812. p. 12.*

Satyrium Monorchis. *Perfoon enchirid. 2. p. 507.*

Monorchis montana minima, flore obfoleto vix confpicuo. *Mich. nou. gen. p. 30. t. 26.*

In fubalpinis Caucafi feptentrionalis circa Nartfana obuia. 2

1848. ORCHIS *oeftrifera.*

Synonymon adde: *Steuen in mem. foc. nat. cur. mosq. 2. p. 176. t. 11. f. 4. 5.*

Variat longitudine cornuum in laciniis lateralibus *labii*, nec non longitudine roftelli, in quod *columella* organa fexualia fouens definit. Quo euincitur, O. bremiferam et cornutam *Steueni mem. mofq. p. 174. 175. t. 11. f. 2. 3* tanquam varietates huc effe referendas. Mihi faltim iberica, quae poffideo fpecimina, nullum conftans discrimen monftrauere. Immo hae noftrates O. Arachniti occidentalis Europae nimis affines videntur.

447*. NEOTTIA. Corolla 5-petala, ringens. Petala exteriora antice circa bafin labelli connexa. Anthera ftylo acuminato parallela, poftice inferta.

2849*. NEOTTIA *repens.*

N. foliis radicalibus ouatis petiolatis reticulatis, fcapo vaginato floribusque pubescentibus, floribus fecundis, labello petalisque lanceolatis. *Linn. ed. Willd. 4. p. 75. Swarz in*

act. holm. a. 1800. p. 226. Hall. hiſt. n. 1295. t. 22. Gmel. ſib. 1. p. 13. n. 9. (cum Hallero ſub Epipacti.)

Satyrium (*repens*) bulbis fibroſis, foliis ouatis radicalibus, floribus ſecundis. *Linn. ſpec. plant. p. 1339. Jacq. auſtr. 4. p. 36. t. 369. Flor. dan. t. 812. Engl. bot. 289.*

In ſyluoſis altioribus Caucaſi offetici cisalpini circa Sturdugor lecta eſt. ♃

Suo hic loco commemorabo perelegantem ſpeciem Sibiriae pratis depreſſis familiarem et jam a *Gmelino* descriptam atque icone illuſtratam. Eſt mihi

* NEOTTIA *amoena.*

N. foliis lineari-lanceolatis: caulinis vaginantibus, racemo ſecundo pubescente, labello ouato antice crenato acuto, petalis ouato-acuminatis.

N. ſpiralis δ. *Linn. ed. Willd. 4. p. 74.*

Epipactis foliis plerisque ex lineari-lanceolatis. *Gmel. ſib. 1. p. 13. n. 10. t. 3. f. 1.*

Radix: fibrae 3-5 craſſiusculae albicantes ſaepe leviter bifidae. *Folia* radicalia longe baſi attenuata, caulina diminuta acuminata. *Bracteae* ut in N. ſpirali. *Flores* paullo majores. *Petala* glabriuscula roſea, 2 exteriora patula, 3 interiora conniuentia. *Labellum* ouatum concauum antice crenato-undulatum cum acumine breui, longitudine petalorum, album.

1850. EPIPACTIS *latifolia.*

E. microphyllam, quam circa Kubam creſcere refert *Steuen in mem. ſoc. nat. cur. mosq. 4. p. 47*, ſecundum ſpecimina ab auctore mihi communicata aliaque iberica a *Wilhelms* lecta, pro varietate gracili et paruifoliâ E. latifoliae reputo.

1850*. EPIPACTIS *paluſtris.*

E. foliis lanceolatis amplexicaulibus, bracteis flore breuioribus, floribus pendulis, labello crenato obtuſo petalis aequali, germinibus pubescentibus. *Linn. ed. Willd. 4. p. 84. Swarz in act. holm. a. 1800. p. 232. Hall. hiſt. n. 1296. t. 39. Schultes obſ. p. 192.*

Serapias (*longifolia*) bulbis fibroſis, foliis enſiformibus ſeſſilibus, floribus pendulis. *Linn. ſyſt. veget. p. 879. Flor. dan. t. 267.*

Helleborine anguſtifolia paluſtris ſeu pratenſis. *Riv hexap. t. 3.*

Occurrit circa caſtellum Caucaſi Georgopolitanum. ♃

Quamuis de regulâ *bracteae* florem haud adaequent, accidit tamen interdum ut infimarum, una alteraue eum attingat, immo ſuperet.

1852. EPIPACTIS *rubra.*

Synonyma adde: Serapias (*rubra*) foliis lanceolatis, bracteis flore longioribus, labello acuminato petalis breuiore, germinibus erectis rachique pubescente. *Wahlenb. carp. n. 938. Flor. dan. t. 345. Engl. bot. 437.*

Racemo paucifloro, immo *caule* unifloro variat. *Germina* ſemper pubescunt.

1855. CYMBIDIUM *Corallorhiza.*

Crescit in Tauriae meridionalis ſyluis elatis ſupra Kogkos.

1857. LIMODORUM *Epipogium.*

Synonymon adde: *Flor. dan. t. 1233.*

MONOECIA.

MONANDRIA.

1863. CHARA *vulgaris.*

Ea, quam ex aquis ſtagnantibus deſerti Cumani habeo, elongata, gracilis, tuberculato-aſpera habet *fructus* rubescentes, in ramis verticillatis ſupra alterno ordine ſolitarios, ramulis nonnullis ipſos longe ſuperantibus ſtipatos; *bracteas* vero proprias nullas video. *Varietates* enumerat *Wallroth monogr. p. 179. t. 1. f. 1.*

1863*. CHARA *tomentoſa.*

Ch. caulibus ſpongioſis ſubhiſpidis, ramulis baſi folioſis, foliis teretibus ſubulatis. *Linn. ed. Willd. 4. p. 185. Lamarck et Decand. flor. franc. n. 1460. Loiſeleur flor. franc. p. 623. Hall. hiſt. n. 1683. Moris. hiſt. 3. p. 621. ſect. 15. t. 4. f. 9.*

Occurrit in aquis ſtagnantibus ad Caucaſum.

Tota *tuberculis* plurimis quaſi leprâ cruſtaceâ obducta, aculeolis vero caret. *Fructus* juniores rubicundi, deinde pulcre in ſpiram ſtriati. *Habitus* quidem Ch. hiſpidae eſt, diſtincta ſamen omnino videtur.

1864. CHARA *flexilis.*

Pallide virens diaphana glaberrima: *ramificationibus* primariis elongatis, ſummis quoque vix attenuatis breuioribus

remote articulatis ſimplicibus aut bifidis obtuſis. *Fructificatio-nes* verſus ramorum extremitates laterales et terminales glomeratae, ramulis ultimis ſubuerticillatis ſtipatae.

Vivam iter faciens curatiori examini non ſubmiſi, in ſiccâ ſubtiliora non discerno, ſecundum habitum *ſynonyma* pono ſequentia: Ch. flexilis *Smith brit. 1. p. 6. Engl. bot. 1070.* Ch. intricata. *Roth catalect. 2. p. 125. Nees ab Eſenbeck in mem. ſoc. bot. ratisb. a. 1818. p. 79. n. 3.* Conferua nidifica. *Flor. dan. t. 761.*

Cl. Wallroth monogr. ſub. n. 1 plures, quas alii ſpecie diſtinguunt, meliori fortaſſe jure, ſub Ch. flexili conjunxit.

Totum genus ex recentioribus obſeruationibus ad *Cryptogamiam* ablegandum eſt.

1865. CERATOCARPUS *arenarius.*

Synonyma adde: *Güldenſtaedt in nou. comment. petrop. 16. p. 553. t. 17. f. 7-12. Gaertner fruct. 2. p. 209. t. 127. f. 7.*

Fallit *nomen triuiale*, nam in arenoſis haud ſolum, verum et alibi in ſterilibus, ad vias et aggeres, per Roſſiam meridionalem frequens eſt et usque in Ucraniam paſſim evagatur.

MONOECIA.

DIANDRIA.

1867*. LEMNA *gibba*.

L. foliis ellipticis fubtus bullato-connexis bafi cohaerentibus, radicibus folitariis. *Linn. ed. Wilid. 4. p. 194. Wolf monogr. p. 26. f. 11-15. Engl. bot. 1233. Hall. hiſt. n. 1898. Mich. gen. t. 11. f. 2.*

Inter L. minorem in aquis pigris ad Caucafum repe ritur.

1867**. LEMNA *polyrhiza*.

L. foliis ellipticis planis bafi cohaerentibus, radicibus fasciculatis. *Linn. ed. Wil d. 4. p. 195. Wolf monogr. p. 28. f. 16-21. Hall. hiſt. n. 1899. Mich. gen. t. 11. f. 1. Vaill. paris. t. 20. f. 2.*

Cum congeneribus aquis ſtagnantibus ad Caucafum paſſim innatat.

MONOECIA.

TRIANDRIA.

1867***. TYPHA *latifolia*.

T. foliis linearibus planis, ſpicâ masculâ femineâque approximatis: utrâque cylindricâ. *Linn. ed. Willd. 4. p. 197. Flor. dan. t. 645. Curt. lond. Gaertner fruct. 1. p. 8. t. 2. Kniph. ectyp. Hall. hiſt. n. 1305.*

In Tauriae aquoſis minime rara eſt. 4

Gmelinus in florâ ſibiricâ 1. p. 133 ſub n. 70 hanc cum T. anguſtifoliâ *conjunxit.*

1870. SPARGANIUM *ramoſum.*

Synonyma adde: *Flor. dan. t. 1282. Engl. bot. 744.*

1871*. CAREX *curuula.*

C. ſpicis androgynis ſuperne masculis in capitulum oblongum aggregatis, ſtigmatibus tribus, capſulis ouatis compreſſis acuminatis, ſquamis ouatis mucronatis, foliis arcuatis ſecundis. *Linn. ed. Willd. 4. p. 219. Hoſt. gram. auſtr. 3. t. 78. Schkuhr caric. n. 25. t. D. Hh. f. 17. (icon t. Hh longe praeſtat.) Allion. pedem. n. 2295. t. 92. f. 3. Lamarck et*

Decand. flor. franc. n. 1716. Steuen in mem. foc. nat. cur. mosq. 4. p. 67. Hall. hiſt. n. 1353.

Gramen cyperoides junciſolium, ſpicâ ſimplici in ſummitate culmi atrofuſcâ. *Scheuchz. agroſt. p. 492. t. 11 f. 7.*

In alpe Schadagh Caucaſi orientalis Junio floret. ♃

Dignoscitur a C. ſtenophyllâ, praeter *ſtigmatum* numerum, *colore* magis glauco, *culmis foliisque* rigidioribus curuulis, *ſpicâ* propter ſpiculas paucifloras angufliore atrofuscâ. *Spiculae* quadriflorae: infimo foemineo, caeteris masculis.

1871**. CAREX *atrofusca.*

C. ſpicâ androgynâ terminali baſi masculâ, foemineis ternis ouatis ſeſſilibus congeſtis, ſtigmatibus tribus, fructibus ſubrotundis compreſſo-triquetris: roſtro breuiſſimo biſido, ſquamam lanceolatam acutiuſculam aequantibus. *Steuen in mem ſoc. nat. cur. moſq. 4. p. 67.*

Habitat in ſummâ alpe Tyſendagh Caucaſi orientalis, inter Chinalug et Waudam. Floret Junio. ♃

Conuenit *inflorescentiâ* cum C. paruiflorâ *Hoſtii, ſpicis* et *fructibus* cum C. atratâ; ita ut, qui C. atratam: ſpicis ſeſſilibus congeſtis animo concipiat, noſtrae juſtam ſibi imaginem facile effingat. C. paruiflora, partium fructificationis omnium paruitate, a noſtrâ ſicut a C. atratâ recedit. *Capſulae* in his affinibus omnibus apice minutiſſime bidentatae mihi apparuere.

Non confundenda eſt noſtra cum C. atrofuſcâ *Schkuhrii*, quae C. uſtulata *Wahlenbergii.*

1871***. CAREX *caucaſica.*

C. ſpicâ androgynâ terminali baſi masculâ, femineis quaternis pedunculatis: infimâ remotâ, ſtigmatibus tribus, fructi-

bus ellipticis compreſſis: roſtro biſido, ſquamam lanceolatam acuminatam longitudine aequantibus triplo latioribus. *Steuen in mem. ſoc. nat. cur. mosq. 4. p. 68.*

Habitat in Caucaſi orientalis alpe Schadagh et in alpeſtribus Iberiae occidentalis. Floret Junio. ♃

Major C. atratâ et affinibus, ſesquipedalis bipedalisque. *Culmus* argute triqueter: angulis ſuperne tantum ſcabriusculis. *Folia radicalia* multo longiora quam in C. atratâ. *Spicae* oblongae non longae; terminalis androgyna baſi mascula, ſubſequentes ſemineae: tres breue pedunculatae terminali approximatae, quarta longius pedunculata remota. *Bracteae* foliaceae: ſpicae tertiae ſpicam terminalem aequans, quartae eam longe ſuperans. *Squamae* totae nigrae: acumine quam in C. atratâ longiore. *Capſulae* compreſſae latae: roſtello breuiſſimo dentibus apicis minutiſſimis.

1876. CAREX *diuulſa.*

C. ſpicâ androgynâ compoſitâ baſi ſubramoſâ, ſpiculis ouatis ſuperne masculis approximatis: inferioribus remotis, ſtigmatibus binis, fructibus (erectiuſculis) ouatis plano-conuexis bidentatis marginatis: (margine glabris). *Linn. ed. Willd. 4. p. 235. Schkuhr caric. n. 12. t. Dd. p et t. Ww. f. 81. Hoſt gram. auſtr. 1. t. 55. Engl. bot. 629. Flor. dan. t. 1280. Beſſer galic. n. 1115. Lam. et Decand. flor. franc. n. 1707.*

C. ſtellulata. *Flor. taur. cauc. n. 1876.* (*excluſis ſynonymis.*)

C. nemoroſa fibroſâ radice, caule exquiſite triangulari, ſpicâ longâ diuulſâ ſeu interruptâ, capitulis ſolitariis praeterquam ultimo. *Mich. gen. t. 33. f. 15.*

Varietate ſpicis hinc inde baſi maſculis ſeductis hanc pro C. ſtellulatâ propoſueram, a quâ tamen diuerſiſſima eſt,

ſed C. muricatae nimis affinis. *Squamae florales* non binerues, ſed nervo dorſali valido carinatae, cui utrinque adſtat nervus obliteratus, ut fere trinerues. *Capſulae* margine apicem verſus non omni aſperitate carent.

1877. CAREX *remota.*

In Caucaſo cisalpino ad latera montis Beſchtau etiam lecta eſt.

1881. CAREX *tomentoſa.*

Synonymon adde: *Hoſt gram. auſtr.* 1. *t.* 82.

Per Caucaſi promontorium ſeptentrionale et in Iberiâ quoque obuia. In Ucraniae pratis ſyluoſis hinc inde occurrit.

1883*. CAREX *extenſa.*

C. ſpicâ masculâ ſolitariâ ſubſeſſili, foemineis elliptico-ſubrotundis inclufe pedunculatis ſubternis ſubapproximatis (*ſummâ approximatâ, caeteris remotis*), bracteis foliaceis longiſſimis (*reflexis*). ſtigmatibus tribus, fructibus ellipticis bidentatis nervoſis ſquamâ ouatâ mucronatâ majoribus. *Linn. ed. Willd. 4. p. 268. Schkuhr caric. n. 61. t. V et Xx. f. 72. Hoſt gram. auſtr. 1. t. 73. Smith brit. 3. p. 992. Decand. flor. franc. 6. ſuppl. p. 292. n. 1745a.*

In Tauriâ occurrit. *D. Beaupré.* ♃

Bracteae longiſſimae conuoluto-ſetaceae, demum ita reflexae, ut culmo fere parallelae fiant. *Capſula* ſimilis capſulae C. diſtantis.

1885. CAREX *diluta.*

Synonymon adde: *Steuen in mem. ſoc. nat. cur. moſq. 4. p. 69.*

Occurrit in Caucaſo orientali, etiam in ciſalpino ſeptentrionali, ubi ad latera collis thermas Conſtantinomontana fundentis circa ſcaturigines abundat, porro in Tauriâ meridionali.

Affinitatem cum C. pallescente, quâcum comparatur *Steueno loc. cit.*, equidem non perſpicio; mihi videlicet C. diſtanti potius analoga eſſe videtur.

1885*. CAREX *triſtis.*

C. ſpicis masculis ſubgeminis: alterâ ſubſeſſili baſi ſubfeminеâ, androgynis duabus apice masculis pedunculatis approximatis. ſtigmatibus tribus, capſulis lanceolatis acutis bidentatis margine hiſpidis ſquamâ obtuſâ paullo longioribus.

C. ferruginea. *Steuen in mem. ſoc. nat. cur. moſq. 4. p. 68.*

In ſubalpinis Caucaſi orientalis circa Budnch et in alpe Shahdagh naſcitur, Junio florens. 4

Affinis maximè C. frigidae, a quâ tamen, ſi *ſpicas* ſexu ſic variare poſſe ſtatueris, obtuſitate ſquamarum *floralium* adhuc dignoſcitur. *Spicae* ſaepius duae mere masculae foemineis pallidiores, altera quandoque floſculis paucis foemineis ad baſin. *Squamae floſculorum* omnes albo-marginatae, foemineorum atrae ut in C. atratâ: carinâ concolore. *Capſulae* demum ſquamis concolores praeter marginem glabrae: denticulis apicis minutis membranâ albâ ſubconnexis. *Pedunculi bracteaeque* non longae. *Folia* plana culmo breuiora pallide virentia.

1885**. CAREX *chloroſtachys.*

C. ſpicâ masculâ ſolitariâ, femineis ternis exſerte pedunculatis, ſtigmatibus tribus; fructibus lanceolato-triquetris:

apice membranacco ſubbilobo, ſquamâ ouatâ obtuſiſſimâ membranaceo-marginatâ longioribus. *Steuen in mem. ſoc. nat. cur. moſq. 4. p. 68.*

Habitat in Caucaſi orientalis ditionis Kubenſis ſubalpinis ad torrentem Jucharibaſch. Floret Junio. ♃

Facies et affinitas ſumma C. Mielichhoferi. Differt tantum *ſpicâ masculâ* pauciflorâ breuius pedunculatâ, ita ut foeminea ſumma fructifera eam ſuperet, *ſpicis femineis* quoque breuioribus e paucioribus flosculis conflatis, *ſquamis* tam maſculorum quàm foeminearum viridibus cum leuiſſimâ ſubinde teſtacei tinctura, obtuſiſſimis apice praeſertim late albo-marginatis, quae in C. Mielichhoferi ferrugineae dorſo margineque pallidae apice in breuem mucronem excurrunt.

1887. CAREX *panicea.*

Synonyma adde: *Flor. dan. t. 261. (mala.)*

Cyperoides minus ſpicis veſicariis. *Buxb. cent. 4. p. 32. t. 57. f. 2.*

Occurrit etiam in montoſis ditionis Kubenſis, ad torrentem Chodjal, teſte *Steueno in mem. ſoc. nat. cur. moſq. 4. p. 69.*

Noſtra a vulgari aberrat *ſpicis* breuius pedunculatis: infimis minus diſtantibus, *oclreis bractealibus* breuioribus ſaepe omnibus breuiſſimis et *capſulis* confertioribus quidquam minus turgentibus. Specie tamen non audeo diſtinguere, quamuis tales discriminis notae in caucaſicâ aeque ac in tauricâ conſtantes appareant.

1889. CAREX *nitida.*

In Caucaſo orientali circa Kubam occurrit, ex relatione *Steueni in mem moſq. 4. p. 69.*

1889*. CAREX *caeſpitoſa.*

C. ſpicâ masculâ ſolitariâ, foemineis cylindricis obtuſis ſubternis diſtantibus: infimâ breuiſſime exſerte pedunculatâ, ſtigmatibus binis, fructibus ouatis obtuſis ore pertuſis ſquamâ oblongâ obtuſâ majoribus, foliis (elongatis) patulis. *Linn. ed. Willd. 4 p. 287. Schkuhr caric. n. 48. t. Aa. Bb. f. 85. a. e. Hoſt gram. auſtr 1. t. 91. Beſſer galic. n. 1126. Hall. hiſt. n. 1400? Gmel. ſib. 1. p. 137. n. 76.*

In Caucaſi orientalis alpe Tyſendagh hanc legit *Steuen ſecundum mem. ſoc. nat. cur. moſq. 4. p. 69.* ♃

Hujus a polymorphâ C. acutâ diagnoſis difficillima eſt. Subſiſtendum in *habitu* graciliore, *ſquamis radicalibus* baſin culmorum et foliorum fasciculos vaginantibus nigris, *foliis* radicalibus elongatis anguſtis canaliculatis flaccidis, *ſpicis* breuioribus omnibus verſus culmi apicem minus diſſitis: *masculâ* vulgo unicâ, *femineis* circiter tribus: infimâ tantum breue pedunculatâ; *bracteis* breuioribus tenuioribusque, *ſquamis ſpicarum feminearum* in uniuerſum obtuſioribus et ratione capſulae breuioribus.

1889**. CAREX *pendula.*

C. ſpicâ masculâ (ſub)ſolitariâ, foemineis ſubquinis cylindraceis pendulis ſeſſilibus: infimâ exſerte pedunculatâ, ſtigmatibus tribus, fructibus ellipticis breuiſſime roſtratis ore bidentatis ſquamam ouatam ſubmucronatam aequantibus. *Linn. ed. Willd. 4. p. 288. Schkuhr caric. n. 85. t. Q. f. 60. Hoſt gram. auſtr. 1. t. 100. Hall. hiſt. n. 1396.*

C. maxima. *Scop. carn. ed. 2. n. 1166. Lamarck et Decand. flor. franc. n. 1754.*

C. Agaſtachys. *Linn. fil. ſuppl. p. 414.*

Cyperoides ſpicâ pendulâ longiore et anguſtiore. *Scheuchz. agroſt. p. 445.*

Ad riuum ex montibus ſyluoſis Tauriae ſupra hortum Nikitenſem ad mare nigrum delabentem nascitur, humanam altitudinem attingens. 2

1890. CAREX *Drymeja.*

In Caucaſi orientalis ditionis Kubenſis ſyluis frequens, teſte *Steueno in mem. ſoc. nat. cur. moſq. 4. p. 69*, occurrit quoque in Tauriâ.

1892. CAREX *nutans.*

Nuper etiam in Tauriâ et in transwolgenſibus ad Rhymnum usque obſeruata eſt. Ordine naturali C. ripariae proxima.

1893. CAREX *riparia.*

Synonyma adde: *Flor. dan. t. 1118.*

C. plumbea. *Steuen in mem. ſoc. nat. cur. moſq. 4. p. 69.*

In prouinciâ Caucaſi orientalis Dageſtanenſi etiam nascitur. *Steuen l. c.*

Comparaui iterum caucaſicam cum vulgari etiam circa Charkoviam obuiâ et nullam inter utramque differentiam vidi.

1895. CAREX *ſecalina.*

